Summi pōtifices qui prefuerunt Romane ecclesie a tempore Constantini magni / vsq; ad tpa Archadij ⁊ Honorij.s.per centum annos vel circa/ab anno domini.cccix.vsq; ad annum ciius.cccc viij. fuerunt infrascripti. Syluester papa/de quo dictū est/qui successerat Melchiadi. Qui Syluester tenuit Petri cathedram annis.xxiij.mēsib⁹ decē dieb⁹.xj. Qui Syluester instituit cōsecrationes ecclesiarū ⁊ altariū solēnes. Et ecclesias apostolorū Petri ⁊ Pauli dicitur cōsecrasse. Et multo magis videt de ecclesia sancti Joānis lateranēsi. quee si eccl'ia patriarchalis ⁊ principalis roti⁹ orbis. Ipse em̄ statuit vt in sindone munda panno lineo celebraret.i.palla seu corporali. Idem in synodo hoc decreuit / vt habetur distin.xcij. A subdiacono vsq; ad lectorem / omnes subditi sint diacono cardinali viro reuerendissimo in ecclesia / representantes ei honorem. Nostro pontifici presbyter/presbytero diacon⁹ diacono subdiaconus / subdiacono acholytus / acholyto exorcista/exorcisti lector⁹/lectori ostiarius/ostiario abbas/ abbati monachus in omni loco representet obsequiū/siue in publico/siue in gremio eccl'ie. Syluestro successit Marcus papa natione Romanus. Qui statuit vt Roman⁹ pontifex ab episcopo Ostiensi consecraretur. Et ipse Ostiensis episcopus pallio uteretur. Sedit annis duobus mensibus octo/sanctus homo. Post quem ascendit cathedram Petri Julius natione Romanus. Qui sedit annis.xj.6m Damasum. sed 6m Hieron⁹.annis.xvj.mensibus quatuor cuius tempore dicitur celebrata synodus Nicena/licet alij dicant sub Syluestro. Hic post multos agones ⁊ exilium toleratos pro fide catholica ab Arrianis/migrauit ad christum/anno imperij Constantij.xij. In suis autem decretis sic ait. Ideo huic sancte sedi prefata priuilegia sunt cōcessa/tam de cōgregandis cōciliis ⁊ iudicijs ac restitutionib⁹ episcoporū/q̄ ⁊ de summis ecclesiarum negotijs/vt ab ea oēs auxiliū oppressi ⁊ iniuste oānati restitutionem sumāt ij.q.vj. ideo. Idē.q.ea.qui se scit. Qui se scit alijs esse p̄positū/non moleste ferat aliq̄ē sibi esse prelatus/ipsa namq; ecclesia que prima est/ita reliquis ecclesijs vices suas credidit largiendas/vt in partem sint vocate solicitudims/nō in plenitudinem potestatis. Idem distin.xvij.regula.scribens orientalibus epis̄ ait. Regula vestra nullas habet vires/nec habere poterit/q̄m nec ab orthodoxis epis̄ hoc cōcilium celebratum est. nec Romane ecclesie legatus interfuit/canonib⁹ precipientibus sine eius authoritate cōcilia fieri non debere. Idem Julius.ij.q.vij.in sancta. In sancta Nicena synodo statutum est: vt nemo anathematizatus in nostrā accusationē suscipiat/neculli qui nos in suam accusationem recipere nolunt: quū nos sciamus sup illos a dño cōstitutos: nō illos sup nos. Et sicut maior nō potest a minore iudicari: ita nec obligari: q; rarū est oē quod magnus est. Portamus onera omnium qui grauant: quinimo hec portat in nobis beatus Petrus: cuius vice/fungimur. Julio vero viā vniuerse carnis ingresso: creatus est sacerdos summus Liberius natione Roman⁹ tq̄ ecclesie prefuit annis.x.mensibus.vj.diebus.iij. Fuit autē hic missus in exiliū a Cōstantio impatore: eo q; noluit assentire Arrianis ⁊ fauere illi hereti. Qui congregato clero de eorū cōcilio venerandū virum Felicē presbyterū: vel renuntians pontificē eum cū alijs elegit: vel ipsum Felicē suū generalē vicarium instituit. Quū aūt esset in exilio posit⁹: Felix zelo fidei succensus cōgregato cōcilio.xl.epōr Ursatiū ⁊ Valentē presbyteros: q̄ Cōstātio in hereti Arriana fauebāt: cōdēnauit ⁊ ipsum Cōstantiū impatorē vt hereticū rebaptizatū excōicauit. Quā ob causam Cōstāti⁹ indignat⁹ congregato concilio plurium ex fece Arrianā: reuocari fecit Liberiū ab exilio: ⁊ Felicē ejci a pontificali cathedra: q̄ ejectus paulo post iussu eius martyrio coronatus est. Reuersus ergo Liberius ⁊ tedio affect⁹ exilio in quo per triennū fuerat: ad requisitionē Cōstantij subscripsit se in hereticā prauitatez Arrianorū cōsentiendo. Qui postea septē annis tenuit cathedrā Petri. Et sub tpe eius fuit magna psequutio Arrianorū ptra veros catholicos in vrbe Roma. Hic Liberi⁹ statuit. xxiij.q.j.q̄ cōtra. Qui ptra pacē eccl'ie sunt: si digni fiāt nobiles sunt: suarū substantiarū pscriptionē patiantur. Si ignobiles: nō solū in corpore verberent: sz ppetuo exilio castigent. Defuncto Liberio eccl'iam dei suscepit regendam Damasus natione Hispan⁹/sctūs homo ⁊ multum eruditus in scripturis. Qui cathedram Petri tenuit annis xvij. mensibus.vij.dieb⁹.x. Fuit tūc tpis a q̄busdā indebite electus in papā quidā Roman⁹ dictus Ursinus: sed vt intrusus a fautoribus Damasi canonice assumpti / de vrbe fuit eiect⁹ ⁊ de volūtate Damasi fact⁹ fuit epūs Neapolitanus. Hic multa corpora martyrū diligēter inquirēs honorifice sepeliuit. Ipse etiā zelo inuidie a quibusdā de adulterio accusatus fuit: vt refert Hiero. sed cora aduersarijs cuz xlij.epis̄ se purgauit ⁊ innocētem se ostendit. vt habet.ij.q.vij.si quis sup his.j.§.precedēti. Et ob hāc causam Cōcordiū ⁊ Lalixtū eius accusatores patres de eccl'ia ejecerūt et damnauerunt. Hic Damasus (vt refert Sigisbertus) rogatu Hiero. cōstituit dici in fine pūs. in ecclesia. Gloria pri ⁊c. Sicut erat ⁊c. Instituit et psalmos in ecclesia nocte dieq; cantari. Ipse in suis decretis inter cetera constituit sic.iij.q.iij. nullus.j. Accusatores ⁊ iudices non ijdē sint: sed per se accusatores: per se iudices: per se testes: per se accusati: vnusquisq; in ordine suo. Inscriptio semper fiat: vt talionē calumniator⁹ recipiat: quia ante inscriptionē nemo debet iudicari vel damnari: quum et hoc seculi leges retineant. Idem.v.q.ij. relatum. sic statut. Leges seculi accusatores presentes exigunt: ⁊ non per scripta absentes: vnde canoni ca. patrū instituta non semel sed sepissime clamant: nec accusatiōes nec testimonia vllum per scripta posse proferre. Nec de alijs negotijs quicūq; testimonium dicat: nisi de ijs q̄ sub eor⁹ presentia acta esse nosc̄unt. Similter ⁊ q̄ aliū accusare elegerit: presens p se ⁊ nōp aliū accuset inscriptiōe premissa. Nec vllus vnq; iudicet anteqū legitimos p̄sentes accusatores habeat: locūq; defendendi accipiat ad abluenda crimina. Hecille. Idē.xxv.q.j. violatores. ait. Blasphemare spūm̄ sctū nō incōgrue videnť: qui contra sacros canones nō necessitate cōpulsi: sed libenter. i. ex contēptu/aliq̄d aut̄ preter ea gunt: aut loqui presumūt: aut facere volentib⁹ spōte cōsentiūt. Talis em̄ presumptio manifeste vnum gen⁹ est blasphemantiū spūm̄ sctū: q; contra eū agit: cuius nutu ⁊ gra editi sunt. Tpe hui⁹ Damasi fuit celebrata synodus vniuersalis: ⁊ tpe Theodosij imperatoris. ccc. epōrum in qua oānata fuit heresis Macedonij negantis spūm̄ sctū esse deum. Postq; aut̄ Damasus migrauit ad dūm: assumptus est ad apicē summi pōtificat⁹ Syrici⁹ natione Romanus: q̄ eū tenuit annis.xv.mēsib⁹.xj.⁊ dieb⁹.xxv. Hic Adamicheos hereticos exilio relegauit: et precepit ne fideles cū eis participarent. Ipse etiam indixit cōtinentiam diaconibus ⁊ suprā: conjugatis scz quoad vsum matrimonij contracti ante ordines: ⁊ hoc occidētalibus: nā ecclesia orientalis illā constitutionē nō recepit. vt dist.lxxxij. plurimus. Ipse etiam statuit de interstitijs seruandis in suscepti one ordinū. dist.lxxvij. quicunq;/q̄ tamen hodie non seruantur. Item in missa constituit dici/Cōicantes ⁊ memoriam venerantes ⁊c. vt reperi de cons. dist.j. Syricio decedente creatus est epūs vrbis et orbis Anastasius natione Romanus/ extrib⁹ annis ⁊ dieb⁹.xxv. residēs. Hic cōstituit dicēs de pse. dist.j. apostolica. Apostolica authoritate mandamus omnē scrā euāgelia in ecclesia legunť/vt sacerdotes ⁊ ceteri oēs nō sedentes/sed venerabiliter ⁊ curui in cōspectu euangelij stantes: oña verba intente audiant ⁊ fideliter adorēt. Post Anastasiū papatū tenuit Innocenti⁹ primus natione Albanensis annis.xv.mensib⁹.ij.dieb⁹.xx. Hic damnauit Pelagiū hereticarchā asserentē homes sine gra p ppria merita ⁊ opa sua posse saluari: ⁊ cōplices eius sequaces Celestiū ⁊ Julianū. Hic etiā Innocēti⁹ excōicauit Archadiū imperatorē: q; cōsensit ⁊ ordinauit vt Joā. Chrysostom⁹ a sede sua Cōstātinopolitana pelleret p̄ p̄silū eporū. Et de hoc plene habes.j.in titu.seq. Ipse Innocēti⁹ statuit ieiuniū sabbato celebrari: q; illa die dñs Jesus tacuit in sepulchro: ⁊ apostoli credūtur ieiunasse: de cōse. dist.iij. sabbato. Hoc tū nunc est in' cōsilio: nō precepto. Decreuit ⁊ osculum pacis dari in missa. Confirmauit etiā cōstitutionē Syricij pape de cōtinentia clerico⁹. dist.lxxxij.c. pposuisti. De alie na eccl'ia ordinare clericū nullus p̄sumat: nisi ei⁹ epūs precibus exoratus concedere voluerit. dist.lxxj. de aliena. Zosimus prim⁹ Innocētio successit: ⁊ duob⁹ annis sedit: mēsibus.viij.dieb⁹.xxv. Hic pstituit vt cere⁹ sabbato sctō in ecclesia bñdicat. Et vt seruus nō ordinet. Nec clericus in taberna ministret. Reprehendit hic ordinationē ineptorū ad clerū ⁊ inexpertor⁹ dicēs. Facit hoc nimia remissio cōsacerdotū nr⁹q; pōpā multitudinis q̄runt: ⁊ putāt ex hac turpalitas etiā in ys locis vbi solitudo est reperiť: dū per paochias extēdi cupiūt: aut quib⁹ aliud p̄stare nō possunt: dū inuinos largiuntur honores: qō oporteret districti semper esse iudicij. Rarum est em̄ omne qō magnū est. dist.lix.ca.ij.

Ecclia laterānēsis ē p̄ncipalis totius orbis.

Marc⁹ papa.

Julius papa.

Cōciliū generale nō cōgregat̄ nisi auctoritate summi pōtificis.

Liberi⁹ papa.

felix papa mar tyr.

Quis ordinauit i fine psalmorum dici gloria patri ⁊c.

In scriptio tū hodie nō habetur i vsu vt dicunt doctores et maxie bar. in l.fi.C.ō accu.

Cōciliū vniuersale.cc.cl. epōrum Syricius papa.

Anastasi⁹ papa

Innocēti⁹ p̄m⁹

Zozim⁹ succesit inno centio.

¶ De Niceno consilio in quo Arrius hereticus condemnatur. Capitulum.iij.

De

Arrius nouche reseos asserto.

Et Niceno Cōsilio sub Cōstantino pgregato ptra hereſim ab Arrio introductā. Quō apud alexādriā/post Achillā qui petro martyri/vt dictū est.S. succeſſerat. Alexāder ſacerdotiū ſuſcepiſſet/qz pax nſis ⁊ quies a per ſequutiōibus erat/⁊ eccleſia cōfeſſorū meritis gaudebat/ pſperitas ei⁹ domeſtica contentione turbabat. Et eſſ vt inquit Rufin⁹ in hiſto.eccle.lib.x.pbyter quidā apō Alexādriā noīe Arri⁹/ſpecie quidē religioſ⁹/ſz glozie ⁊ laudis ⁊ nouitatis im probe cupid⁹ praua quedā de fide xpi pferre cepit:⁊ a ſubſtātia pfis filiū ſeparare. Predicabat eſſ vt ait Hugo floria. filiū dei creaturā eſſe:⁊ ſpūſctū ab eo creatū. Addēs etiā. Erat qū nō erat. Et quū has faceret Arri⁹ inter patrē ⁊ filiū ⁊ ſpūſctū differētias: Alexāder euſdē rebus eos eidē reſiſtebat. Sz quū illū ab exitiali erroze reuocare non poſſet expulit eū ab eccleſia ſcta. Ille vo ptra eū ſeditiones excitauit. Qō audiēs pius pnceps Cōſtātinus: coadunari fecit ſanctā ſynodū apō Niceā Bythinie ciuitatē anno incarnationis dñi.ccc.xvi. Conuenerūtqz ibi.ccc.xviij.epi. Et hec eſt pria ſynod⁹ vniuerſalis. Jā vero Syluester defunctus fuerat ⁊ illi Marcus ſucceſſerat. Marco vo ſucceſſerat Julius qui tūc in apoſtolica ſede reſidebat. verūtū ipe huic non intrauit cōſilio pter ſenectutis imbecillitatem ſz adfuerūt p eo Uit⁹ ⁊ Uincēti⁹ Romane eccleſie pbyteri. Adfuerūt etiā ex apoſtolicis ſedibus Machari⁹ Hieroſolymitan⁹:⁊ Euſtathius Antiochen⁹:⁊ Alexāder Alexandrinus honorabiles patriarche. Hec ille. Sz addit Uincē. ſpe. hiſto. lib. xiij. q inuenīt alibi Syluestrū interfuiſſe dicto cōſilio. Nā in libro pontificali ſic legit. Tpibus Syluestri factū est pſilū cum eius precepto in Nicea Bythinie. Et cōgregati ſunt.ccc.xviij.epi qui fidē integrā catholicā expoſuerūt:⁊ Arriū ac Photinū ⁊ Sabelliū dānauerūt. Sz in vrbe Roma cōgregauit ipſe cū cōſilio auguſti.cclxxvij.epos: ⁊ iterū Caliſtū ⁊ prefatos hereticos damnauerunt. Quod Syluester papa ex cōſilio Cōſtantini cōgregauerit in vrbe.cclxxvij.epos in quo conſilio eadem hereſis damnata ſit:aſſerit idem Euſebius in chroñ.ſuo. Sed qō Damaſus aſſerat in chronico ſuo ideſt pontificū: ſynodum Nicee congregatam ſub beato Syluestro papa: mirantur aliqui. Et diſt.xv.ca.j. ex verbis Jſidori ⁊ Greg.⁊ Belaſij dicit q dictum cōſiliū Nicenum fuit celebratum ſub Cōſtātino. Sz ſnb quo papa nihil ōz. niſi qō Beda in lib. de tpib⁹ dicit celebratā Nicenā ſynodum tpe Julij pape. diſt.xvj. ſexta. Sz in.§. ſequenti qō incipit. Prima. ōz tēpore Syluestri. Jgitur vt ait Rufinus vbi.S. congregatis patribus in conſilio diſcuſſis aſſertionibus Arrij diutino multoqz tractatu placuit oībus:⁊ velut vno cunctorū ore ⁊ corde decretum eſt: Homouſion ſcribi debere/ ideſt eiuſdem cū patre ſubſtantie filium confiteri. Decem ⁊ ſeptem tunc ſoli fuiſſe dicuntur quibus fides Arrij magis placeret: quorum ſex ſoli ſe patiuntur cū Arrio expelli: reliqui vero vndecim cōſilio inter ſe habito: acquieſcunt ad ſcribendū manu ſua: nō mēte. Cuius ſimulationis author precipue fuit Euſebius Nicomedie epūs. Exemplum aūt expoſitionis fidei illorum qui vbi fuerunt catholici hoc eſt. Credimus in vnum deū. patrē oipotentez: oium viſibilium ⁊ inuiſibiliū factorem: Et in vnum dñm noſtrū Jeſum chriſtum filiū dei de patre natum vnigenitum: hoc eſt de ſubſtātia patris. Deū ex deo lumen ex lumine: Deū verū ex vero deo: natum nō factum: Homouſion patri. i. eiuſdem cū patre ſubſtantie: per quem oia facta ſunt. Qui prozopter nos ⁊ ppter noſtrā ſalutem deſcendit de celis. Et incarnat⁹ est homo factus ⁊c. Eos autem qi dicunt: Erat aliqñ quādo nō erat. et añq nasceretur non erat: et quia ex nullis ſubſtantibus factus est: aut ex alia ſubſiſtētia vel ſubſtātia dicunt eſſe: aut conuertibilem aut mutabilem filiū dei eſſe: anatematizat catholica ⁊ apoſtolica eccleſia. Ubi notandū q hec hereſis Arriana fuit periculoſioz/vniuerſalioz/⁊ pene diuturnioz ceteris. Periculoſioz fuit: quia circa myſterium trinitatis: de qua dicit Aug. in lib. de trini. q nihil difficilij⁹ queritur: nullibi periculoſius erratur: nihil fructuoſi⁹ inuenitur. Uniuerſalioz inuoluit multos epos ⁊ ſacerdotes ⁊ ipm Liberum papā. vt.j. patebit. Imperatores: vt Cōſtantinus/Ualētes, Reges vt Theodoricū regē Gothorū:⁊ per totū quaſi oz bem diffuſa eſt. Uñ Hiero. ait. Arrius vna ſcintilla in Alexandria fuit: ſcz erroris: ⁊ qz nō cito extincta eſt totū orbē populata eſt flamma eius. xviij. q. iij. reſecande. Fuit enim diuturnioz: qz per multa tēpora viguit. Sed confutata eſt dicta hereſis per doctores:⁊ deſtructa nō ſolū per authoz tates ſcripture plurimas:⁊ per ſententias ⁊ rationes pluri mozū doctorum ſed etiā per miracula multa que in nullo Arrianorū patrata inueniuntur. Et quod dictuz eſt iſtam ſynodum Nicenam fuiſſe prima generalez ſynoduz: verus est non ſimpliciter: quia ⁊ alia cōſilia prius celebrata ſunt vt patet. S. ſed ſcōm quid id eſt qz magis vniuerſalis q alie ſynodi:⁊ vbi multo plures cōcurrerunt:⁊ cōſulente imperatore et ſuadente. et papa authorizante. Et ibi ad ſymbolum minus quod dicitur editum ab apoſtolis: addita ſunt aliqua non contraria illis: ſed magis explicite declarantia ipſa: ptra hereſes inſurgētes circa illos articulos: vt illud Creatorem celi et terre viſibilium ⁊ inuiſibiliū. cōtra errorem Manichei qui dogmatizauit deum creatorem inuiſibilium: ⁊ diabolū creatorem viſibilium. Et illud. Ex patre natū ſcz filium ante oīa ſecula. Deum de deo ⁊c. genitū nō factum conſubſtatialem patri per quem oīa facta ſunt: contra errorē iſtius maledicti Arrij: qui aſſeruit dei filiū creaturam factum a patre:⁊ non eternum: nec ꝓſubſtantialem patri ſed diuerſe ſubſtantie a patre ⁊ minorem patre:⁊ idē dixit de ſpiritu ſcto. Peſtis autē ipſa Arriana quantū detrimenti intulerit eccleſie: nō ſolū petro epo alexādrino martyri de quo. S. oſtenſum eſt in viſione ⁊ pphetica reuelatione: ſed etiā ⁊ beato Antonio: quivt lucerna ardens et luens in candelabro eccleſie poſitus fuit tēpore hui⁹ Conſtantini: a quo ſcz Antonius lras recepit ſe⁊ filios recōmēdādo orationib⁹ ſuis. Et ipſe reſponſales dedit Antonius imperatori ſuauiſſimas et venerandas: admonendo ad humilitatem ſeruādā ⁊ iuſtitiā exequēdā in omnibus. Quum eſſ quadā vice cū fratribus operaret: ſuſpiciens in celū vidit triſtē viſionē: vñ ꝓuolutus ante deū rogauit vt futurū ſcelus auertere. Et cunctis trementibus qui adſtabant: rogantes vt viſionē exp̄imeret: ſingultibus ⁊ lachrymis ꝓpeditus dixit eis: q magnuz nefas ⁊ inauditū ſeculis immineret. vidi/inquit/altare dei mulorū circūdatum multitudine: qui calcib⁹ oīa diſſipabant: ac per hoc magno turbine fides catholica ſubuerteret ⁊ hoies iumētis ſimiles xpi ſacra diripiēt. Hec est cauſa gemituū meoꝝ. Hiis auditis factaeſt vox de celo dicens. Abominabit altare meuz qō ⁊ factū est: Nam poſt duos annos erūpentibus Arrianis eccleſia tāte direptioni ſubiacuit: vt virgines ⁊ matrone ⁊ ipſum baptiſterium polluerentur: et veri chriſtiani velut oues ante altare mactarētur.

Nicenū cōſiliū

homouſion qd ſignificet.

hereſis ariana fuit ceteris periculoſior: vniuerſalior ⁊ diuturnior.

§. I. Fuerunt in dicto cōſilio Niceno vltra regulam fidei tradita quedam decreta ſeu cōſtitutiones morales clerum precipue cōcernētes edite. Nam vt ait Rufinus vbi. S. ſtatuerunt obſeruandum eſſe in eccleſijs ne quis ex ipſis qui ſemetipſos impatiētia libidinis abſciderunt: venirent ad clerum. diſt.lv. ſi quis. Item ne quis nuper aſſumptus ex vita vel cōuerſatione gentili accepto baptiſmo antecꝫ cautius examinet: clericus fiat. di. xlviij. c. qñ. Item ne quis epiſcoporū ceteroꝝ ſive clericoꝝ cū extraneis mulieribus habiter: preterꝫ cū matre: ſorore vel auia: vel ſi que ſunt hmōi neceſſitudinum perſone. diſt. xxxij. interdixit. Item vt epūs ſi fieri pōt: a totius prouincie epis ordinet. Et ſi hoc difficile eſt non tñ a pauciorib⁹ quā tribus: ita tñ vt metropolitani epi maxime preſentia vel auctoritas habeat. diſt.lxv. postro et diſt.lxviij. illud. Item ne quem alius epūs ab eccleſia expulerit: ſiue clericum ſiue laicum accipiat alter. Si autē hoc tracūdia aliqua aut contentione. vt fieri ſolet iniuſte factū/remedium nō haberet decernunt ꝓ ſingulos annos in ſingulis ꝓuinciis: ſecundo ab oīb⁹ epis ꝓuincialibus: ꝓſilia agi debere:⁊ de huiuſemodi negocijs iudicari: vt ſi forte ab vno inique aliqd geſtum est a ceteris emendetur: ſi recte: ab omnib⁹ confirmetur. diſt.xviij. habeatur. Item ne quis cleric⁹ qui derelicta eccleſia ſua nulla extāte cā probabili/vagetur ⁊ oberret per alias eccleſias: ſuſcipiat in cōmunione. Item vt nemo qui ad aliū ptinet: in ſua eccleſia ordinet clericū abſq cōſenſu illius ad quē ptinet. diſt.lxxv. ſi quis. Item ne diaconi epis preferant: ne ſedeāt in cōſenſu preſbytero⁹: aut illis preſentibus euchariſtiam diuidant: ſz illis agētibus ſoluz miniſtrent. Si vero nullus preſbyter ſit in preſenti: tūc licere eis etiā diuidere. diſt.xciij. peruenit. Item vt habeat. di. xlvij. qñ. ex cōſilio Niceno ſtatuit: q cleric⁹ qui reptꝰ fuerit vſuras accipiēs: deijciat a clerico. Jtē de cōſe. di. iij. placuit ex cōſilio Niceno dicit. Placuit vt oēs eccl'ie/exceptis dñicis diebus/in quadrageſima: etiā in die ſabati: ſacerdotali ofone ⁊ diſcretiōis cōione ieiunent. Jtez q eccl'ie cōſecrate nō ſunt iterū cōſecrāde: ſicut nec baptizat⁹ ē iterū baptizand⁹: ſi tū fidē ſancte trinitatis tenuerūt: qui conſecrarunt vel baptizarunt. diſt.lxviij. eccleſijs. i. ſi debitā formā ſeruauerunt. Unde Arriani qui dicebāt. Ego te baptizo in nomine patris maioris ⁊ filij minoris ⁊c. non baptizabant. Sciendū etiā q in Nicea ſynodo fuerunt edita. lxx.

que fuerint preter ea q fideiſſūt in cōſilio Niceno ſancita

capitula constitutionum: vt dicit Athanasi⁹ eps Alexādria
nus. dist. xvj. septuaginta. Sed tm. xx. in Romana eccl̄ie
remanserunt: vt dicit in. §. 7. c. seq. Alia capitula/ vel et ne
glectu abierunt in dissuetudinē: vel incerta sunt seu reno
uata in cōsilio Antiocheno vel alio. Item valde notandus
qō habet in hystoria tripartita: et ponit. dist. xxxj. niceua.
Nicena synodus volēs corrigere hoim vitā: in eccl̄ijs cō
morantium posuit leges quas canones vocam⁹. In qua
tractatu videbat aliquibus introducere leges: vt episcopi
Cōcubit⁹ cū vxore castitas est
presbyteri diaconi et subdiaconi cum coniugib⁹ quas ante
cōsecrationē duxerunt/ nō dormirēt. Surgens autē Pānu
tius cōfessor cōtradixit: honorabiles nuptias cōfessus et
castitatē dicens esse cum propria vxore cōcubitum. Sua
sitq; cōsilio ne talē poneret legē: grauē esse asserens; cām
que aut ipis: aut eor cōungalib⁹ occasio fornicatiōis eri
steret. Et hec quidē Pānuti⁹ licet nuptiaruz esset inexpt⁹/
exposuit: synoduscq; laudauit suiam ei⁹. Et nihil ex hac par
te sanciuit: sz hoc in vniuscuiuscq; voluntate pmisit. Hec ibi.
Quā de beat in sacris cōstitu ti seruā dā tiam.
Sed p pleniori declaratione huius materie: scz de cōtinen
tia clericor/ quo ad cōiugium: est diligēter attēdēda gloss.
sup. c. diaconi. di. xxviij. vbi dicit qō in ecclesia orientali et oc
cidētali licite contrahit matrimoniuz a cōstitutis in minori
busordinibus: vt di. xxxij. si quis eorum. A cōstitutis ho in
superioribus: scz subdiaconatu et supra/ nunq; licuit ptrahere
matrimoniū: etiā a tpe apl̄or. Et si ptrahunt nō est ma
trimonium. Hoc patet ex septima synodo: q in oriente fuit
celebrata: et tradidit eis regulā: vt dist. xxxij. si quis eorum.
Est g̃ differētia iter orientales pstitutos in sacris: et occidē
tales: q: orientales si cōtraxerunt ante susceptionē ordinis
sacri possunt vti matrimonio iā pcracto licite: sed vlterius
non possunt cōtrahere si vxor illa moreret. Occidentales
autē et si cōtraxissent ante susceptionē ordinis sacri non
possunt vti tali matrimonio: et hoc a tpe Innocētij et Syri
cij pape: qui continētiā quātū ad hoc indixerunt diaconib⁹.
vt supra dis. lxxxij. ppositi. 7ca. plurimos. Antea poterāt
occidentales sicut et orientales vti iam cōtracto ante ordi
nationem in sacris. Subdiaconibus vero simili modo/ scz
quantum ad vsum matrimonij prius contracti/ indurit cō
tinentiā. s. vt abstinerēt ab vxoribus: Gregorius papa: vt
pt⁹ dist. xxx. ante triēnium. Vñ qō dicit Stephanus papa.
di. ea. aliter. Aliter se habet orientalium traditio eccl̄iarum:
aliter huius sedis Romane eccl̄ie. Nā earum sacerdotes dia
coni et subdiaconi matrimonio copulant/ isti⁹ vero eccl̄ie
et occidentalium nullus sacerdotum a subdiacono vsq; ad
epm/ licentiā habet coniugium sortiendi. Hec ibi. Textus
est obscurus/ sed glos. declarat et bene. Nā qō dicit de orie
talibus matrimonio copulatur. i. copulato vruntur et oc
cidentales non habent licentiam cōiugium sortiendi. i. nec
contracto vtendi. Nam in contrahendo nō est differentia
inter orientales et occidētales/ in sacris cōstitutos: q: nul
lus eorum potest contrahere vt dictum est.

§. II. De reuerentia Constātini

ad congregatos in cōsilio: vt ait Sozomen⁹. in hystoria tri
partita. Ingressis epis in locum pcilij in Nicea preparatū:
introiuit princeps Cōstantinus vltimus in conuentū cum
paucis/ minori sede qꝫ epis sibi posita in medio. Nec resedit
Sacerdotali dignitati Christus detulit Cōstātinus.
donec eporum iussione hoc pet⁹ sibi concedi. Et quum ex
oibus fere locus epi congregati (vt inquit Rufin⁹ vbi. §.)
diuersis ex causis inter se quidem iurgia detulissent: fre
quenter interpellabantur/ et a singulis libelli offerebā
tur. At ille videns qꝫ per hmōi iurgia causa summi negocij
frustraretur/ diem certā statuit: qua vnusquisq; episcopo
si quid querimonie habere videret/ deferret. Et quum re
sedisset: suscepit a singulis libellos: quos in sinu suo simul
omnes continēs: necq; quid in eis tōtineretur aperiens: ait
ad epos. Deus vos sacerdotes constituit. et potestatez de
dit vobis/ de nobis quoq; iudicandi: et ideo nos a vobis re
cte iudicamur: vos autem qui nobis a deo dati estis dij: nō
potestis ab hominibus iudicari: q: nō est conueniēs vt ho
mo deos dijudicet/ sed dei solius inter vos expectate iudi
cium de quo scriptum est. Deus steterit in synagoga deorum
&c. His ergo omissis iurgijs: ea que ad fidem dei pertinēt: si
ne vlla aliarum contentione distinguit. Quumq; hec diriſ
eret vlli hominum simultas sacerdotum. Hanc etiaz refert
Brego. xj. q. j: sacerdotibus. Notabilis textus. Sed et Ni
colaus papa scribens ad Ludouicū dist. xcvj. in scripturis.
In scripturis narratur Constantinum imperatorē dixisse
Vere si propijs oculis vidissem sacerdotē dei: vel aliquem
eorum quimonasticho habitu circumamicti sunt: peccātes
chlamidem meam explicarē/ et cooperirē eus ne ab aliquo
viderēt; cuius exemplo posset mens eius turbari.

§. III. De philosopho cōuicto

f. Eo x.
et conuerso per simplicem virum. Quem Apostolum: stul
ta huius mundi elegit: vt cōfundat sapientes/ scz secundus
mundum. Ut refert Uincen. post Rufinum. et Hugonem
Floriacen̄. Quum p multos dies in eo poruz. cccxvij. reſ
dērium in pslio questio verteret: opinione cōmoti philo
sophi qꝫ dialectici opinatissimi cōuenerunt in quibus qdā
insignis quum epis nostris in dialectica eruditis cōflictuz
quotidie moueret summi certaminis: nec concludi a quoq;
poterat seu constringi. tanta enim dicendi arte obiectis
questionibus occurrebat/ vtvbi maxime putaretur adstri
ctus velut anguis lubricus laboret. Ex vt ostenderet de
quia in sermone est regnum dei: sed in virtute: quidam ex
confessoribus simplex vir: vt nihil sciens aliud quā Jesum
xp̄m et hunc crucifixum: videns philosophum nris insultan
tem: poscit ab hoibus locū philosopho sermocinādi. Nostri
vero qui simplicitatē viri et imperitiā sermonis nouerant
pauere et q̄si pudorē pati ceperit: ne forte apud calidos ho
mines risui efficeretur sancta simplicitas: Persistit tamen
senior: et huic sermonis mouit exordium. In nomine ihāt
Jesu christi audi philosophe que vera sunt. Deus vnus est:
qui omnia que videntur/ virtute verbi sui cōpleuit et crea
uit/ et spiritu sancti sanctificatione firmauit. Hoc verbum
quod nos filium dicimus humanos miseratus errores/ ex
virgine nascitur: et morte nos a morte perpetua liberauit
quē iam resuscitatum expectam⁹ iudicē omniuz que gessi
mus esse vēturum. Credis hec ita esse philosophe? At ille
ac si nulluz vnq; sermonem contradicendi didicisset: ita stu
pefactus virtute dictorum mut⁹: ad oīa hoc solum potuit
respondere: ita sibi videri: nec aliud verum esse qꝫ dixerat.
Tunc senior. Si hoc ita esse (inquid) credidisti/ surge et se
quere me/ et huius fidei signaculum suscipe. Ille autē con
uersus ad discipulos suos vel eos qui gr̄a audiēdi cōuene
rant. Audire (inquid) o eruditi viri: donec verbis mecum
gesta res est: verba verbis opposui: et que dicebantur dicē
di arte subuerti: vbi vero p verbis virtus processit et ore
dicentis nō potuerunt resistere verba virtuti: nec hō deo
potuit aduersari. Et ideo si qs vestruz potuit in ijs q̄ dicta
sunt sentire que sensi: credat christo et sequat hunc senem
in quo loquutus est deus. Itaq; philosophus ebrist̄ianus
effect⁹ tandē se fuisse victum gratulat⁹ est. Attestātur etiaz
Cassiodorus in hystoria tripartita: volentibus quibusdam
philosophis cum Alexandro Constantinopolitano epo di
sputare iussit imperator vt certamen susciperet. Qui qꝫ
simplex esset suscipiens iussit oēs pter vnum tenere scilen
tiū. Cui ait. In noīe dn̄i n̄ri Jesu xp̄i impero tibi in primis
ne loquaris. Qui statim mutus factus est.

§. IIII. In eodē quoq; cōsilio

adfuerunt multi sancti viri de diuersis partibus mundi.
Sed inter ceteros vt scribit Rufinus vbi supra Athana
sius Alexandri diaconus Alexandrini episcopi: ipsuz senez Alexandruz consilijs plurimum iuuans: de quo cum de do
ctoribus illius tpis agetur plenius explicabitur. Fuit pre
terea et ibi pannutius homo dei eps ex Egypti partibus
confessor: et illis quos Maximinus de tris oculis effossis
et sinistro poplite succiso ad metalla dānauit: Sed in hoc
tāta virtutum inerat gratia: vt signa per eum non minus qꝫ
p apl̄os fierēt. Nā et demones tm̄ verbo fugabat: et egros
sola oratiōe curabat: sed et cecis visum dicitur reddidisse: et
paralyticos ad stabilitatē corporis reuocasse. Que Cōstan
tinus in tāta veneratione et affectu habuit: vt sepius eum
intra palatium oplecteret: et illū oculus q̄ in cōfessione fi
dei fuerat euulsus: auidioribus osculis demulceret. Ex eor
numero fuisse dr etiā Spiridiō Cypri⁹ eps: q̄ pastor ouiuz Spiridiō Cypri epi scopus pastor ouium.
etiā in epatu positus permansit. Quedā vero nocte quum
ad caulas latrones venissent: et manus improbas quo adi
tum educendis ouibus facerent/ extēdissent: inuisibilibus
quibusdā vinculis restricti vsq; ad lucē veluti traditi to
ribus perwanserunt. Quumq; oues ducturus ad pascua
matutinus se ageret senior: vidit iuuenes absq; humanis
vinculis caulis pendere districtos. Quum ergo cām no
cōperisset: absoluit sermone quos meritis vinxerat: Et ne
eis inanis cederet occupatio nocturna: rolite inquit o iu
uenes vobis vnum arietē: ne sine causa venisse videamini:
quē melius prece qꝫ furto quesisse conuenerat. Habuit san
ct⁹ iste filiā nomine Hypenen: q̄ quuz ei bene ministrasset:
defuncta est. Deinde venit quidā dicēs se ei depositus quod
dam cōmendasse. Rem vero gestam ignorabat pater. Sed
illius lachrimis motus quuz in tota domo quod poscebat
quesituz esset: nec inuentum: ad sepulchruz filie pperat eā
q̄ nomie; clamitat. Tunc illa de sepulchro respondit. Quid
vis pater?

vis pater? Cōmendatum illius inquit vbi posuisti? Ad ille la locū designans: illic ait defossum inuenies. Regressus igit ad domū: rem repertā sicut illa respondit: tradidit reposcēti. Interfuit pfilio Niceno etiā Jacob? Nisiben? eps. Vbis expugnande modus mirabilis. Hanc ciuitatē Nisibim quum obsideret Sapor rex Persarum: per septuaginta dies impetuz Mygdonij fluminis retinuit vtrasq ripas faciens celsiores: quas quū impleri vidisset subito dimisit aquas cōtra murū ciuitatis. Qui pondus aque non ferēs occidit. Illa vero die quieuit: vt fluui? purgaret z posset ambulare per eū. Jacob? vero eps oratione milites coarmauit z pplm: qui subito murū cū propugnaculis restituerūt. Qō Saporē valde terruit. Qui etiā quū vidisset schema imperatoris stans supra murum putauit Cōstantinū. Sed quū audisset eū Antiochie cōmorari dixit deum pugnare pro Romanis: et iratus sagitam iecit in aerem quasi deum percussurus. Effrem vero diaconus supplicabat epo vt veniret ad murum: et malediceret Persis. Qui ascendens sup murū: orauit deū venire cyniphes z culices: qui statim impleuerunt elephātorum cauas proboscides et aures z nares equorūet iumentorum: que sessores excusserunt: z dirruptas acies cōfuderunt: exercitumq relinquentes summo impetu fugerunt: quo viso Sapor cōfusus recessit. Hec ex historia tripartita. Insup refert Vincen. lib. xiij. spec. historia. c. lxvij. qō sicut in vera reperitur grecorum historia: sanctus quoq Nicolaus Myre ciuitatis eps in Nicena synodo fuisse legitur iam senex. Postea paucis diebus superuenies: de quo canit ecclesia in collecta: q deus beatum Nicolaum pontificē innumeris decorauit miraculis. et de hoc in sequenti. §.

Sāct? Nicolaus cōfilio niceno interfuit.

§. V. Hic Nicolaus vt habetur

ex gestis eius: ex illustri prosapia ortus: ciuis fuit Patare vrbis: que in puincia Lycie quondā nobilissima: sed post ea peccatis exigētibus ad instar paruissimi oppidi est redacta. Parentes igitur beati Nicolai locupletes nimis z honorati: magis celestis q terrenne dignitatis gloriam appetebant. Et miro modo quum in primeuo flore iuuentutis hunc solum filiū genuissent. cūctis voluptatibus se abdicarunt: z inter preces eo? frequētes: hūc solū superstitē: nō tantū diuitiarum quātū z morū flagitabāt heredē. Quoru vota deus ex alto prospectans: qualis futurus esset puer/ in ipso natiuitatis exordio monstrauit. Nam quum lacte matris aleretur: cepit bis in hebdomada: scilicet quarta feria z sexta: semel suggere mammas: z hac vice cōtentus sic per totā diem manebat. Puerilib? aūt annis domi innocēter trāsactis: quum bone indolis adolescēs esse cepisset: nō laciuiā (vt solet illa etas) cōplexus est mundi: sed nūc cum parētibus: nunc solus ecclesie terebat limina: z qō de scripturis aduertebat mēti: pmendabat. Vbi autem orbat? est parentib?: illud aduertens qō christus ait in euangelio Nisi quis renūciauerit oībus que possidet: nō pōt meus esse discipulus: cogitabat ita illud implere: vt fauoris humani eum non percelleret aura. Accidit aūt vt quidam conuicaneus ei? locupletes primis: ad tantā deuenerit inopiā: vt tres filias virgines nubiles: nō solum nō posset nuptui tradere: sed constituens eas prostituere intendebat ex earum turpi cōmercio vitā substētare infelicē. Quod vbi virtutis cōperit: miserrimo hoi condoluit. Notata igitur nocte hora qua a nullo videret: sumens aurū nō modicum: liganstq in panno/ perrexit ad domuz viri: p fenestrā clauz intro iecit: clamq dicessit. Mane quū surrexisset homo auro reperto deo gratias agit: primāq filiā nuptui tradidit. Non multo post Nicolaus idem fecit. Unde: secundam nuptui tradidit. Exinde decreuit nobilis ille vigilare attētius: vt noce posset quis tam large prouideret sue inopie. Tertio autem Nicolaus hoc egit in duplo aurum proiciēs in domum illius: vt ex patre dotes pro tertia filia haberet z de residuo sibi victum pararet. Sed vir ille sentiens sonitum ex casu auri in solarium: subito domum egress? fugiētem insequitur: agnoscensq Nicolauz: osculari satagebat pedes eius: quod ille renuit ab eo exigens vt secretum teneret. Antiste autē ciuitatis Myreorum de hac luce subtracto conuenerunt epi prouincie cum clericis ad prouidendum ecclesie viduate de idoneo presule. Inter quos vnus erat magne authoritatis pontifex: ad cuius intuitum pendebat sententia omniu: qui oēs monuit pro ea re ieiuniis z orationibus insistere. Qō quum fieret: reuelatum est pōtifici illi eum in presulē preficiēdum: qui hora matutinali ad ecclesiam primus veniret: addens q Nicolaus vocaretur. Obseruans igitur pontifex ille cum ceteris horam quum Nicolaus primus omnium ad ianuam ppinquasset: z quesitus de nomine/ Nicolaus vestre sanctitatis seruus respondisset: de communi omnium cōsensu: licet plurimū renitēs pontificali cathedra sublimatus est. Qui in omnibus humilitatem seruans: alacerat in exhortādo: severus in corripiendo: erga pauperes affabilis: ad diuites et potentes authoritatem ostendens: mulierum familiaritatem z priuata colloquia abhorens. Et quuz oim charismatum virtute fulgeret: nihilq sibi/ sed totū dei gratie tribueret: cepit ita corruscare miraculis: vt nō sui tm̄/ sed z alieni quibuslibet angustijs pressi: inuocato eius nomine statum sentirent leuamē. Qō aūt ex laico fuerit subito electus in epm: quum hoc iure prohibeat: fuit ex speciali instinctu et reuelatiōe spiritussancti: vt 8o dist. lxj. §. his oīb?. in glossa. Hic etiam vt refert Jaco. de colūba. zelo fide accensus: Arrio blasphemiam dicenti in sanctissimam trinitatem: scz q pater maior esset filio: z spūssanctus vtroq: alapam dedit corazs patribus in cōsilio cōgregatis. Un̄ vt Greci dicūt mitra epali lapbus ad tempus priuatus fuit. Et hinc dicunt factū: q apō Gre cos pingitur Nicolaus sine mitra epali. Quiavero miracula eius sunt satis vulgata: solum hoc vnum ex integro referam. Quum in phrygia gens quedam a Constatini imperio discessisset: missiq tres principes militum ab augusto vt rebelles subijcerent: tunc Lycie pontum sulcarent: orta tempestate iactis anchoris stabilierunt classes/ optataq ponti litora tenentes ceperunt aliqui eorum huc illucq deambulare inuenes: ac mercationis causa ad locum nūdinarū accedentes rapinas infligere. Quibus quum accolarum vulgus omne ruens obsisteret: illis confligentibus tumultus pceps patare vrbi p nuncio fuit. Que quuz arcendam vim seditionis tot corrueret: hac vir dei commotione permotus ad prefatū portum festinus perrexit: inuētisq principibus illis post salutationis officium: monuit eos vt milites suos ab hac seditione cōprimerēt: z ad vrbē pficiscētes dignarentur eius bñdictione perfrui. His itaq sedatis relatū est ei ciues valde doluisse eius absentiam: eo q cōsul munere excecatus trium militū iniuste neci cōsensisset. Quibus auditis vir dei igne pietatis inflammat?: pfatos rogauit principes vt cum illo rapidis passibus festinarent. Quumq vrbem fuissent ingressi: interrogauit an adhuc viuerent qui capitalē acceperant sententiam. Et audiēs q asportati essent ad locum in quo dānati puniebant: ls tanto fatigatus itinere: currens ad locū reperit eos flexo poplite velata facie: ac super extensam ceruicem iam vibratū spiculatoris ensem. Nec mucrone territus/ totum se audacter in litore ingessit: ac de manu ei? gladium ppellēs: nō prius accessit q eos solutos a vinculis secū reduceret: reperēs/ Me inquā p his innocēter condēnatis paratus sum dedere leto. Fauore ergo ppli psequut? ad pretoriū cōsul accessit. Cui ille festinus occurrēs salutauit. Sed qm̄ pbata virtus corripit incipiētes: aspernēs eū sanct? ait. Inmice dei: legis quaricator: cui? os innocentiū cruore dulcius ebibit melle: qua temeritate p̄sumpsisti tāti reat? consciusvultum pspicere nr̄m? Cruentissime ire nō attendisti pceptū dn̄i qtidie intonātis: Innocētem z iustum nō occides? Auri argētiq cupido te illexit: vt ad patrādum tm̄ facinus cōsentires. Crede paruitati mee: q regnū tuū qō disponis immo predaris hāc patriā: pīs augusti insinuabit auribus. qui factis tuis dignā recōpenset equitatē. Tandē accedentes prefati militū principes deprecati sunt vt psuli vehemēti ruboze suffuso veniā daret. Quoruz postulationē vir dei clementer accipiēs: ducē quē corā oībus diffamarat: coram oībus humiliter mulcere studuit. Dicti vero principes post celebratum cōuiū pōtificis bñdictione pcepta iter ceptum egressi nauigio phrygiā peruenerūt. Quā cum ablatis seditionis fautoribus: sub imperij iure redigissent: Constātinopolim redierunt. Quibus gratulabūdus occurrit ppls z procerum multitudo/ sed z imperator triūphaliter eos in suo recepit palatio: Accedentes aūt postea quidam dolosi ad Eparchū prefectum in multis eos accusabāt: z pīsertim cōtra augustū conspiratores oīndere nitebant. Ceperuntq muneribus animum viri illicere: vt eum in perniciē armarēt innocētū. Qui exēplo corrept? intrauit ad augustū: vt hoc ei verbū z q̄si certū suggereret. Credēs augustus fallacijs eius vtpote prefecti sui: irat? iussit eos cōprehēdi/ z in carcerem trudi: tandem etiam absq inquisitionis respectu occidi. Quumq custos carceris compatiens eis/ egressam iam ab augusto sententiā nunciaret vt sequenti nocte interirent: hortās eos vt de rebus suis disponerēt: illicq diu multumq territi gemerent. vnus ex eis recordatus est q̄liter beatus Nicolaus tres iuuenes innocentes liberasset mirabiliter: Et suspirans iterum atq iteruz: tandem hanc precem fudit. Deus rex exelse/ succurre miseris morituris/ serui tui Nicolai meritis. Sic et comites eius supplicabant/ simulq vno ore clamabant. Sancte Nicolae adiuua nos; licet absens interueni pro nobis: vt erepti a presenti

Beat? Nicolaus diuini fici illi eum in presulē preficiēdum: qui hora matutinali ad na reuelatione ecclesiam primus veniret: addens q Nicolaus vocaretur. publimat in epm

iugulo faciem tuam deuoti videre mereamur. Nocte igitur sequenti qua plectendi erant: quum se augustus sopori dedisset: apparuit ei quedaz effigies sancti Nicolai dicens. Cōstantine cur principes illos sine crimine morti adiudicasti? surge: eosq; q̄ citissime dimitti iube. Quod si nolueris: celestem deprecor regem: vt tibi indurato bellum sinat surgere: teq; ibi perēpto caro tua bestijs auibusq; cibus exurgere: teq; ibi perēpto caro tua bestijs auibusq; cibus fiat. Cui augustus. Quis aut cuius authoritatis es: vt hac hora palatium meuz ingressus audeas talia loqui? Et ille. Ego sum (inquit) Nicolaus peccator Myre metropolis. Hec dicens disparuit. Et Eparcho simili visione et territatione comminatus est. Mane imperator accersitis magnatib⁹ suis/ et Eparcho prefecto: quum iam visiones suas sibi nuice contulissent: fecit sibi princeps illos presentari. Quib⁹ astantibus torno aspectu ita eos affatus est. Quas magicas artes nostis: vt tantis nos phantasijs illudatis: et exagitetis in somnis? Illis attonitis nullumq; respōsum dantibus: denuo ait augustus. Dicite nobis que sunt maleficia vestra? Ad quem vnus pauitanti voce sic respondit. Absit domine vt documentis artis nefarie simus instructi. Cui augustus. Nostis aliquem hominem cui nomen Nicolaus est? Mox illi audito tanto nomine tollentes ad sidera palmas clamabant. Benedictus es domine deus sancti Nicolai qui non derelinquis sperantes in te. Augusto vero querente ardenter quis iste quātusve sit: vnus eorum ait. Iste per oia sanctus: cuius meritis erui credimus ab intento exitio. Et prosequens de eius humilitate et bonitate: liberationē illorum trium iuuenum superpositā per ordinem enarrauit. Quibus Cesar auditis. Ite (inq̄t) et famulo dei gratias agite: immo et deo qui vos per eum liberauit. Ex

Cōstatinus imperator mittit dona sacro Nicolao.

meis autem donarijs hūc euangelij codicem mirifice tectū auro et vas hoc aureum gemmis decoratum et hec alia munuscula ei deferentes/ dicite: vt ista dignanter suscipiat: multisq; preceptis eius libentissime obedienti: nō minari sz orare studeat: atq; pro pace regni nostri: et magis pro totius orbis deum deposcat. Multa autez miracula in vita et post mortem fecit: vt de liberatione a tempestate et naufragio ad inuocationem nois eius. De multiplicatione frumenti assumpti ex nauibus imperatoris: et tñ ad mensurā Bizantij cōsignati. De fallacia Diane in specie mulieris apparentis nautgantibus ad eum visitandum detecta. De imagine beati Nicolai quā posuerat quidā barbarus ad custodiam rerū suarū: que tamen qui fuissent ablate ei: et ipse hoc cernens verberaret imaginem: apparuit Nicolaus illis qui furati eas fuerant: et mandauit reportari illi. Propter q̄ō conuersus est ad christū. De puero et cuppa aurea in mari merso: sed postea sibi restituto cum cuppa. De fallacio mercatoris qui iurauerat seu fideiussorem dederat iudea sibi pecuniam mutuanti sctm Nicolaū: q̄ restitueret in termino prefixo: sed postea in iudicio mercator vsus est fraude: videlicet in ligno concauo ponens illam pecuniam dans iudeo in manu seruandam: iurauitq; christianus iudeo se restituisse eam: post q̄ō/ baculum iudeo cōmendatū: vbi erat pecunia ignorante iudeo mercator resumpsit. Sed in via proficiscēs a bob⁹ obuiantibus quū obdormisset: oppressus est et rescissus baculoq; confracto etiā a bobus exiuit pecunia: et fraude intellecta restituta est iudeo. Qui etiam conuersus est ad fidē illo mortuo resuscitato. De quodā q̄ p reliquijs recipiēs linteamē lecti bti Nicolai: a quo etiā facta oratione ad eū filiū suscepit ex vxore sterili: Adeodatum noīans. Qui post annos captus ab Agarenis/ euoluto anno quum dies aduenisset in qua nobilis ille festū solēne agebat cum suis ad honorē beati Nicolai: et puer ille Adeodatus esset in palatio regis Agarenorum ad obsequia eius: recolens festum fieri solitū in tali die in domo sua de btō Nicolao: sanctus ipse adfuit: et p capillos Adeodatū accipiens in conuiuio parentum coā eis presentauit. De priore verberato q̄ nolebat cantari historiā et officiū beati Nicolai. Demū beatus Nicolaus morte adesse cernens cepit orare et psallere. Videnscq; sanctos angelos ad se venientes inclinato capite inchoans psal. In te domine speraui etc. quum peruenisset ad versic. In manus tuas etc. tradidit preciosissimā animam deo in manus archangelorum. Et ex sepulchro eius

Fontes duo ad sepulchrū mi colai.

honorifico/ duo fontes emanabant: vnus oleum fluens: scz ex parte capitis: alius aquam ex parte pedum: ad sanitatem proficui. Quum autem quodaz tempore eps Myre exilio a prefecto traditus fuisset: statim oleum et aqua fluere cessarunt donec de exilio reuocatus fuit.

§. VI. De conuersione ad fidem

Indie vlteriorīs. Ut testatur Rufin⁹ in histo. ecclesiastica li. x. In ea diuisione orbis terre que ad predicādum verbuz dei sorte per aplos celebrata est. Thome parthia. Mathei Ethiopia: eiq; adherēs citerior India Bartholomeo ⁊ sorte decreta. Inter quam Parthiāq; et Medā: sed longe interiori tractu India vlterior iacet: multis varijsq; linguis et gentibus habitata: quā velut longe remotam/ nullus apostolice predicationis vomer impressserat. Que tamē Cōstantini tpibus tali quadā ex causa semina fidei primo suscepit. Metrodorus quidam philosophus inspiciendorū locorum et orbis perscrutandi gratia vlteriorem ⁊ Indiā penetrasse: cuius exēplo inuitat⁹ etiā Methiopius quidā Tyrius pbr: simili ex causa adire Indiā voluit: habens secū duos puerulos: q̄s lris sibi ppinquos imbuebat quorū iunior Edesius: alter Frumētius vocabat. Mortis autē est inibi barbarorū: vt si qū fedus sibi cū Romanis turbatum vicine nuntiauerint gentes: oēs qui apud eos ex Romanis inuenti fuerint: iugulent. Inuaditur nauis pbr: cuncti cuz ipso pariter perimuntur. Pueruli reperti sub arboze meditantes et lectiones suas parantes: barbarorum miseratiōe seruati: ducunt ad regē. Horū ille alterū. i. Edesiū sibi pincernā fecit. Frumentio vero quē quasi perspicacē deprehenderat et prudentē: rationes suas scriniaq; cōmisit: ex quo in honore magno habiti sunt apud regē et amore. At vero moriēs rex vxorē cū paruulo filio regni sui reliquit heredem. Adolescētib⁹ ño illis q̄d vellēt agēdi dedit liberā facultatē. Quos tū regina suppliciter exorat tanq; nihil in toto regno fidelius: vt secū vsq; quo adolesceret fili⁹: regēdi regni solicitudinē partirent: et precipue Frumenti⁹: cui⁹ prudentia ad moderandū sufficeret regnū. Nam alius fidē puram et sobriā mentē simpliciter exhibebat. Jdq; dū agerēt: et regni gubernacula Frumenti⁹ haberet in manib⁹: deo mente ei⁹ et aīos instigāte: reqrere solicit⁹ cepit: si qui inter negotiatores Romanos christiani essent: et ipsis potestatē mari mā dare: ac monere vt cōuenticula p loca singula facerent atq; Romano ritu oblationis causa cōfluerent. Sed et ipsi multomagis eadē facere: et ita ceteros cohortari fauore et bene ficijs inuitare: prestare q̄cq̄d oportunū esset. Loca de edificijs aliaq; necessaria prebere: et omni mō gestire: vt christianorum inibi semen exurgeret. Sed quū adoleuisset regius puer: qui procurationem regni gerebat: expletis oibus: et ex fide traditis: multū licet detinētib⁹ et rogātib⁹ vt manerent regina cum filio ad orbē nostrū denuo reuertūtur. Et Edesio festinante Tyrum parentes propinquosq; reuisere Frumētius Alexandriā pergit: dicēs equū nō esse occultare opus dñicū. Jgit rē oēm vt gesta erat narrat epō: ac monet vt quideat virū aliquē dignū: quē cōgregatis iam plurimis christianis: et ecclesijs constructis in barbarico solo epm mittat. Tunc Athanasius q̄ nuper sacerdotiū suscepe-

Prima fidei fūdamenta q̄ a q̄busdā apō Indiam iacta.

rat a cōsilio sacerdotū: Frumentiū ipm tanq; spū dei plenū attentius considerans: ei sacerdotium tradidit: eiq; redire cū dñi gratia vī venerat iussit. Qui quū eps perrexisset ad Indiā: tāta ei esse data a deo virtutū gra dicit: vt signa per eū apostolica fierēt: et infinit⁹ barbarorū numerus ad fidē cōuerteret. Hec nos ab ipso Edesio Tyri presbytero postmodum facto. qui Frumentij comes fuerat: didicimus.

§. VII. Per idez tempus etiam

Iberorū gēs ad fidē cōuersa est p quendā christianā captiuam apud nos repertā. Nam quū apud eos moris esset vt si paruulus egrotat circunferat a matre p singulas domos si q̄d forte remedij in aliqua domo possit inueniri: contigit vt mulier q̄dā paruulū suū infirmatū p oēs domos circumferret: et in nullo subleuaret. Tandē venit ad captiuā illam christianā: q̄ oratione sua illū sanauit. Q̄ō quū peruenisset ad reginā: et ipsa tunc infirmaret: ipsa vocata etiā illaz sua oratione sanauit. Rex aūt quū quadam die veniret: obrerans et ab alijs seiunct⁹/ solus in locis obscurissimis se repereriēs ait. Si vere xp̄s est deus quē predicat vxor mee captiua: nunc me de tenebris istis liberet: et ip̄m cuz oibus mihi subiectis colam. Q̄ō ita factū est. In ecclesia vero noua facienda colūnam ingentē q̄ nullis viribus erigi poterat: ipsa captiua sola oratione erexit: et in locū suū ostituit. Sāctus quoq; Juuētius et Florētius illis temporibus sanctitate et miraculis effulsere. Et sanctus quidē Juuentius Samari tanus natione ex paganis exortus: ad predicationē sancti Georgij cōuersus/ ad sacerdotiū meruit promoueri: parentesq; doctrina sua conuertit ad christū. Qui angelo monente Thessalonicam perrexit: idola Datiani ibi signo crucis constringens: et filiā eius Cleopatroniā a demone obsessam liberauit. Que quū cōuersa ad fidē cū ducētis fere hoibus baptismum recepisset: misit Romā beato Petro. i. ecclesie eius/ duo cādelabra et alia vtensilia ob deuotionē p Juuentium et beatū Bñdictū epm. Et quū in via eis deficeret victus: et p litus trāsirent: exiuit de mari magnus piscis: q̄ captus ab eis per vnā hebdomadam ad victum suffecit. Huic

Sancti iuuētij et Florētius.

quadam

Et quum aliquando quidam sibi familiarissimi episcopi ad detractionem linguam laxassent: adeo dure eos redarguit vt diceret versus illos delendos: vel se de mensa recessurū: nisi a detractione cessarent. Pauperuz semp memor erat. ⁊ ijs que habere poterat liberaliter exhibebat. Naz ⁊ de vasis dominicis vt calicib⁹ et huiusmodi si popul⁹ nō subuenebat: iubebat conflari et dari propter pauperes ⁊ captiuos: quod se a beato Ambrosio didicisse factum referebat. Consanguineis ita prouidit. non vt diuitias haberent: sed aut non aut minus egerent. Vasa non argentea: exceptis cochlearibus: sed lignea vitrea vel marmorea seu terrea habebat: non propter paupertatem: quia non posset: sed propter honestatem. Fabricarum nouarum nūq̄ studium habuit: deuitans in eis implicationē animi: quē liberum esse volebat vt scripturis plenius vacare posset. Non tamē illa edificare volentes impediebat: nisi immoderate fieri conspexisset. Domum/agrum/vel villam emere noluit. Multas hereditates respuit dimissas: eo q̄ mortuorū filijs potius deberi dicebat. vnde ⁊ ipse dicit. xvij. q. iij. c. vltī. Qui cūq̄ vult ex heredato filio heredem facere ecclesiam: querat alterum qui suscipiat q̄ Augustinum. immo deo propitio neminez inueniet. Et addit exemplū Aurelij Carthaginensis episcopi quod egit: iure tamen poli non fori. Feminarum nullam nunq̄: nec etiam germanā sororem: aut fratris sui filiam que deo pariter seruiebant: secum habitare permisit. Dicebat enim quod si de sorore vel neptibus nulla posset oriri mali suspitio: tamen quia tales sine alijs sibi necessarijs esse non possunt: et ad eas alie aduentarent: ex illis possent infirmiores aut humanis tentationibus commoueri: aut malis hominū suspitiōibus infirmari. Nunq̄ cum muliere/solus loqui volebat: nisi secretum aliquod interueniret. Docti ergo viri. ait Grego. de hoc magna nobis cautela sumēda est. dist. lxxxj. legitur. Raro pro aliquo literis vel verbis/intercedere volebat: recolens quendam philosophum contemplatione fame amicis multa nō prestitisse. Et sepe dicebat. Potestas q̄ petitur: premit. Quum autem id faciebat: sic stilum temperabat: vt onerosus non esset: sed mereretur vrbanitate dictaminis eruditi. Volebat autem magis inter ignotos q̄ notos causas audire: dicens quia posset inter hos libere cognoscere iniquum: et vnum ex eis amicum facere: pro quo sciz iustitia mediante sententiam ferret. Ex amicis vero vnum perditurū: contra quem scilicet sententia veniret. Laudabat quoq̄ plurimuz quibus desideriuz moriendi inerat: ⁊ super hoc trium eporum exempla sepius recitabat. Et omissis duobus aiebat Cyprianus referre de quodam episcopo: q̄ quū infirmitate grauj laborareť: adhuc sibi sanitatez restitui orabat. Cui iuuenis speciosus apparens cum indignatione infremuit et ait. Pati timetis: ⁊ exire non vultis: quid faciam vobis? A multis ecclesijs inuitabať vt ibi verbum dñi predicaret: et predicando multos ab erroribus cōuertebat. Aliquando in predicatione digressionez a proposito faciebat ⁊ tunc dicebat: q̄m ad profectuz alicuius hoc dñs ordinasset: sicut accidit de quodā negotiatore Arriano: q̄ quuz predicationem eius audiret: diuertens Aug. a proposito loquutus est contra illam heresim: vnde ille conuersus est. Ipse etiam refert q̄ quū mater ei⁹ esset cū eo Mediolani: ⁊ inueniret ibi fideles non ieiunare die sabbati: que tū alibi solita erat ieiunare: cepit in se fluctuare vtrū ne deberet ieiunare sm morem suū pristinū: an non ieiunare sm morem Mediolanensium. Unde super hoc consulunt per filium suum Aug. Ambro. quid agere deberet. Cui Ambro. respondit. Quum Rome sum: ieiuno sabbato. quū Mediolani sum: non ieiuno. Sic et tu ad quācūq̄ ecclesiā veneris: eius morē serua: si nō vis cuiq̄ esse scandalū: nec quēq̄ tibi. dist. xij. illa. Qđ est intelligendū in ijs q̄ nō sunt cōtra mādata dei: vel ecclesie: vel votū: et regulā suā. Unde idem August. in lib. iiij. de baptismo ait. Hoc plane verū est: q: ratio ⁊ veritas cōsuetudini semper preponenda est. Qđ si cōsuetudini ratio suffragatur: mihi oportet firmi⁹ retinere. dist. viij. frustra. Et ad Casulanū presbyterum ait. distic. xj. in his. In his rebus de quib⁹ nil certi statuit scriptura diuina: mos populi dei et instituta maiorū pro lege tenenda sunt. Et sicut preuaricatores legū diuinarū: sic transgressores cōsuetudinū eccle-

Beati August. mensa.

Nam sedus naturale nihil' se ui crimi nis esti mari p mittit. vt hȳ in l. cūqui. C. ō epi. ⁊ cleri. ⁊ in. c. cuz in iuuē tute. in' glos. super verbo. naturale fed⁹. extra ō p̄ sump.

Odis canonicorū regulariū origo.

Respon fuz beati Ambro. ō obser uan. ieiunio.

Uel vo tuz. Ad hoc fa cit. ca. vl ti. extra

stasticarū coercēdi sunt. ¶ In diebus autē eius.s.circa annos dñi.cccc.xj. Uuandali totā Aphricē puinciā occupantes: qui infideles erant: nec parcētes serui ordini vel etati: tandem Hipponensem ciuitatem vbi p̄sulabat Augustinus valida obsederūt. Sub hac tribulatione Aug. senectutis sue amarissimā et lugubrem vitam duxit: quum videret alios occisos: alios effugatos: ecclesias sacerdotū viduatas: ciuitates cū accolis dissipatas. Conuocatis itaq; fratrib⁹ ait. Ecce rogaui dñm vt aut nos de his periculis eruat aut patientiā tribuat: aut de hac vita suscipiat: ne tot calamitates videre cōpellar. Et ecce tertio q̄ petiui obtinui. Unde tertio obsidionis mense febribus laborans lecto decubuit. Intelligēsq; dissolutionem sui corporis imminere: Beatus Augus. vsus est offō medicorū, vt deo vacaret liberius: et ei⁹ intētio a nullo impediri posset: ante. x. dies sui exitus nullū ad se ingredi precepit: nisi vel medicus ad eū ingrederetur: vel quū sibi refectio porrigeretur. Accessit aūt ad eū quidā infirmius quū infirmitate ipse detineret: rogās eū vt imponeret sibi manū p̄ sanitate recuperāda. Cui Augu. Quid est fili q̄ loqueris? putas q; si tale aliq̄d facere possem: mihi ipsi hoc non conferrem? Ille vero quū instaret dicens sibi a dño in visu preceptum esse vt accederet ad eū: et sic sanitatē reciperet: videns Augu. fidē illius: p eo orauit: et sanatus est. Energuminos multos curauit: et plura alia miracula fecit. In. xxij. de ciui. dei narrat duos a demonio liberatos: et vt credit: licet nō noīet p ipm. Denicq; quus dissolutioni corpis appropinquaret: hoc memoriale documentū reliquit: nullum hominem quantūcūq; excellētis meriti sine cōfessione et eucharistia debere trāsire: q̄ et ipse fecit. Ad extremā aūt horas deductus: membris oibus sui corporis incolumis: integro aspectu et auditu anno etatis sue. lxxvj. ep̄atus vero sui. xlv. coram positis fratrib⁹ et orantibus dormiuit cus patribus suis. Testamētū nullū fecit: quia vnde faceret pauper christi nō habuit. Quus autem gens barbarica totā illā terrā occupasset: et loca sctā pfanasset: asportatum fuit occulte corpus Augustini ad Sardiniā. Et post annos. cclxxij. a translatu eius/ Uiprandus Longobardorū rex audiēs Sardiniā a Saracenis depopulatam: dato magno precio inde tulit corpus beati Augustini: et Papie translatum collocauit.

Augustini corpus,

§. IIII. De libris editis ab Au.

vt refert Uincen. specu. histo. li. xix. Librorum Augustini tractatuūq; atq; epistolarum numerus ad mille. xxx. extenditur: vt merito de eo illud dictū conueniat. Mentitur qui se totum legisse fatetur. Precipui tamen ex libris eius et magni voluminis et quotidiani vsus sunt: liber de ciui. dei distinctus in. xxij. libros contra errores paganorum de cultu deorum suorum: vbi describit duas ciuitates: scz Hierusalem seu ecclesie: cuius rex est christus et cives eius virtuosi vera fide et viua. et Babylonis infernalis: cuius caput et rex est diabolus et cives eius reprobi. Et in presenti electi affliguntur et a malis oppримuntur: reprobi frequenter in mundanis florent. Et ciuitatem Hierusalem edificat amor dei in humilitate fundatus: et crescit vsq; ad contēptus sui: sed Babylonem infernalis edificat amor sui crescens vsq; ad cōtēptū dei. De trinitate. lib. xv. De cōfes. lib. xiij. Contra Donatistas de baptismo libr. vij. Ad Marcellum de baptismo parulorū. li. iij. De doctrina christiana lib. iiij. De anima et eius origine libr. iij. De libero arbitrio li. iij. Contra Julianum Pelagianum lib. vj. Contra epistolam Parmeniani. lib. iij. Contra literas Petiliani Donatiste. lib. iij. Cōtra Cresconiū grāmaticum lib. iiij. De symbolo tractatus iij. Super genesim ad literam lib. xij. Questiones in pentateucū libr. vij. Loquutionum in heptatico libr. vij. Super psalterium. cl. vbi exponit totū psalteriū. Sup Joan. homilias. cxxiij. De verbis dñi tractatus. lxv. De verbis Apostoli tractatus. xx. Super primam epistolam canonicā Joannis homilias. x. Sup epistolā ad Galathas lib. j. Sup epistolam ad Romanos lib. j. De sermone dñi in monte lib. ij. De questionibus in Matthеum et Lucam lib. ij. De consonantia Matthei et Luce in generationibus domini tractatus. j. Super Mulierem fortem quis inueniet tractatus. j. Annotationum in Job lib. j. De disciplina christiana. libr. j. De. lxxxij. questionibus. lib. j. De incarnatione christi li. j. De fide et operib⁹ lib. j. Ad Ualentinus de gratia et libero arbitrio lib. j. Ad ipsum et monachos qui cum eo erant: de correctione et gratia lib. j. De natura et gratia lib. j. De perfectione iustitie libr. j. Ad Bonifacium. libr. j. Ad Macedonium. lib. j. De videndo deū ad Paulinam li. j. Ad Macedonium religiosam feminam lib. j. De quantitate anime li. j. Ad Probam de continentia lib. j. De penitētia lib. j. De patientia li. j. De virginitate li. j. De bono viduitatis lib. j. De bono coniugali. lib. j. De adulterinis coniugijs lib. j. De decem chordis lib. j. De predestinatione diuina. lib. j. Contra aduersarium legis et prophetarum lib. ij. De mendacio lib. j. De gratia dei. lib. j. De fide ad Petrum lib. j. De catechizandis rudibus libr. j. De presentia dei ad Dardanum li. j. De natura boni contra Manicheos lib. j. Speculum lib. j. De concupiscentia carnis aduersus spiritū orationes. iij. Cōtra quinq; hostium genera. lib. j. De nuptijs et concupiscentia lib. j. De predestinatione sanctorum et perseuerantia lib. vnum. De vnico baptismo libr. j. Ad Aurelium de opere monachorum libr. j. De igne purgatorio lib. j. De natura demonum lib. De laudibus charitatis. lib. j. De cura agenda pro mortuis libr. j. De diuersis consuetudinibus ad inquisitionē Januarij lib. j. De gratia no. testa. lib. j. De questionibus vete. testa. lib. j. De vtilitate credendi lib. j. De vita christiana. lib. j. De agone christiano lib. j. De vera religione lib. j. De. lxxvij. heresibus lib. j. Ad Orosium presbyterum. lib. j. De errore Priscillianistarū lib. j. De musica lib. vj. Contra Faustum Manicheum. lib. xxxij. Enchiridion ad Laurentium li. j. Soliloquiorum lib. ij. De immortalitate anime. li. j. De vita beata li. j. De ordine li. ij. De academicis libr. iij. De disciplinis liberalibus lib. j. Ad Julianum comitē lib. j. Epistolas paruas ad diuersos. cl. Sermones diuersos. cc. Epistole etiam eius ad Hieronymum. Regula de institutione canonicorū lib. j. Retractationū lib. ij. De spiritu et litera lib. Omissis titulis aliorum/ fertur vt ait Uincen. spe. histo. ipsum etiā edidisse librum qui intitulatur de anima et spiritu qui procul dubio est vtilissimus elegans et disertus. Sed mihi non videt hunc librū stilū Aug. sapere. Unde fertur ab aliquibus potius ab Hugone de sancto victore vt diuersis libris Aug. ad compendium extractum et cōpilatum. Fuit autem ipse Augu. valde humilis. vt dicit idē. Genet a puero: eps tot annorū collega nondū anniculo paratus sum edoceri. xxiij. q. iij. si habes. Idem dist. xx. noli. Noli ifis meis quasi canonicis scripturis inseruire. Sed et in illis q̄ nō credebas quū iuueneris incunctāter crede. In istis aūt q̄ certum habebas: nisi certū intellexeris noli firmū tenere. Idē dist. ea. c. noli. ij. ait. In eo quippe numero sumus: vt nō dedignemur etiam nobis ab apostolo dictū accipe. Et si forte aliq̄d aliter sapiris: hoc quoq; de⁹ reuelauit. Sed et quante puritatis fuerit: ostendit in lib. confessionum: in quo se coram deo et hominibus accusat de his que minima vel nulla peccata reputantur et pueritie et adolescentie: vt ibi pater.

§. V. De mysterio trinitatis sic

ait Augu. in lib. de trini. vt habetur etiam de ꝑse. dist. iij. c. vlti. Oēs quos legere potui q̄ ante me scripserūt de trinitate q̄ deus est: diuinor libror veterum et nouor catholici tractatores: hoc intēdērūt sm scripturas docere: q̄ pater et filius et spūssanctus/ vnius eiusdemq; substantie inseparabili equalitate diuinā insinuant vnitatem et ideo non sunt tres dii: sz vnus deus. Quāuis pater filium genuerit: et ideo filius nō sit q̄ pater est/ fili⁹ a patre sit genit⁹: et ideo pater nō sit q̄ filius: spīritusq; sanctus nec pater sit: nec fili⁹ sz patris et filij spūs. patri et filio etiam ipse coequalis: et ad trinitatis pertinēs vnitatē. Non tū eandem trinitatē natā de virgine Maria. et sub pontio Pilato crucifixā et sepultam: et resurrexisse et in celū ascēdisse dicim⁹: sed tantūmodo filium. Nec eādem trinitatem dicim⁹ descendisse sup christū baptizatū in specie colūbe: vel super apl̄os in specie ignis sed tantū spūm scīm. Nec eandem trinitatē dicim⁹ dixisse de celo sup christū baptizatū vel transfiguratū. Tu es vel hic est filius meus dilectus. Quis pater et filius et spiritussanctus sicut inseparabiles sunt: ita inseparabiliter operētur. Hec ibi. Unde tota trinitas operata est et creauit christi humanitatē seu formauit: et illā colūbam/ et nubē/ et ignem: et illam vocem: tamen vnio humanitatis illius fuit ad personam verbi: non patris vel spiritussancti: et columba illa vel ignis non ad vnionem: sed significationem spiritussancti tantuum: et illa vox ad representandum patrem tantum.

§. VI. De proprietatibus diuinarum personarum

sic ait Aug. in. vj. de trini. c. vlti. Quidam quū vellet breuissime singularum in trinitate personarū insinuare ꝓpria: eternitas (inquit) in patre est: in imagine species: in munere vsus. Et q; nō mediocris authoritatis in tractatione scripturarū et assertiōe fidei vir extitit. Hilari⁹ essi in libris suis hoc posuit: verbū hoc. i. pater imaginis et muneris: eternitatis: speciei: et vsus: abdita tam scrutatus intelligentiā: quantū valeo/ nō eū sequutus me arbitror in eternitatis vocabulo: nisi q̄ pater nō his patrem de quo ipse sit. Filius aūt de patre est vt sit: atq; illi

coeternus

cocternus sit. Imago enim si perfecte imple illud cuius est imago: ipsa coequat ei: nō illud imagini sue. In qua imagine speciem nominauit: credo qō propter pulchritudinē, vbi tāta est tanta congruentia ꝛ prima equalitas: ꝛ prima similitudo in nulla re dissidens: ꝛ nullo modo inequalis: ꝛ nulla ex parte dissimilis: sed ad idētitatē respondens ei cuius imago est. Ubi est prima ꝛ summa vita: cui nō est aliud viuere: ꝛ aliud esse: sed idem est esse et viuere. Et primus ac summus intellect⁹: cui non est aliud viuere ꝛ aliud intelligere: sed id qō est intelligere: hoc viuere: hoc esse est. vnum oia: tanch perfectū verbū cui non desit aliquid. Et ars quedam omnipotentis ꝛ sapiētis dei plena omniū rationū viuentiū incommutabiliū. Et oēs sunt vnum in ea: sicut ipsa vnū de vno: cum quo vnus ibi nouit oia deus que fecit per ipsam: ꝛ ideo quū decedant ꝛ succedant tempora: non decedit aliq̄d vel succedit scientie dei. Non enim hec que creata sunt ideo sciuntur a deo: quia facta sunt: ac nō potius ideo facta sunt vel mutabilia: qz immutabiliter a deo sciuntur. Ille ergo ineffabilis quidaz complexus patris ꝛ imaginis non est sine perfruitione. i. sine gaudio: ꝛ sine charitate. Ila ergo dilectio/delectatio/felicitas, vel beatitudo: si tamē humana voce aliqua digne dicitur: vsus ab illo appellata est breuiter. Et est in trinitate spiritussanctus: nō genitus: sed geniti genitoris q̄ suauitas: ingēti largitate atq̄ vbertate perfundens oēs creaturas pro captu earū: vt ordinem suum teneant: ꝛ locis suis acquiescant. Hec igitur oia que arte diuina facta sunt: ꝛ vnitatem quādam in se ostendunt ꝛ speciem ꝛ ordinē. Quicquid enim horū est: ꝛ vnū aliquid est: sicut sunt nature corporū: ꝛ ingenia animaruz: ꝛ aliqua specie formaruz: sicut sunt figure vel qualitates corporum ac doctrine vel artes animaruz. ꝛ ordinem aliquē petit aut tenet: sicut sunt pōdera vel collocationes corporū et amores: aut delectationes animaruz. Ceterū in ulla summa trinitate tantū est vna: quantum tres simul: nec plus aliquid sunt due q̄ vna. Oportet igitur vt creatorem per ea q̄ facta sunt: intellectū conspiciētes: trinitatē intelligamus: cuius in creatura: quō dignum est: apparet vestigiū. In illa enim trinitate summa origo est rerū omniū: ꝛ perfectissima pulchritudo: ꝛ beatissima delectatio. Itaq̄ illa tria et ad seinuicem determinari videnť: ꝛ in se infinita sunt. Sed hic in rebus corporeis/non tantum est vna: quātum tres simul: ꝛ plus aliquid sunt due: q̄ vna res. Ceterū in summa trinitate/tātum est vna: quantū tres simul sunt: nec plus aliquid sunt due q̄ vna. ꝛ in se infinita sunt. Ita et singula sunt in singulis: ꝛ oia in singulis: ꝛ singula in omnib⁹/ꝛ omnia in oibus: ꝛ vnū oia. Qui videt hoc vel experte. vel per speculum in enigmate: gaudeat cognoscens deum/et sicut deum honoret/et gratias agat. Qui vero non videt/tendat per pietatē fidei ad videndū/non per cecitatem ad calumniandum/quoniā vnus est deus/sed ramē trinitas. Hec August. Que verba Hilarij sunt tante profunditatis vt dicit magister in primo sententiarum oist. xxxi. vt etiā exhibita dicta expositione August. vix aliquatenus human⁹ sensus valeat intelligere. Augu. in enchyridio. A summa equaliter et immutabiliter bona trinitate creata sunt omnia: nec tamen summe: nec equaliter: nec immutabiliter bona. Et tamen bona singula: et vniuersa simul valde bona: quia ex omnibus cōsistit vniuersitatis admirabilis pulchritudo. In qua etiā illud quod malū fit: quū ex eo bonum elicitur: ordinatum ꝛ loco suo positum: eminentium commendat bona: vt magis placeant ꝛ laudibiliora sint: dum comparantur malis. Hec idē August. in enchyridio. Nihil fit nisi omnipotens fieri velit: vel permittēdo fieri/quo scilicet ad mala: vel ipe faciendo/quo scilicet ad bona. Idem. Deus omnipotens adeo est potēs ꝛ bonus: vt nullo modo sineret esse aliquid mali in operibus suis: nisi esset ita potens vt de omni malo eliceret maius bonum. sicut de impietate Judeorum in passione christi redemptionem hominum: ꝛ de crudelitate tyrannorum infidelium patientiam et coronam martyrum. Ipse August. de pen. dist. ij. §. vlti. Solus deus omnipotēs dicitur: qui quū omnia possit: hoc solum non potest: cuius posse non est aliquid posse: scilicet peccare. hoc enim nō est posse: sed deficere.

§. VII. De prescientia dei ꝛ predestinatione: quod non tollunt liberum arbitrium ad bonum vel malum.

Aug. xxiij. q. iij. Nabuchodonosor. sic ait. Nabuchodonosor penitentiam meruit fructuosam. Nōne post innumeras impietates flagellatus penituit: ꝛ regnum quod perdiderat rursus accepit? Pharao ipsis est flagellis durior effectus et periit. Hic mihi rationem reddat: qui diuinum consilium nimis alte sapienti corde diiudicat: cur vnum mendicamentum vnius medici confectū: aliq̄ ad interitū: aliq̄ valuerit ad salutem: nisi q̄ christi bonus odor sumus deo in omni loco. aliis quidem odor vite in vitā: aliis odor mortis in mortē? Quantum ad naturam/ambo hoies erant. quantū ad dignitatē/ambo reges. quantum ad causam/ambo populū dei captiuū possidebāt. quantum ad penam/ambo flagellis clementer admoniti. Quid ergo fines eorū fecit esse diuersos: nisi q̄ vnus dei manum sentiens in recordatione proprie iniquitatis ingemuit: alter contra dei misericordissimam veritatē libero pugnauit arbitrio? Idē in eodem. Vasis ire nunch deus redderet interitum: si non spontaneū inueniretur homo habere peccatuz. q̄ nec deus peccāti homini iuste inferret iram: si ex predestinatione dei homo cecidisset in culpam. Idē. Predestinationem dei siue ad bonū: siue ad malū in omnibus operari ineptissime dicitur: vt ad vtrūch homines quedam necessitas videatur impellere: quū in bonis volūtas sit intelligenda: sed non sine gratia: in malis voluntas intelligenda sine gratia. Quum vero aliquos a deo aut traditos desideriis suis/aut obduratos legimus: aut relictos peccatis suis: hoc ipsos meruisse profitemur: quia talia eorū crimina precesserūt: vt ipsis sibi penaz debuerint: qua eis ꝛ suppliciū verteretur in reatuz. Erq̄ ita nec de iudicio dei querimur quo deserit meritos deserit: et misericordie eius gratias agimus: qua liberat nos meritos liberari. Uires itaq̄ obedientie non ideo cuiq̄ subtraxit: q̄ eum non p̄destinauit: sz ideo eū nō predestinauit: q̄ recessuz ab ea obedētia esse fuidit. Predestinatio quoq̄ dei semp in bono est: que petīm sola hoīs vota/lūtate cōmissum: aut remittēdum nouit cū laude misericordie: aut plectēdū cū laude iustitie. In malis aūt operibus nostris sola dei prescientia intelligenda est: q̄ sicut prescivit predestinauit que ipse fecit: vt faceremus dedit ita p̄sciuit tātū: ꝛ nō predestinauit que nec ipse fecit: nec vt faceremus dedit. Hec ibi. Idē Aug. Nulla necessitas cogit volūtatem hominis volūtarie incedētis ad ambulādū: quāuis necessariū sit eum ambulare dū video ipsum ambulare. Eodem modo si quid quidētia dei prescies videt: id necesse est esse et si nullam nature habeat necessitatē. At ea futura que ex libertate arbitrij pueniūt prescientia cōtuet. Hec igit ad iturū relata diuinū: necessaria sunt per dispositionē diuine notionis: cui. s. sunt oia presentia. Per se vero considerata absoluta: nature sue libertatēnon deserunt. Fiunt ergo p̄ culdubio cuncta que futura deus esse prenoscit: sed eorum quedam ex libero proficiscuntur arbitrio: vt scz actus humani. Idem Aug. xxiij. q. iij. corripiantur. in fi. ait. Nescientes quis pertineat ad predestinatorum numerum: quis nō pertineat: sic ad omnes charitatis affectu debemus afficiri vt velimus omnes saluari. Idem. xxiij. q. iij. sicut. s. Sicut nō est ab oratione cessandum pro ijs quos corrigi volum⁹/ etiā si nullo hominum orante pro Petro dns respexit eum/ ꝛ suum fecit flere peccatum/ita nō est negligēda correctio/ quāus deus quos voluerit nō correctos faciat esse correctos. Tunc autē ex correctione proficit homo/quū miserek deus atq̄ adiuuat ille qui facit quos voluerit etiā sine correctione proficere. Augu. in li. de correctione ꝛ gratia. Cogūtur homines fateri donū dei esse vt finat hō vitā istam antech ex bono mutetur in malū/q̄ dicit. Raptus est sz a deo bonus/ne malitia immutaret mentē eius. Cur autem id donū alijs nō detur/alijs nō detur/ignoratur. Id tñ donū dei esse in bono perseuerātiaz sm scripturas de q̄b⁹ multa iā posui testimonia/fateanť nobiscuz. ꝛ cur istud donuz deť alijs/alijs nō detur/sine murmure aduersus deuz dignenť ignorare nobiscum. et illud apl'i exclamare. O altitudo sapiētie ꝛ sciētie dei/q̄ incomprehēsibilia sunt iudicia eius. Hec de pe. dist. iij. si ex bono. Aug. super Jo. sup illud. Nemo venit ad me nisi pater traxerit euz. Magna gratie commendatio/ait Augu. Nemo venit ad christum nisi tractus. Quē trahat/sz gratia sua/quē nō trahat/cur istuz trahat/ illuz non trahat/noli inuestigare/si non vis errare. Gemel accipe ꝛ intellige. Nondum traheris/ora vt traharis. Non autez trahit animus inuitus. sed amore. Erahit etiā deus aliquādo hoies ad se verbere tribulationū. vñ Augu. li. ad Uincētiū donatistā. Quis nos pōt amplius amare q̄ deus ꝛ tamen nos nō solū docere suauiter/verū etiam terrere salubriter nō cessat. Fomētis lenibus sz beneficiorū quibus nos cōsolatur/sepe etiā mordacissimuz medicamentuz tribulationis adiūgit. Exercet fame patriarchas etiam pios ꝛ religiosos. Populuz contumacē penis grauioribus agitat. Non aufert ab apl'o stimuluz carnis tertio rogatus/vt virtutez in infirmitate perficiat. Et infra. Noueris aliquādo furem auertēdis pecorib⁹ pabulū spargere: ꝛ pastorem aliquādo flagello pecora errātia reuocare. Et q̄ prenetic⁹ ligat ꝛ q̄ lethargicū excitat/ambob⁹ molestus/ambos amat. hec. v. q. v. non ois. Idē Augus. lib. de libero arbitrio

de cõse.di.iiij. gratia. Gratia q̃ per christũ datur. non solum remissionẽ peccatorũ facit: sed etiã vt lex impleat: vt natura liberet: ne peccatũ dominetur. Spiritꝰ etiam gratie dat fidẽ: que etiã nõ perit a deo conceditur. Nã fides nõ est libertatis arbitrij tantũ: sed donũ dei. Idẽ contra Julianum de conse.di.iij. nemo. Nemo tollit peccata nisi christus solus qui est agnus tollẽs peccata mundi. Tollit aũt ⁊ dimittendo que facta sunt: vbi ⁊ originale continetur: ⁊ aduuando ne fiant: ⁊ perducendo ad vitam vbi oĩno fieri nõ possunt. Hec ibi. Tollit aũt christus inquantũ deꝰ/authoritate cum patre ⁊ spũsancto: inquantũ homo/meritorie. Idẽ Augustꝰ de pe.dist.iij. piũ est. Gratia quũ destruit mala prioza scz p prescientiã de eis: etiã remunerat bona. Et quũ destruit qõ suũ nõ inuenit: diligit ⁊ remunerat qõ in peccãte plãtauit.

§. VIII. De beatitudine adquã

perducit virtus. Aug. de ci. dei. lib. x. c. f. ait. Oĩm hominum qui rõne quo quo modo vti possunt/certa snia est: oẽs velle esse beatos. Qui aũt sint: vel vñ fiant: dũ mortalis querit infirmitas: multe magneq; controuersie concitate sunt. In quib⁹ philosophi sua studia ⁊ otia cõtriuerũt. de qua re legimus platonicos inter pbos omnium nobilissimos: prozoprerea q; sapere potuerũt immortalem ac rationalẽ vel intellectualẽ hoĩs aĩam dixisse nisi participato lumine ipsius dei: a quo ⁊ ipsa ⁊ mũdus factus est: beatam esse non posse. Jta illud qõ oẽs appetũt. i. vitã beatã/quẽq; isti assequantur negant; qui nõ vni vllî optimo; q̃ est incõmutabilis deꝰ: puritate casti amoris adheserit. Sed in hoc errauerunt: q; plures deos colẽdos putauerunt: vel colentibus populis assenserũt. Idẽ Augustꝰ in lib. cõfes. Oẽs beate viuere volumus. Beatꝰ aũt neq; ille est: qui nõ habet qõ amat: quale cunq; illud sit. Neq; q̃ habet quod amat: si illud noxium sit. Neq; qui nõ amat qõ amandũ est: quum sit optimum. Nam et qui appetit qõ adipisci nõ põt: cruciatur. Et q̃ adeptus est qõ adipiscẽdũ nõ esset: fallitur. Et qui nõ appetit quod adipiscendum esset: egrotat. Restat ergo quartum. vbi vita beata inueniri possit. quũ id qõ est hoĩs optimũ: ⁊ amatur et habeat. Hoc aũt deus est: quẽ si sequimur: bene. si autem assequimur: beate viuimus. Sed quõ sequimur quod non videmus: aut quõ videmus qui insipientes sumus: sciz ex nobisipsis circa diuina tenebrosi? Sed per fidem sacrarum scripturarũ. per dilectionẽ operãtem iuuamur. Unde subdit Aug. Refugere ergo in tenebrosa cupientibus: diuina dispẽsatione nobis illa authoritatis opacitas occurrat: et mirabilibus rerũ vocibusq; librorum velut signis temperationibus veritatis vmbriq; blandiatur. Jtaq; vere religionis fide preceptis seruatis: non deseramus viam quam nobis deus patriarcharũ segregatione/⁊ legis vinculo/et prophetarũ prefagio/⁊ suscepti hominis sacramẽto/⁊ apostolorũ testimonio/⁊ sanguine martyrum/⁊ gentium occupatione muniuit: nostrasq; ratiuncolas diuinis submittamus affatibus. Audiamus ergo quẽ finẽ bonorum nobis christus prescribat. Nec dubium quin is sit finis: quo nos summo amore tendere iubes. Diliges (inquit) dñm deum tuũ ex toto corde tuo: ⁊ ex tota anima tua: ⁊ ex tota mente tua. Dilectio igitur in deũ redit: qua se illi homo nõ cõponere/sed supponere affectat. Qõ quanto fecerit instantius tanto erit beatior et sublimior. et illo dominante liberi erimus. Fietq; per charitatẽ. vt conformemur deo. et circũcisi ab hoc mũdo/nõ cõfundamur cũ ijs que nobis debent esse subiecta. ¶ Denicq; si virtus ad beatã vitã nos ducit: nihil virtutẽ esse affirmauerim nisi summum amorẽ dei. Nam et illud qõ virtus quadripertita dicit: ex ipsius amoris vario quodã effectu õr. Est enim tẽperãtia amor integrũ se prebẽs ei qõ amat. Fortitudo est amor facile toleratus omnia propter id quod amat. Justitia amor amato seruiẽs soli: et ideo recte dominãs. Prudẽtia amor ea quibus adiuuatur ab eis quib⁹ impedit sagaciter eligẽs. Sed hũc amorẽ non cuiuslibet sed dei esse diximus. i. summi boni: summe sapiẽtie: summe cõcordie. Est enim charitas simplex ⁊ pura/que spũsancto inspirata perducit ad filiũ: per quẽ pater cognoscitur. Nunc igitur officium temperãtie est exuere veterem hominẽ ⁊ in deo renouari. i. cõtẽnere illecebras corporeas oẽs/laudeq; popularẽ: totũq; amorem ad diuina conferre ne subijciat se hõ per pctã hys reb⁹ q̃ sibi per recte facta diuina lege subiecta sunt. Quid enim est aliud falsis bonis illudi atq; decipi: q̃ teipso inferiora miranda ⁊ appetenda arbitrari? De fortitudine non multa dicenda sunt. Amor nãq; ille de quo loquimur: quem tota sanctitate oportet in flãmatũ esse in deũ: in nõ appetẽdis istis tẽperãs: in amittendis fortis vocat. Sed inter hec oĩa que in hac vita possidentur: corpus grauissimũ vinculum est iustissimis dei legibus ꝓpter antiquũ pctũ quo nihil est ad predicandus nocius: nihil ad intelligendum secretius. Hoc ergo vinculum ne cõcutiat atq; vexet laboris ⁊ doloris: ne aũt auferatur atq; perimatur mortis terrore aĩam quatit. Amat eẽ illud vi cõsuetudinis: nõ eo intelligẽs si bene atq; sciẽter vtatur resurrectionem reformidationẽq; ei⁹ tpe ⁊ lege diuina sine vlla molestia viro suo subdita fore sed quum hoc amore se totũ in deũ conuerterit. His cognitis non solũ mortẽ contẽnet: sed etiã desiderabit. Ad exẽplum nobis considerandum est amatores auri vel laudis: vel feminarum q̃ fortes sunt in perferendo ꝓ eo qõ diligũt. Justitie vero ꝓgruit vt deo quẽ diligit libentissime seruiat: ceteraq; oĩa partim sibi subiecta regat: partim subijcienda presumat. Et vt dicit Augn. lib. cõfes. ⁊ habet: di. viij. quecũq;. Quũ deꝰ aliquid cõtra morẽ aut pactũ quorũlibet iubet. ⁊ si nunq; ibi factũ est: tñ faciendũ est. ⁊ si omissum/instaurandũ est. et si statutũ nõ erat: statuendũ est. Si eẽ regi licet in ciuitate cui regnat iubere aliquid: qõ nec aliquis ante ipsum/nec ipse vnq; iusserat: ⁊ nõ est contra societatẽ ciuitatis eius: si ei obtẽperat/immo contra societatẽ esset: si ei nõ obtẽperaretur sciz in licitis. Generale quippe pactũ est societatis humane: obtẽperare regibus suis: quãto magis deo regnatori vniuerse creature sue ad ea que iusserit sine dubitatione seruãdũ est? Sicut eẽ in potestatibus societatis humane maior potestas ad obediendum minori preponit: ita deus oĩbus. Hec ibi. Et hoc pertinet ad iustitiã: sciz obedire superioribus. De prudentia diutius disserendũ est ad quã dinoscentia pertinet appetẽdorũ ⁊ vitãdorũ. q̃ si desit nihil horum que dicta sunt effici põt. Hui⁹ excubiaꝝ vigilia est: vt subrepente paulatim mala suasione fallamur. Qui enim spernit modica/paulatim decidit. Dicit autem Augustꝰ. dist. xxxviij. quãuis. Quãuis errare quãtum possumus cauendum sit: non solum in maioribus/sed etiam in minoribꝰ rebus: nec nisi ignorãtia rerũ possit errari: non tñ est consequens vt ꝓtinuo q̃s erret q̃ aliquid nescit: sciz qui existimat se scire qõ nescit ꝓ vero quippe approbat falsum qõ erroris est ꝓpriũ. Uerũ illi qua re quis erret interest plurimũ. Hec ibi. Nã vt idẽ ait in euchyridio. ⁊. xxij. q. ij. in quib⁹. In quib⁹ rebus nihil interest ad capessendũ regnũ dei: vtrum credant vel nõ: ⁊ vtrũ vera putent vel nõ: in hys errare arbitrandũ est nullũ esse pctm̃ vel minimum. Sed in hys sine quoꝝ fide vel notitia deus coli non potest errare vel falli pernitiosum. Ubi etiam notandum. q̃ in omni crimine est error electionis q; rationi obscurate passione videt illud qõ sibi proponit facciendũ: ⁊ si in se illicitũ. tamẽ vt maius bonũ mandato dei preponẽdum. vnde in prouerbijs dicitur. Errãt qui operãtur malũ. Et Augu. dicit q̃ peccatum nõ est appetitus malarũ rerũ. scilicet in se: sz desertio melioꝝ. vnde ⁊ contra prudentiam agit que est recta ratio agibilium: ⁊ vt melioza preponantur minus bonis.

Plato nici philosophorum nobilissimi.

Btã vita vbi inueniri potest.

Uirtꝰ ẽ quadripertita.

Tempe rantia.

Fortitudo.

Justitia.

Prudẽtia.

§. IX. De dilectiõe. Augusti. in

lib. confes. Quid amplius de moribus disputem? Si deus est summum bonũ hoĩs: nihil aliud est homini bene vũere q̃ ex toto corde/ex tota mẽte/ex tota aĩa/deũ diligere: a quo erigitur: vt incorruptus in eo amor custodiat: quod est tẽperantie. nullis frãgatur incõmodis: qõ est fortitudinis nullis aliys seruiat: qõ est iustitie. Uigiler in discernendis rebus. de fallacia subrepat: qõ est prudẽtie. Hec est hoĩs vna perfectio: qua sola impetrat vt veritate perfruat. Hoc nobis vtroq; testamento cõiungitur. Non potest autem homo seipsum nõ diligere q̃ deũ diligit. immo ille solus se diligit qui deũ diligit. qz sedule agit vt summo bono perfruatur. Quod aũt agis recũ/agendũ est cum proximo: sciz vt ad id bonũ eũ adducas: ad qõ ipse tendis. Illud eẽ est vnũ bonum qõ oĩbus recũ tendẽtibus non fit angustũ. Ex qua sciz dilectione proximi/nascuntur officia societatis humane: in quibus non errare difficile est. Duobus eẽ modis peccatur in hoĩe. vno si ledat: alio si quũ pores nõ adiuuetur. Quumq; homo sit rationalis anima vtens mortali corpore/partim corpori/partim anime benefacit: qui proximũ diligit. Ad corpus conuenit medicina/ad animam disciplina. Medicinã voco quicquid corporis instaurat vel tuetur sanitatem. vt est cibus ⁊ potus: tegumentum: tectũ: ⁊ hmõi. Disciplina vero illa q̃ anime medicina est/in duo distribuitur. sciz cohibitionẽ ⁊ instructionem. Cohibitio timore instruit. Nã que subuenit/nihil horũ habet nisi amare. In his duobus testamentis dñs disciplinę nobis regulã dedit. In veteri enim timor/in nouo amor preualet. qõ ibi seruit⁹/hic libertas ab aplis predicatur. Merito igitur ecclesia catholica nõ solũ ipsum cui⁹ adeptio vita beata est/pure colendum predicas. cui soli aĩa rationalis coherẽdo nõ miserta est: secludẽs omne qõ factũ est: qõ subditũ tẽpori: neq; con-

Inrete ri resta mẽto ri plina. Di mor. in ctio amore perficiẽ. ei⁹ dico cui⁹ per disciplinã subuenitur. ualet.

fundens

fundēs quod eternitas/qđ veritas:qđ pax distinguit:neque separās quod maiestas vna cōiungit:sed etiam proximi charitatē ita cōplecteris.vt variorū morborū quibus proximi tui sunt anime egrotant omnes apud te medicina perpoleat.scz sacramentorū. Idem Aug.li.de doctrina christiana ait. Res quibus fruendum est/nos beatos faciūt.scilicet pater filius ⁊ spiritussanctus:vnus deus. Istis quibus vtēdū est:tendentes ad beatitudinem adiuuamur:⁊ quasi adminiculamur.vt ad illas que faciunt nos beatos peruenire ⁊ eis inherere possimus. Nos vero qui fruimur ⁊ vtimur interpractꝫ pstituti:si eis quibus vtendū est:vt sunt omnia creata frui voluerimus:impeditur cursus noster vt ab ijs reb⁹ quibus fruendū est/obtinendis vel retardemur: vel etiam reuocemur inferiorū amore prepediti. Frui enim est inherere alicui rei ꝓpter seipsam:quod solum in deo fiendū est. Uti vero est qđ in vsum venerit ad id quod amas obtinendū referre:si tamen amandū est. Nam vsus illicitus potius abusus dicendus est. Et dicit alibi Aug.q̄ nil peius q̄ vti fruēdis.vt scz seruire deo propter temporalia.⁊ frui vtēdis. scilz in rebus creatis cōstituere finem sui amoris. Nō autez omnia quibus vtendū est:diligēda sunt scz ex charitate:sed illa sola q̄ aut nobiscū quadā societate referuntur in deum: sicut est homo vel angelus:aut ad nos relata beneficio dei per nos indigent sicut corpus humanū. Quatuor sunt diligenda. Unū quod est supra nos scz deus. Alterum quod nos sumus scz aīa. Alterū quod est iuxta nos scilicet proximus quo ad animam. Quartum qđ est infra nos scz opus nostrū ⁊ primi. Precepto autem quo iubemur diligere proximum etiam sanctos angelos ꝓtineri certū est a quibus nobis magna nunc bñficia impēdunt. Et vt ait idē Aug. ad Macedonū.xxiij.q.iij.c.penul. Debet hō diligere proximum sicut seipsum.vt quē poterit hoiem beneficētie ꝓsolatione vel informatione doctrine:vel disciplīne coertione inducat ad colēdū deū.quo scz ad viuētes in seculo. Idē. super epłam primā Joā.de pe.di.ij.si qs.ij. Si qs tātā habuerit charitatem/vt paratus sit ꝓ fratribus mori:pfecta est in eo charitas. Sed nunquid mox vt nascitur:prorsus perfecta est:⁊ Ut pficiat nascit:quū fuerit nata:nutrit:quum fuerit nutrita:roborat.quū fuerit roborata:pficit.quū ad perfectū venerit:tūc dicit. Mihi viuere christus est:⁊ mori lucrū.

Nō oīa qb⁹ vti murſūt diligenda.

ſ. X. De gradibus contemplationis per creaturas visibiles:⁊ anime vires ad cognoscendū ⁊ amandū deū. Aug. lib. cōfes. ait. Percussisti domine cor meū:⁊ amauī te. Sed ⁊ celū ⁊ terra ⁊ omnia que in eis sunt: ecce vndiq; mihi dicūt vt amē te:nec dicere cessant omnib⁹ vt inexcusabiles sint. Quid aūt amo quū te amo? Non corporis speciē:nō dulcem cātilenam:non aromatū suauitatē: vel aliquid hmōi:⁊ tamē amo quādam lucē/vocē/odorem/cibū/amplexum interioris hoīs mei:vbi fulget anime qđ nō capit locus.vbi sonat qđ nō rapit tēpus:vbi olet quod non spargit flatus.vbi sapit qđ nō minuit edacitas. vbi heret qđ nō diuellit satietas. Hoc est quod amo quū deum meum amo. Et q̄d est hoc? Interrogaui terrā:⁊ dixit. Nō sum.⁊ oīa que in ea sunt idem confessa sunt. Interrogaui celum ⁊ luminaria eius:⁊ dixī omnib⁹ que circūdāt fores carnis mee. Dicite mihi de deo qđ vos nō estis.dicite mihi de eo aliq̄d. Exclamauerunt voce magna. Ipse fecit nos. Interrogatio mea responsio eorū species eorum. Et direxi me ad me:⁊ dixī mihi. Tu quis es? Et respondi mihi. Homo. Et ecce in me presto sunt corpus ⁊ anima.vnum interius:aliud exterius: sed melius qđ interius. Renuntiant quippe nuntij corpora les rationi pfidēti:⁊ iudicanti de responsione celi ⁊ terre di centium. Non sumus deus:sed ipse fecit nos. Ego itaq; interior homo cognoui hoc per exterioris ministerium.i.p sensus corporis mei. Numquid ergo omnibus quibus integer est sensus:apparet hec species? Cur autem non eadem omnibus loquitur? animalia autem pusilla vident ea:nec tamen interrogare valent. Non enim prepposita est in eis sensibus nunciantibus iudex ratio. Homines autem possunt interrogare:vt inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciantur. Sed amore subduntur eis ⁊ subdita de eis iudicare non possunt. Nec illa respondēt interrogantibus:nisi iudicantibus. Et vox quidem eorum.i.species eorū omnibus loquitur:sed illi soli intelligunt:qui eaz foris acceptam intus cum veritate conferunt. Dicit enim veritas. Non est deus celum ⁊ terra:nec omne corpus:quia molemino: est inqualibet parte q̄ in toto. Jā tu melior es o anima:q; tu vegetas molem corporis tui:prebēs ei vitam:qđ nullum corpus prestat corpori. Deus autem tuus etiam omnibus vita est. Per ipsam igitur animā meā ad illum ascendam. Transibo aūt vim meā qua corpori hereo:⁊ vitaliter compagem eius repleo;q; cōis est equis ⁊ mulis. Transibo ⁊ illā que carnē meam sensificat:q; ipsa communis est bestijs. Et ecce venio in campos ⁊ lata pretoria:vbi sunt thesauri innumerabiliū imaginū de huiuscemodi rebus sensib⁹ inuectarum:quas ⁊ ipsas a facie recordationis mee abigo: donec enubiletur qđ volo:atq; in cōspectu prodeat ex abditis. Ibi mihi celū ⁊ terra presto sunt cum omnibus que sentire in eis potui:preter illa que oblitus sum. Ibi mihi ⁊ ipse occurro:neq; recolo q̄d/qñ/⁊ vbi/egerim:⁊ quō quum agerem affect⁹ fuerim. Ibi sunt oīa q̄ siue experta a me siue credita memini. Ex eadē copia etiam similitudines rerum: vel expertarū vel ex eis quas nō expertus sum creditarū alias atq; alias ⁊ ipse contexo preteritis:⁊ ex ijs etiam futuras actiones ⁊ euentura ⁊ species ⁊ hec oīa quasi presentia meditor. Hic sunt ⁊ illa omnia que de doctrinis liberalibus precepta nōdū exciderūt quasi remota in interiori loco nec eorū imagines:sz res ipsas gero. Nam quū audio:tria sunt genera questionū:an sit:q̄d sit:quale sit. Sonorum quidē quib⁹ hec verba pfecta sunt imagines teneo:⁊ eas p aures cuz strepitu pertrāsisse ac iā nō esse scio. Res vero ipsas que illis significātur sonis:neq; vllo sensu corporis attigi:neque vspiam vidi preter animū meum. Et in memoria mea recondidi:nō imagines earū:sed ipsas:q̄:vnde:⁊ quō ad memoriā meam intrauerint:nescio. Item continet memoria numerorum dimensionūq; rōnes ⁊ leges innumerabiles:⁊ quarum nullam corporis sensus impressit:qz nec ipse colorate sunt nec olent:nec sonant:nec gustate:nec ꝓtractate sunt. Affectiones quoq; animi mei cōtinet:nō in mō quo eas hz animus quū patitur:sed lōge alio:sicut se hz vis memorie. Per hec oīa discurrito ⁊ volito:hac illac penetro:⁊ nusquā finis. Transibo igitur ⁊ hāc vim meā peā per animū meū ascēdes ad te:q̄ desuper mihi manes. Habēt essi memoriā pecora et aues alioq̄n nō cubilia nidosq; repererēt:non alia multa quibus assuesūt. Neq; enim assuescere valēt vllis reb⁹ nisi per memoriā. Sed vbi te inueniā vere bona ⁊ secura suauitas:si preter memoraz te inuenio. Quō ergo te quero dñe? Quū enim te quero dñe:beatā vitā quero. Bz quō eā quero:vtrum per recordationē tanq̄ eā oblitus sim: oblitūq; me adhuc teneam? An per appetitū discendi incognitam siue quam nunq̄ scuerim:siue quā sic oblitus fuerim/vt me nec oblitū esse meminerim? Nonne ipsa est beata vita quā oēs volunt? Ubi ergo nouerunt eā vt amarēt? Nimiruz habemus eam:sed nescio qua notitia.de qua satago vtrum in memoria sit:quia si ibi est:iā beati fuimus aliquando. Num quid meminimus eā sicut memini Carthaginē qui vidi? Non ita.qz non videtur beata vita oculis:quia corpus non est. Nūquid sicut meminimus numeros? Nō. Qui enim habet hos in notitia:nō adhuc querit adipisci. Numquid sicut meminimus gaudium? Fortasse ita. Sed absit dñe vt si quocunq; gaudio gaudeā:putem me beatū. Est enim gaudium quod nō datur impijs:sed eis qui gratis deū colūt:quorum gaudium tu es:⁊ ipsa est beata vita gaudere ad te:de tete ꝓpter te. Qui aūt aliud sectanē gaudium:nō ipsum verum ab aliqua tamen imagine gaudij voluntas eorum non recedit. Est igitur beata vita gaudiū de veritate. Hoc gaudium omnes volunt. Beatus aūt perfecte erit:si nulla interpellā te molestia/de ipsa per quā vera sunt oīa sola veritate gaudebit. Ubi ergo veritas te inueni vt discerem te. Neque eam eras in memoria mea prius quā te discerem. Ubi ergo te inueni vt discerez te: nisi in te/supra me/⁊ nusquā locus:⁊ Accedim⁹ ⁊ recedimus:⁊ nusq; locus. Ueritas vbiq; presides omnibus ꝓsulentibus te:simulq; respondes omnibus etiam diuersa cōsulētib⁹. Liquide tu respondes:sed nō oēs liquide audiunt. Infelix idē ait qui omnia ista creata scit: te autem nescit. Beat⁹ aūt q̄ scit ⁊ si ista omnia nesciat. Qui vero te ⁊ ista nouit:non propter ista beatior:sed propter te beatus est:si cognoscens te sicut deū glorificat ⁊ diligit. Sic ergo fidelis homo cui totus mundus diuitarum est:⁊ quasi nihil habēs omnia possidet inherendo tibi cui seruiunt omnia:quāuis saltē nec septētrionis gyros nouerit:vtiq; melior est q̄ mensor celi:⁊ numerator fidei:⁊ pensor elemētorū:⁊ negligens tui qui omnia in mensura ⁊ numero ⁊ pōdere disposuisti.

Pecora ⁊ aues ḣūt memoriā.

ſ. XI. De magnitudine dei Augu. in lib. confessionum. Quid est deus meus? quid/rogo/nisi dominus meus? Summe/optime/omnipotentissime/sacratissime/presentissime/pulcherrime/stabilis/⁊ incomprehensibilis/immutabilis mutans omnia. Nunq; nouus. nunq; vetus. Innouans omnia:⁊ inuetustatem producens super eos:⁊ nesciunt. Semper agens:semper quietus:colligens ⁊ non agens:portans ⁊ implens ⁊ protegens:creans ⁊ nutriens ⁊ percipiens. Querens quum nihil tibi desit. Amas nec estuas zelas ⁊ securus es. Penitet te et non

voles. Irasceris et tranquillus es. Opera mutas: nec mutans consilium. Recipis quod inuenis et nunq̄ amisisti. Nunq̄ inops et gaudes lucris. Nunq̄ auarus et usuras exigis. Semper erogatur tibi vt debeas. Et quis habet quicq̄ non tuum? Reddis debita nulli debens: donans debita nihil perdens. Et quid dicimus deus meus: vita mea: dulcedo mea sancta? aut quid dicit aliquis quum de te dicit? ve tacentibus de te. Quis mihi dabit vt venias in cor meum et inebries illud: et vnum bonum meū amplectar te? Quid tibi sum ipse: vt amari tibi iubeas a me: et nisi faciam: irascaris mihi et mineris ingentes miserias? Dic anime mee deus. Salus tua ego sum. Augustin. xvij. de ciui. dei ca. xviij. postq̄ enumerauit plurima que deus contulit nobis in vita ista: subdit. Hec omnia sunt miserorum damnatorumq̄ solatia. non premia beatorum. Que igitur illa sunt: si tot et tanta sunt ista et talia? Quis dabit eis quos predestinauit ad vitam: si hec dedit eis quos etiam predestinauit ad mortem? Unde apostolus de ipsis in illud regnum predestinatis loquens. Qui proprio inquit filio nō pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit eū: quō nō etiā cum illo omnia nobis donauit? Cū hec promissio cōplebitur: quid erimus? Que bona in illa vita beata faciet eos sumere: pro quibus in hac miseria filiū vnigenitum voluit vsq̄ ad mortē tanta mala perferre? Que bona in illo regno accepturi sumus: quādo christo mortem pro nobis tale iam pignus accepimus? Qualis tunc erit spiritus hoīs: nullū tunc habēs vitiū: nec sub quo iaceat: nec cui cedat: nec contra qō certet saltē laudabiliter pacatissima virtute perfect⁹? Rerū ibi omniū quanta/q̄ speciosa/q̄ certa scientia: sine errore aliquo vel labore: vbi ipsa dei sapientia in suo fonte potabit cū summa felicitate/sine vlla difficultate? Quale erit corpus: quod oīno spiritui erit subditū: et viuificatū nullis alimonijs indigebit? Idem ca. vlti. de ciui. dei. ait. Oēs illi qui nunc latent corporalis harmonie numeri: non latebunt intrinsecus et extrinsecus per corporis cuncta disposuit: et cū ceteris rebus q̄ ibi magne et mirabiles videbūtur: rationales mētes in tanti artificis laudem rationabilis pulchritudinis delectatione succedent. Qui motus talium corporū ibi sint futuri temere definire nō audeo: tñ et motus et status sicut ipsa species decens erit quicūq̄ erit: vbi q̄ nō decebit nō erit. Certe vbi volet spiritus: ibi protinus erit corpus: nec volet aliquid spūs: quod nec spūs possit decere nec corpus. Vera gloria ibi erit: vbi nec laudantis errore: nec adulatione laudabitur. Uer⁹ honor qui nulli debitur indigno: nec ad eū ambiet vllus indignus: vbi nullus permittet esse nisi dignus. Vera pax ibi est vbi nihil aduersi: nec a seipso nec a quoq̄ quis patietur. Primum virtutis erit ipse qui virtutem dedit: eiq̄ seipsum quo maius aut melius nihil esse possit: promisit. Ibi vacabimus et videbimus: amabimus: et laudabimus.

§. XII. De mediatore christo

Jesu. Augu. in lib. confes. Tu es veritas super omnia presidens. At ego p auaritiā meā nō amittere te volui: sz volui tecū possidere mēdaciū. Sicut nemo vult ita falsum dicere vt nesciat ipse quid verum sit: ita amisit re: q: non dignaris cū mendacio possideri. Quē ergo inuenirem qui me reconciliaret tibi? Mediatorem inter te et homines oportuit esse: vt aliquid haberet sile tibi: aliqđ sile hoīb⁹: ne in vtroq̄ similis hoīb⁹ lōge esset a deo: aut vtroq̄ silis deo longe esset ab hoībus: atq̄ ita mediator non esset. Hic est quez secreta misericordia tua demonstrasti humilibus: et misisti vt eius exēplo ipsam discerent humilitatem. Hic inter mortales peccatores et mortalis iustus apparuit: mortalis cū hominib⁹: et iustus cū deo. Et q: stipendium iustitie vita est et pax: per iustitiam cōiunctam deo euacuaret mortem iustificatorum impiorū quā cū illis voluit habere cōmunē. Hic demōstratus est antiqs sectis: vt ipsi ita p fidē future passiōis: sicut nos per fidem p̄terite salui fierent. Quō igitur nos amasti pater bone: q̄ filio tuo vnigenito non pepercisti: sed pro nobis impijs tradidisti eū? Pro nobis tibi factus est victor et victima. ideo victor quia victima pro nobis tibi sacerdos et sacrificius. et ideo sacerdos q: sacrificium: faciēs tibi nos de seruis filios de te nascendo nobis seruiendo. Merito mihi spes valida in isto est: q: sanabis oēs meos lāgores p eum qui sedet ad dexteram tuam: et p nobis interpellat: aliōquin desperarē. Multi enim et magni sunt hdē lāgores: sed amplior est tua medicina. Potuimus putare q̄ verbum tuū remotum esset a coniunctione hoīs et desperare de nobis: nisi caro fieret et habitaret in nobis. Iste tuus vnicus in quo sunt oēs thesauri sapientie et scientie dei absc̄diti: redemit me sanguine suo. Non calūnient me superbi: quā cogito pretiū meū: et manduco et bibo: et pauper cupio saturari ex eo inter eos. q̄ edūt et saturant et laudāt deū q̄ requrunt eum. Hec ille. Aug. de ciui. dei. Ut hō cōfidentius ambularet ad veritatē: ipsa veritas dei filius hoīe assumpto non deo consumpto: veniens stabiliuit et fundauit fidē: scz docens quę sunt fidei. Aug. Osa terrena contēpsit hō christus vt contenenda esse monstaret. Ambiūt hoīes dignitates/honorem/et potestā. Rex fieri noluit: sed quesitus ad hoc fugit. Diuitias asperūt: et ipse pauperrimus vixit: non habens vbi caput suū reclinaret. Delitias querunt: et ipse vigilijs/ieiunijs/et abstinētia laborauit. Aduersa et opprobria refugiūt et honorent: ipse autem contumelias/sputa/flagella/maledicta/clauos/et lanceā nō vitauit. Idē Aug. super ps̄. de conse. di. ij. accesserunt. Accesserunt iudei ad iesum vt crucifigerent. Nos accedamus vt corpus et sanguinem accipiamus. Uere magnus dominus et magna misericordia ei⁹: q̄ nobis dedit manducare corpus suum: et sanguinem bibere. Idē de cōse. di. ij. quotidie. Quotidie eucharistiā sumere nec laudo nec vitupero singulis tñ dñicis dieb⁹ cōicandū hortor: si tñ mens in affectu peccandi nō sit. Nā habentē adhuc voluntatē peccandi grauari magis dico eucharistie perceptione q̄ purificari. Hoc de illo dico quē mortalia nō grauāt. Idē. Dixerit quispiā non quotidie percipiēdā eucharistiā: ali⁹ affirmat quotidie. Faciat vnusquisq̄ sm qō pie crediderit esse faciendū.

§. II. Causam autem quare Isiderum illum sanctum virū et sibi prius amicū Theophilus eiecit: palladius exprimit. Hic em Isiderus fuit ab Athanasio presbyter ordinatus: octogesimū etatis agens annum: susceptor peregrinorum in ciuitate Alexādrie. Hic ergo vidua quedaz ex primoribus ciuitatis mille aureos dedit: adiurans eum vt pauperculis Alexandrie pro vestibus eogaret: ignorāte Theophilo. et hoc nesi sciret lapidibus emendis illos expēderet: quedam em rabies edificandi eum obsederat. Isiderus igitur acceptam pecuniā dispersit pauperibus. Quod quum peruenisset ad aures Theophili (exploratores em habebat ad ista) vocari fecit Isiderum et scicitatus ab eo: quū cognouisset ita rez se habere: nimis egre tulit dictā pecuniam ad eum non peruenisse. Et sui vt iniuriā vindicare volēs: post duos mēses cōgregatis sacerdotibus presente Isidero protulit Theophilus chartulam quā ipse cōfinxerat dicēs. Hāc accusationē Isidere contra te accepi: iam est decimusoctauus annus: sed qm̄ aliis occupatus fui obliuioni tradideraī: et requirēs alias chartas hanc inueni. Quid ergo ad eā respondes? Cōtinebat autem charta scelus sodomoꝝ. Rñdit Isiderus illū euocādum qui dedit libellū. Quū aūt qz presens nō erat iuuenis quem asserebat Theophilus libellum accusatiōis dedisse cum quo malum dicebaḡ egisse: differt iudiciū in crastinum. deprecatusq est interea Theophilus per suos adolescētulū quendam promissus multis vt Isiderū de eo accusaret: oblatis ei aureis xv. ad hoc ipm agendū. Quod quū disposuisset ereḡ: in se reuersus timēs ex vna legū penas si in pbatione deficeret: ex altera indignationē Theophili si calumniam detegeret: ad ecclesiā fugit nō prosequēdo factū. Theophilus tamē inito iudicio ab ecclesia Isiderū eliminat: grauia illum comisisse crimina pnuncias. Ipse aūt Isiderus timēs ne grauiori indignatiōe concitat⁹ Theophilus saluti sue insidiaretur: ad montem Nitrie tendit: repetēs monasticum ordinez in quo fuerit iuuenis enutritus: ibique intra cellulam mansit. Interea Theophilus sibi cōscius quaz indecēter egisset: incertamq victoriā suspectam habēs: Ifas ad vicinos episcopos mittit: mandans quosdā ex primoribus de mōte abiici: atq interiori heremo mōachos pelli. Qui quū seniorib⁹ descēdētes Alexandriā: orabāt Theophilū vt diceret quā ob causam dānati abiective fuissent. Ille sanguineos oculos contorquens: monstri varij in mōte insaniēs Animonij equalis sui cerucibus torquē iniecit ferream ppriis manibus. maxillasq illius ppriis ictibus pulsans: et intensis digitis nares impetens atq cruentās ac voce fremebundus minitās. Heretice ait: anathematiza origenem. quum aduersus Origenē. nihil esset ppositus: solumq intercederet Isideri odiū. Sicq cruenti absq responso vllo reuersi sunt ad suos orationi se dantes. Non quieuit Theophilus sed vicinos episcopos euocans consilium constat aduersus monachos. Quumque illos neque vocasset ad respondendum: neque eos alloquutus fuisset: tres ex illis damnat viros precipuos egyptiverit⁹ contra multitudinem ferre sententiam: dogmatum ori⁹ inperuersitatē illis impingēs: quos ante sepe plus quaz eps quisq honorauerat: non veritus eos appellare magos eo q Isidemus pro affecti viderentur. Ubi vero illos monte fugauit: compa sequuntorat sibi quinq homunculos: q nunq in cetu seniorum here- tor. mivisi fuerant indignissimos: vnū eorum ordinat: alium pbyterum: tres diacones. Eosq monet vt cōplices suos dare libellos calumnie cōtra tres illos sanctos patres aliis simi-

Theophilus monachoꝝ.

les libellos quos ipse texuerat. Ingreditur ergo cuz eis ad augustalem: z contra illos ex persona propria proponit accusatorem Egyptie diocesis pontificem: orat atque vt militari manu illi tota Egypto pellatur. Pergens igitur ad montez manu armata: noctu monasteria inuadit: predatur cellulas eorum: z tres illos solita indignatiõe perquirit: nec tamen inuenit: quia in puteo absconditi fuerant cum libris eoruz. Fugati igitur monachi in Palestinã cõtendentes etiam occupat. i. Hierosolymã. Sequuticz sunt illos trecẽti monachi virtute principui alijs p alia loca dispersis. Qõ quũ percepisset Theophilus: mãdauit per literas epis Palestine vt illos nõ retinerẽt: necz in ecclesiasticũ necz in aliũ priuatũ locũ reciperẽt. Inde ergo cõpulsi exire: rãdem ad vbẽ regiam deuenerũt scz Constãtinopolim/ visitãtes Joã. z causaz sui accessus z expulsiõis explicãtes ei se cõmendabãt: cõcludentes. Si tu pater z ipse nos despicis: aut reuerẽtia aut metu Theophili iurta relias epos: nihil iã supest nobis nisi vt profecti ad imperatorẽ ipsius Theophili opa pessima ad iniuriã ecclesie publicem⁹. Itaz si opinionis ecclesiastice tibi cura est psuade illi vt nos permittat in Egypto remorari. Nihil essi peccauimus: nec in leges dei nostri: necz i illũ ipsuz. His auditis Joan. post lachrymas compassionis: ratus facile Theophili iram aduersus illos in gratiã transferre posse libenter sumit negotiũ: admonẽs viros vt aduentus sui causam silẽtio regerent donec ipse Theophilo scriberet. Interea de mansione eis quideri fecit: z de vita eorum coadiuuãtibus ipsis monachis de laboribus manuũ suarũ. Contingit aũt tunc clericos in vbe regia esse pro certis negotijs. Quos Joã. ad se vocãs interrogauit an illos nossent et: de causa eorum. Qui respondẽrũt se optime nosse z iniuriam ppessos: sed suũ esse eos illi recõciliari: ita tamen quod interea nõ cõmunicaret cũ eis: ne ex his Theophilus contristaretur: sed eis tã humanitatis officia ministraret. Quod totũ Joan. fecit. Scripsit Joan. Theophilo supplicãs z hãc sibi vt filio fratri postulãs gratiã: vt viros illos pacifice ad se reuocaret. Ad hec Theophilus gratiam quidem Joan. denegauit. Misitcz quosdã ad hmõi certamina exercitatos: de quibus supra diximus: libellos vt porrigerent quos ipse dictauerat: mendaciuz z calũniam continentes obumbrata. Et quum non posset vite illorum derogare: fecit vt intra patriarchium quasi magi de Egypto notarentur. Monachi vero vbi aduertunt se nihil pficisse: verum z in maiorẽ ire precipitiũ illum declinasse: plerosqz in dignitatibus constitutos adducunt secum: oẽmcz anathematizantes heresim libellos Joanni traduntun quibus viri iam tyrãnidem notant quibusdã capitulis adiectis que referre coram infirmioribus piget z pudet. Rursus z per seipsum z per alios episcopos Joan. Theophilũ hortatur: z viros vt ab huius accusatione desisterent: Theophilo iterũ scribens. Intantum merozis in te impulsi sunt viri istiusmodi vt te datis etiam libellis accusent. Jam ãd tibi videt rescribe. Non enim me audiunt vt ab hac intentione discedant. Ad hec Theophilus maiori inflamatus ira monachorum fratrem Dioscorum episcopuz qui in ecclesiasticis rebus consenuerat: ab ipsa ecclesia prohibet: episcopo Joan. ita scribens. Arbitror te non ignorare Niceni concilij canones quid pcipiant sancientes episcopũ non iudicare causam citra terminos suos. Si aũt ignoras discez: libellos cõtra me suscipere desine. Nam z si me iudicari opus sit: ab egyptijs: non abs te id fieri oportet: q̃ lxxv. dierũ itinere a nobis separatus es. Accepta Joan. epistola z lecta: eam si quidem seruauit sibi. Monachis vero vtriusqz partis dixit ea que ad pacem sunt. Audientes vtreque partes exasperate sunt. Illa quidem q̃ vi tyrannidis pressa videret. Hec aũt scz pro Theophilo: q̃ absque eo pacem inire nõ presumerẽt: cuius iussu libellos dederant calũnie plenos. Itaqz Joan. eos alloquutus a se dimisit. Profecti deinde monachi Augustũ primum cõgressi: reginam deinde adeunt in ecclesia sibi Joan. orantes vt aduersantium monachorum qui scilicet erant pro parte Theophili: libelli contra se apud prefectos vbis examinarentur. tum vt Theophilus vel inuitus adductus Joannis iudicio subijceretur: tum demum vt Theophili monachi aut probarent crimina que sanctis senibus obiecerant: aut pene talionis subijcerentur. Sicqz mittit Alexãdriã Elaphius qui Theophilum ducat: sententiã reliquã prefecti exequerent. Quuz autẽ causa ventilaret: z eis deprehẽsis de calumnia metuentes illi oia in Theophilũ retorquẽt q̃ illos subornasset: libelloscz calũnie dictasset. Qui vt rõnis ordo poscebat: omnes incarcerãtur vsque ad aduentũ Theophili. Et ijs alij mortuũ tur in custodia Theophilo diutius remorante: alij post aduentum eius pecunijs iudicũ seueritatẽ emolĩũtur in exiliũ missi. Appulit vel sero Theophilus adstans veluti scarabeus fimo honorat⁹ eis quos ex Egypto z Judia ipa conduxerat. Remoratus illic tres hebdomadas dierum: nec epo Joanni congressus est vt solent epi: nec ecclesie appropinquauit: sed pstitit nocte ac die certans: nouumcz odium contra Joannem dictim copulans eo q̃ Isiderum et Dioscorum iniuste a se electos non ad cõmunionẽ: vt illi ab iniquis relatum fuerat: sed ad substentationez receperat. Machinaturcz contra eum vt non solum ab ecclesia pellat: sed vita ipsa priuetur: partim profusione auri contra veritatem superstitionẽ potentium redimens: partim lautioribus epulis gule deditos: partim spe maioris dignitatis ex clericis quoslibet inducens. Pulsi aũt fuerant a Joanne pro sceleribus suis duo diaconi z ab ecclesia separati. vn⁹ propter homicidiuz: alter propter adulterium. horũ Theophilus abusus leuitate hortatur vt aduersus Joã. libellos daret: quos ipse dictauerat calũniam continentes: pollicitus eos restituere in locum ministerij sui: q̃ et postea fecit. Fuerũt ergo precipui aduersarij Joannis episcopi quatuor. Theophilus Alexandrinus: Antiochus: Achatius: et Seuerianus. Presbyteri duo. diaconi quinqz. Tres exaula regis manu militari opem ferentes. Tres vidue opulẽte in pernicie salutis sue pecunias ex rapinis possidẽtes. que virorum quoqz constantiam perturbare possent et incutere. Marsa/ Erastitia/ et Eugraphia vane et parum pudice: et maxime tertia. Conuersatus est autem Theophil⁹ apud Eugraphiam: vna cum Seueriano: Achatio: et Antiocho. ac reliquis Joanni propter castissima monita infensis. Postremo demum libellos imperatori auro illis per omnia suffragante) calumnie plenos contra Joannem: vt ipm Joannem. etiam inuitum ad consilium suum traherẽt. Eram⁹ (inquit Palladius iste q̃ hec scripsit) cũ Joãne. i. epi tũc in epatus triclinio sedẽtes adiurantesqz quõ quẽ solũ venire iusserat: ac pro nefarijs respondere crimimbus tot sociatus epis venisset: quõ etiam nunc sententias principum immutaret et cmultos de clero peruerteret. Sic colloquentibus nobis ait Joan. Orate fratres: ac siquidẽ diligitis christuz: mei gratia suam nullus deserat ecclesiam. Ego enim iaz delibor. z tps mee resolutionis instat. Multas vt video pus pressuras patiar: ac demum ex vita excedam. In oraonibus vestris memineritis mei. Merore igitur ineffabili detenti alij quidem fundebamus maximam vim lachrymaruz: alij oculos eius sacrumcz caput et os exosculantes non se a fletibus z singultibus continere valebant. Sedete inqt Joã. fratres z flere desinite: ne me amplius affligatis. Mihi viuere xps est: z mori lucrũ. Jam essi fama vulgauerat ob fiducie illius magnitudinem scilicet in reprehendẽdo: capite eum truncandũ esse. Si tenetis memoria inquit) rememoramini quõ semper dixerim vobis: via est vita presens: ei⁹ et tristia z leta pertranseunt. Nundine sunt que cernimus omnia. Uendimus: emimus: modo diuertimus. Nõ patriarchis meliores sumus: et prophetas et apostolos antecessimus: vt immortalis nobis hec vita permaneat. Ad hec ingemiscens quidam ex presentibus ait. At vices lugemus nostras nostram desolationem: qui pupilli relinquimur. ecclesie viduitatem. confusionez legum. ambitionẽ nõ timẽtium dñm: z gubernaculis ecclesie sese ingerentium. destituros pauperes. doctrinãcz desertã. His ille auditis alloquenti ait. Sufficit frater. Noli plura prosequi. Uerum vt dixi vestras ecclesias non dimittatis. Necz enim a me doctrina christi accepit initium. necz in me desitura est. Nõne Moyses mortuus est: nũquid Jesus post illum inuentus nõ est: Nonne Samuel obijt: Nõne David victus est: Capite cesus est Paulus et Timotheum dimisit. His dictis Cultissius Apamie epus ait. Necessario si ecclesias tenuerimus cõicare cogemur et subscribere. Ad hec sanctus. Cõicate ãdẽ ne scindatis ecclesiaz. Uerũ nolite subscribere: nihil essi mihi cõscius sum ppter q̃ deponi aut deijci merear.

Aduersarij pcipui ioannis chrysostomi

§. III. Dum hec inter se referũt

nunciatum est astare pre foribus quos Theophilus miserat: iubet eos protinus ingredi. ingressos cuius essent gradus interrogat. Episcopos esse vbi didicit: orat vt sedentes quam ob causam venerint dicant. Illi breues tñ habemus inquiunt. Jubet illud legi. Erat aũt hic textus: Sancta synodus ad quercum congregata Joãni. i. significat. Libellos contra te accepimus mala cõtinentes innumera. Occurre igit Serapionẽ et Tingi presbyteros recuz assumẽs. Est essi illud opus. Locus vbi erãt cõgregati Theophilus cũ suis sic vocabaẽ scz quercus: q̃ loc⁹ erat extra ciuitatẽ. Postcz lecta est pagina: contradicũt ij qui cũ Joanne erant epi. Ita Theophilo per epos tres: scz Lupicinum: Demetrium: et Heliseum: z duos presbyteros: scz Seuerũ z Herculanum: et manuũ oẽs viros sanctos refribẽtes. Noli negocia ecclesie soluere. Noli ordinẽ cõfundere: et ne scindas ecclesiaz propter

pter quā christus descēdit ad terras. Quod si impatiēs soluere vis niceni consilij canones: causamq; citra tuos terminos cognoscere vis: ipse ad nos transi in bene instituta ciuitatem. Neq; instar Cayn Abel in campum prouoces: vt nos te perimam audiamus. Habemus essi contra te libellos capitulis. lxx. apertas ac nefarias actiones continentes: Plures q; per dei gratiā sumus q̄ synodus tua congregati: nō ad euersionē ecclesie sed pacē. Nam tua synodus. xxvj. habet episcopos ex vna prouincia: nos autem. xl. sumus ex variis prouincijs. in quibus ⁊ septem sunt metropolite. Et necessario conuenit pauciores a pluribus et prestantioribus canones iudicari. Habemus ⁊ epistolam tuam per quam admones Joan. coepiscopum nostrum non oportere eum extra terminos suos iudicare. Quocirca ecclesiasticos obtemperās legibus: accusatores tuos ora vt a tua accusatione desistant. Joannes autem episcopis suis ait. Vos quod videtur vobis scribite: me autem conuenit ad ea que mihi scripta sunt rescribere. Sicq; mandauit Theophilo dicens. Ego an aliquis dicere contra me aliquid possit nescio. Porro si quis proposuit contra me: vultisq; veniam. manifestos inimicos meos: quos mihi negligentia sua fecit infensos: conuentu vestro abijcite. Neq; iam de loco tendam vbi oporteat me iudicari: etsi id maxime in ciuitate fieri oportuit. Sunt autem quos vt suspectos renuo. Theophilum quem in Alexandria et in Lisia dixisse certum est. In comitatū proficiscor vt Joannem deponē. id ex eo verū ꝓbatur: q; aduenies neq; congressus est mihi: nec mecum communicauit. Qui ergo ante audientiam inimicus comprobatus est: quid post iudicium facturum putatis? Achatium itidem qui dixit Ego illi ollam condio. Quid autem de Seuriano ⁊ Antiocho dicam: quo facinora seculi quoq; theatra canunt. Itaq; si me reuera venire vultis: hos quatuor siquidem iudices sunt consilio pellite. Hec faciendo non solum ad charitatem vestram: sed ad omnem vniuersalem synodū venire paratus sum. Scitote igitur quod si millies miseritis ad me: nullum aliud responsum reportabitis. Illis exeūtibus notarius edictum habens regium per quod iuxta illorum postulata inuitus traheretur ad iudicium: euestigio ingressus vrgebat. Ubi notario responsum fuerat: nuntiatur Joanni presbyteri. Eugenius quidam qui factionis cōtra Joan. mercedem acceperat heraclee episcopatū ⁊ Isaac monachū (ne aliter dicam) adesse. Qui dicunt Joanni. Dā dat tibi synodus vt transeas ad nos responsurus ad crimina. Econtra Joan. per alios episcopos rescribit. Quanam ora consequentia. quo ordine iudicatis: qui inimicos meos fecistis iudices? Ad hec illis episcopis captis alium occiderunt alium confoderunt: alteri ferro collum imposuerunt quod sancto viro preparauerant: vt ita iniectus in nauim ad loca mitterent remotiora. Denicq; contra sanctum Joannem proferunt sententiam: cuius nec faciem viderant: nec vocem audierant: vnam conficientes nequitiam quam longe ante texuerant. Missaq; est relatio ad imperatorem ita exordiens. Quoniam accusatus Joan. quorundam criminū consciusq; ad ea occurrere noluit diluenda: huiusmodi autem deponunt leges: id quod ⁊ passus est. Continent autem libelli lese maiestatis crimen: iubeat hunc pietas vestra vel inuitum expelli: daturum tanti criminis penas. Nobis enim ista non licet inquirere. Erat autem id crimen maledictum in reginam quam (vt illi detulerant) Hiezabel nuncupauerat. In hunc modum Joan. ab ecclesia pellitur: misso ad id comite cum auxilio militum: non secus q̄ ad barbaricum prelium. Et quia populo multum hoc displicebat: ne fieret seditio: sine resistentia se eis tradidit: vt occulte duceretur ad agellos bithinie. Media vero fere transierat dies: quus motum quendam: vt terre motum in cubiculo fieri regis contigit. Perterriti ex hoc Joannem misso notario reuocant: et proprio paucis post diebus restituunt eum solio. Theophilus vero cum Egyptijs episcopis salutem fugę cōmittit suam. Adeo enim molestę ciuitas factum eius tulerat: vt marinis vndis eum immergere quererent. Et dicitur in histor. tripartita / Terremotu facto: exortus est murmur in tota ciuitate dicentibus cunctis hoc contigisse propter iniustam eiectionem Joan. Rogauit regina imperatorem Joannem reduci in ciuitatem. Destinati sunt plures nuncij successiue ex parte imperatoris et populi: rogantes vt rediret: ⁊ ciuitati pereunti succurreret et seditio populi sedaretur. Qui licet coactus reuersus est occurrente ei populo cum cereis ⁊ lampadibus. Et quum populus vellet eum in sua sede more solito residere: nolebat dicens oportere eum a synodo que eum damnauerat reponi. Tantum autez institerunt populi importune hoc petentes: vt eis acquiescerit: scilicet residere in episcopali throno. Eo tempore statua argentea chlamyde circumamicta in platea iuxta ecclesiam sancte Sophie ad honorē auguste posita erat vbi milites ⁊ proceres ludos publicos exercebant. Quod Joanni plurimum displicuit: quum videret hoc ad ecclesie spectare iniuriam. Consuetā igitur fiducia rursus linguam suam armauit. Et quum oporteret principes supplicationis verbo deflectere vt a tali lusu recederent: hoc non fecit: sed imperij sui vsus eloquio videntes talia fieri lacerabat. Augusta ad suam trahebat talia iniuriam. Et denuo querit vt cōtra eum synodus celebretur. Joannes hoc sentiens / illam famosam homiliam protulit. Adhuc Herodias insanit ⁊c. Qō magis prouocauit reginam ad procurandum eiectionem eius. Post duos iterum menses a plaga inflicta modicum respirantes: secundo aduersus Joanem fremūt. Initiumq; probabile minime inuenientes: Alexandriam ad huiusmodi rem peritissimum sophistam mittunt ita suggerentes. Aut iterum veni our noster aduersus Joan. futurus ⁊ aut si populi causa id vereris: modum nobis aliquem suggere ex quo sumamus initium. Acceptis Theophilus literis ipe quidem venire noluit: sciens quo pacto effugisset. Misit autem tres illos episcopos: mittens vna ⁊ canones quosdam ab Arrianos contra beatissimum Athanasium factos: quibus vtentes Joanni calumnias struerent: quod scilicet post depositionem suam ausus sit redire sine episcopali decreto. Est enim natura feruidus ⁊ temerarius et audax: et supra modum contentiosus: et quod sibi visum fuerit nec iudiciū nec consilium sustinet: id in primis studens vt iudiciuz suū atq; sententia vincat semper et superet. Faciunt illi quod admoniti fuerant. Accersitisq; ex Cappadocia ⁊ Syria Pōtho et Phrigia metropolitis et episcopis omnibus Constantinopolim conuenere. Aduenientes iuxta canonum seriem Joanni communicauerunt ne eadem que prius incurrerēt. Ea re comperta / principes egre tulerunt. Et Theodozus q̄dem Tyaneus episcopus vir summe grauitatis vbi ab ijs qui venerant quid foret agendus percepit ne Theophili temeritatem sequeretur: ad suam vale faciens comitatui remeauit ad ecclesiam. Leontius autem ⁊ Ammonius satellites Theophili in secunda synodo istam sententiaz nequissimam Achatio ⁊ Antiocho episcopi inferūt obtinere: sanciētes contra Joan. vt locus purgandi seipsi Joanni daretur nullus: vigore scilicet canonum: quos Theophilus miserat a xl. complicibus Arrij editos: atq; ita continentes. Si quis episcopus aut presbyter iuste aut iniuste depositus ex seipso absq; synodo in ecclesiam redierit: hic iam excusatiōis non habeat locū: sed oīno expellatur. Et ista quidem regula vt nequam ⁊ a nequissimis edita in Cardicensi consilio a Romanis Illyrijs et Italis Macedonibusq; ⁊ Grecis eliminata est: quādo Liberius aut Julius sub Constantis imperio Athanasium ⁊ Marcellus Galaten admisit ad communionem: quorum gratia canon ille fuerat editus. Et duo illi q̄dem Leontius ⁊ Ammonius adiuncti Achatio: Antiocho: Lyrino: et Seueriano inimicis Joannis ingressi sunt ad regem: vt vigore dictis canonis Joannes sine vlla audientia ecclesia pelleret: eo q̄ reuersus foret ad ecclesiam suāabsq; authoritate synodi. Quumq; contentio fieret coram rege Joānitis. i. q̄ iuuabāt partes Joānis: asserētib⁹ illum canonem editū ab Arrianis: Theophilitis. i. q̄ fouebant iniustitiā Theophili: ecōtra asserentibus a catholicis canonē illū statutum: vir venerandus Elpidius Laodicee Syrie eps vna cū Tranq̄llo suadebāt regi nō oportere Joānē irrationabiliter ejici. Neq; essi prius depositus: sed pulsus a comite fuerat. Neq; a seipso remeauit: sed ex p̄cepto pietatis sueno tario ad hoc misso. Preterea quos proferrēt canones hfticorū esse aptis indicijs ostendi posse. Quū vero persisterent Joānis aduersarij indisciplinate contendere: ⁊ alij clamosa voce pstrepere: alij improbi gestib⁹ presente impatore turgido ore insanire viderent: modeste canonū scientissimus Elpidius modico impetrato silentio sic regē alloquit. Non diutius mansuetudinez tuam nos veremus imperator: sed istud fiat. Subscribāt fratres nostri Achati⁹ ⁊ Antiochus ⁊ ceteri se illorum esse fidei qui illos canones exposuerunt quos ipsi obtendunt. Et soluta est cōtrouersia. Imperator vbi simplicitatem propositionis aduertit: subridens dixit Antiocho. Nihil afferri vtilius potest. Erat autem in omnibus que fiebant imperator innocens. Arrij igitur Seuerianus et ceteri circa huiusmodi propositionem: quum ad iudicium regis respondere nihil possent: angustijs depressi licet inuiti se subscribere pollicentur. Sed egressi a facie regis promissionem vt inconsulte facta implere detractant. Consultabant autem quonā modo Joānes pelleret. Dum hec agūtur: et alij sic / alij aliter sentiunt: nouem aut decem fluxere menses: quus eps Joannes adiunctis sibi. xlij. epis ageret indies q̄ dei sunt: ⁊ populi magna cum iocunditate ei⁹ doctrina fruerent. Interea superuenit quadragesime

pulchra epla bti ioannis ad theophilū et alios.

Sentētiaferti Joānez Chrys.

Joannes cuz honore reuerti tur cōstātinopolim.

Logice iterū synodus i Joānez Chrys.

tempus. Ingressi rursus Antiochus et cereri ad regez suadebant ei vti Joannem quasi conuictuz imminente paschate uberet expelli. Imperator autem improbitate fatigat⁹ veluti episcopis credidit. Mandat itaq; Joanni vt ecclesiam ereat. Cui Joan. respondit. Ego a deo saluatore nostro hãc suscepi ecclesiam vt salutem populi curem diligenter neq; illã deserere possum. Quod si id fieri omnino vis: q; ciuitas dissentit a te vi mecum age: vt excusationẽ habeam: q; authoritate tua pulsus reliquerim ordinẽ meũ. Et ita cũ quadam verecundia mittentes ex pallatio depulerũt illũ: mandãtes interim vt in episcopatus habitatiõe morareť: expectates simul aliq̃d diuine indignatiõis: vt siq̃d illi⁹ aduersarijs aut sibi contingeret: iterato illũ in ecclesiã reducentes deum reconciliarẽt sibi: alioquin illi rursum insidiarenť vt Pharao Moysi. Inter hꝫ aduenit magni sabbati dies. Rursus illi mandant vt ecclesiam exeat quam officia peractur⁹ intrauerat. Quib⁹ ille iuxta ꝓza respõdit. Uerit⁹ itaq; rex die sanctã t ꝓmotionẽ ciuitatis: acciẽs Achatiũ t Antiochũ dixit eis. Quid facimus? Uidete ne forte non recte consulueritis. Tunc fortissimi t nimium magnanimi in malitia dixerunt regi. Super caput nostruz sit o imperator Joannis depositio. Quod reliquuz erat auxilij ij qui cũ Joanne aderant episcopi: regem t reginam adeunt in martyrijs orãtes cum lachrymis vt christi ecclesie parcerẽt: maxime propter imminens pascha: t eos qui regenerandi erant iam plene eruditos: eisq; redderent sacerdotem. Sed auditi illi non sunt: ita vt sanctus Paulus episcop⁹ interritus fiducia plenus Eudoxie regine diceret. Deũ time. Filijs tuis miserere: neq; sanguinis effusione sanctam christi violes solẽnitatẽ. Joannis deniq; presbyteri quib⁹ dei aderat timor: in publico lauacro qõ Constantianũ appellatur congregatis populis vigilias inchoant. Hec Antiochus Achatius t Seuerianus perdite mentis homines sentiẽtes: ad magistrũ militũ accedũt: importune rogãtes vt collectionem populi impediret. Quod quũ recusaret timẽs scandaluz populi: illi aũt ad hoc instarẽt negãtes cõmotionẽ populi euenturã mẽdacijs innitẽtes: demũ dedit eis quendã Lucium tribunũ milituz gentilẽ. Hic Lucius. cccc. secuz habẽs Thraces insilijt noctu subito vna cũ Achatij clericis t militib⁹ in dñicum gregem veluti lupus fulgẽte ferro sibi iter faciens ac pplos oirimẽs diuinis insistẽtes. Cõcessit aurẽ vt intra beatas aquas eos qui initiabanť prohiberet: ac diacono quiveneranda mysteria manib⁹ tenebat fudit presbyteros fustibus in capite feriens piscinã cruore perfudit. Nude mulieres vna cũ viris qui ad baptismũ erant parati: fugẽ se cõmittebant metu cedistant inhoneste fedatis. Alius manu vulnerat⁹ abibat plorans. Alius virginem conscissam verberibus trahebat: oẽs ad predandum cõuersi/ omnia ornamenta t recõdita sibi applicabant. Presbyteri t diacon in carcerẽ mittebanť. Edicta repetitis vicibus per loca ponebanť varias minas continẽtia: nisi quis Joãnis cõmunionẽ abnegasset. Cõpleta quinquagesima post quintũ diẽ ingressi Achatius t Antiochus: Seuerianus: t Cyrinus ad imperatorẽ dicũt ei. Rex tu nobis a deo es dat⁹: nemini subdit⁹: omnibus dominans Iz tibi quodcũq; vis facere. Noli esse ꝓsbyteris mitior: epis sanctior: dixim⁹ tibi pñtib⁹ oĩb⁹: sup caput nostrũ sit. Joã. depositio: noli igit vni pcere in pncie oĩm nr̃z. Misso itaq; rex notario: hec mandat Joã. Achati⁹: Antioch⁹: Seueriane: t Cyrin⁹ dãnationẽ tuã sup caput suũ posuerunt. Te ipm ergo cõmẽdans deo ecclesiã egredere. Ita eꝑs Joãnes post aptaz iussionẽ discedẽs vna cũ epis sibi fauentib⁹ dixit oĩb⁹. Uenite orem⁹. Tũc q̃dã er primarijs ciuitatis vir fidelis Joanni ista significat. Offi. Lucius nimis audax t facie impudẽs parat⁹ est in lauacro publico cum militib⁹ suis: si forte cõtradicas aut differas: te inuitũ trahere t expellere. Fit autẽ in plebe magna cõmotio. Festina eccl'ia egredi: ne forte in tuũ auxiliũ cõfluẽs populus bellũ cũ militib⁹ cõsereret. Tũc Joãnes osculatus cũ lachrymis ex epis quosdam: orauit eos q̃ int⁹ in sacrario erãt dicens. Manete hic interim vt pfect⁹ modicuz requiescã. Ingressusq; baptisteriuz Olympiadẽ vocat: t Petrachiã: t Proculã diaconas virgines deuotissimas nobiles t iã mature etatis: t Syluinam bti Nobziolicõiugẽ tunc viduaz virtute pcipuã: dixitq; eis. Uenite huc filie: audite me. Que de me sunt: vt video finem hñt: nec vltra forte videbitis faciẽ meaz. Hoc vnũ rogo: hoc deꝑcor: vt solitã ne qua ex vobis ad ecclesiã bñuolẽtiaz deserat. Et q̃cũq; nõ spõte nec ex ambitu fuerit ordinatus: sed de cõsensu oĩm: huic caput vt Joanni inclinate. Neq; eñ ecclesia sine epo esse põt. Miseremini mei vt semp in oratiõibus vestris memores mini. At hec ille lachrymis pfuse cum eiularu ad sacra ei⁹ vestigia volutabantur. Tunc Jo. vni ex ne multitudinem perturbent. Egressus est autem ad oratalem plagam dimittens occidentalem: vbi erat iumentum paratuz et populus prestolans egressum eius inde. Quod Joã. declinauit: ne fieret seditio in populo et conflictus.

Ignis miraculosus.

§. IIII. Post hec de flãma me-

dio throno in quo Joã. sedere cõsueuerat: t veluti in medio corpore positũ cor repẽte ꝑsiliẽs: vbi dei doctorẽ requirebat. Quẽ vbi nõ inuenit: sedẽ totã depascit. paulatimq; sursum accedẽs/ t p tectũ egrediẽs errat. Uerũ vt esset feralis illius synodi ꝓpetuũ documẽtũ: ignis ille interiectã populi multitudinẽ per mediũ põtis instar innoxie trãsiliens: nõ prius partẽ eccl'ie ꝓpinquã: ne hmõi casuz ꝓpinquitati adscribam⁹: sz ptem aule regie primã: vt miraculũ diuinitus illatũ ambigeret nemo: ignis ille circũuolãs cõcitat: veluti cõdicto q̃dã pges: adiacẽtia tecta demoliẽs: foliq; pepercit edicule in q̃ vasorũ sacroꝝ multitudo fuerat recõdita. nõ auri aut argẽti materiã reuerit⁹: sz ne obtrectatoribꝰ ꝓberet mãdati locũ: vt sctm insimulare virũ possent q; ꝓiose supellectilis aliq̃d asportasset. Nulla ignis illo impetu aie amissio cõtigit. nõ hoim: nõ bruto. cetera sordes illic scelerate inuersantiũ vis illa incẽdij diluebat: ab hora sexta vsq; ad nonã igne deminãte. Interea epi qui iuuabãt ptes Joan. partim inclusi tenebantur: alij trahebanť ad custodias: ptim aliqui delitescebãt. Joannes autem vna cũ Cyriaco t Eulisio a prefectis militibus vincti in Bithyniam deducebantur: nõ sine cõminatione supplicioꝝ q; ecclia fuisset incensa. Postea vero Cyriacus et Eulisius cũ reliqs clericis vincti adducti: atq; innocentes ꝓbati dimissi sunt. Joãnes vero beatissimus ad reliquã fiduciã postremo hoc addit constantie documentuz: scribẽs illis in hũc modũ. Et si in alijs locus respondendi datus non est mihi: vel in facto ecclesie audiar. Si quidẽ vt dicitis author incẽdij fui. Nec in hoc quidẽ audit⁹: a militib⁹ in armenie opidũ remotissimum ducit vt ab Isauris qui illud noctu et interdum die obsidebant: necaret. Cucussus hic appellat. Arsatius autez q̃dã beati Nectarij frater Joannis substituit loco eꝰ scz Constantinopolitanus: hõ quẽ t pisces facũdia t actu ranę superarẽt. Qui cũ vno anno et duob⁹ mensib⁹ vixisset: mortuus est in extremis iurans q; sub iureiurando promiserat fratri Nectario se nunq; admissurum electionẽ episcopat⁹ aliquã de eo factã. Substituit Arsatio Atticus presbyter torius cõtra Joannez machinationis architect⁹. Qui quũ aduerteret secũ eꝰ orientalũ cõicare neminẽ: nec ipsius ciuitatis populũ: diuinaꝝ scripturaꝝ impius agit vt qui non cõicarent rescriptis: cogerenť quemẽtes. habebat autez rescriptũ aduersus eꝰ huiusce modi minas cõtinens. Si q̃s Theophilo porphyrio et Attico non cõicauerit: ecclesia pellat: t a suis facultatib⁹ proiciat. Hinc iã alij plus equo terrenoꝝ ponderę grauati multi cõicãt: alij ad cõmunicandum muneribus attrahunť. Qui vero gen⁹ et patriaz gloriã mũdi et corpis pfurã pterpserũt: fugerunt vt nõ cõicarent. Et alij Romam: alij ad mõtes: alij ad monasteria se seruarunt. Continebat aũt rescriptum ꝫ laicos: q; illi intruso nõ cõicarent: si in dignitatib⁹ essent: priuati manerẽt: si in militia: balteũ dimitterẽt militare: populares t artifices mulctati pecunia exilio pellerentur. Joannes vero Cucussi exulans: annum ibi agens: plurimos Armenie pauperes ꝓbo dei pauit. Innidia ꝓcitati emuli ei⁹ audito fructu eius: illum in Arabissum trãsferunt variis iniurijs subijciẽtes: vt eum vita etiaz si posset pellerent. Sed: ibi maxima perficiens virtutum insignia: multos attrarit ad deũ etiaz infideles sermonib⁹ suis. Hinc maioris liuoris flamma stimulati Seuerianus t Porphyrius et alij ex syria episcopi: q; vbiq; crescebat odor sanctitatis eius: transferendum cuerãt ad alium locũ. Et audiẽtes/ Antiochie Joãnis gratissimam philosophiam predicari: dissecabantur corde⁹ suis. Eo miraculo perculsi plericq; clerici aduerse factionis aiebant. Uidete mortuũ terribilẽ/ t vinos victoresq; pacificẽti cum ipsa potestate sua t principatu/ sacerdotẽ solũ/ ciuitatenť. Non igit ferentes ad exercitũ mittunt rescriptum aliud fortius cum adiectione pene procurantes trãsferri. s. in pyruitẽ. s. locum penitus desertũ. Pro ro milites prefecti bere in mandatis asserentes. maioriq; se putabant gradu promouendos si per viã ille memorer⁹. Et vnusquidez ex ipsis aliq̃d humanitatis in eũ claz oñbat: alius vero adeo infestus t atrox vt recõmẽdationes et blãditias q; ei flebãt Joan. morer⁹. Deniq; quũ imber esset vehemens: adeo vt dorsum et pectus inundatio illa percelleret: nihil curans egrediebat.

Joã. in exiliuz trahit.

Arsatius substituit Joanni in ẽpatu: Arsatio Attico.

egrediebat. Ingentē rursus solis estum pro delicijs habebat: sciens hoc affligi sanctū viri caput instar Heliseī calui. quū inter hec oīa trimestre tps difficillimum illud iter conficiens sanct⁹ ille sicut sidus radiens perstabat. Peruenientes autē ad quoddā templū vbi sepultus erat quidam Basiliscus noie sanct⁹ martyrium passus sub Diocletiano Nicomedie cum sancto Luciano: ibi manserunt. Et in illa nocte apparuit ei Basiliscus dicens: Frater Joan. confide. Erasem̄ simul erimus. Qō euenit. Nā quū iter pſequerent ducētes Joannē. ad locū exilij: in via febrib⁹ laborantē reBlozio fustrāsi tus scti Joan. duxerunt eū ad dictū tēplum Basiliscū martyris: vbi Joan. sumptis celestibus sacramētis: cozā oībus adstantib⁹ fudit oratiōnē dicēs more suo: Hīa fit deo oīm cause: cōsignāsq; se in fine oroms extēdēs pedes suos: migrauit ad christum. Tanta vero multitudo virginū tantūq; monachozū et honestiozis vite testimonio insignium: ex Syria et Lilicia: et Ponto agmen occurrit vt putarent plurimi ex cōdicto aduenisse. Sepultusq; est honozifice cum martyre Basilisco.

§. V. Quare aūt solus quasi co-

medebat: nec inuitare alios ad comedendum volebat nec inuitari: cuius in hystoria tripartita assignata sit aliqua ratio vt. ſ. pateat: tamen Palladius ipse assignat multiplicē causam. Tum q; ob calozem capitis ebscenus erat nisi q; in estu eo qō diarodon appellatur: vtebatur. Tum q; infirmitatis cuiusdā gratia/stomachus eius ordinem desiderabat: adeo vt sepius que preparata erant ingrata viderentur: et que non aderant ināri oporteret. Tum q; plerūq; cibi oblit⁹ ad vesperaz vsq; ieiunabat: partim occupat⁹ eccl'iasticis curis partim spiritualib⁹ intelligentijs abstractus. Tum ad vitādum risus et cachinnos et vaniloquia et detractionē: que in cōuiuijs accidunt: et intēperantiā/deliciarum aduersarius oīno/sacrilegiū existimās. Tū vt dispensatozib⁹ furti occasiones amputaret: ne ob reniozū precia in breuib⁹ suis multiplicantes q; erāt in vsus pauperū deputata: sibiipsis vendicarent. Preterea ciuitatis ingenia cogitans / considerabat se oportere esse vt christi dispensatozem: aut dignitates oēs ex equo honozare: aut se subijcere nemini. Et propter hec valedicens maledicris propter hmōi: solus edebat.

§. VI. Et quia Theophilus ille

Alexandrinus eps ad sui temeritatē excusandā in pcessu et pſequutione ꝺ Joā. scripto suo asserebat Joānem dominādi libidine cōcitatū/sedecim epos deposuisse vna die: suosq; illozum vice ordinauisse. Declarat Palladius hoc falsum esse: q; nō sedecim sed sex tm̄ epos Asie: nō vna die: sed post discussionē per biennū factā: et in cōsilio plurimozū epozuz et metropolitarū dicit ꝓpter excessum eozū fuisse amotos et alios virtute ꝑclaros et doctrina facundos subrogatos. Euſebi⁹ eps valentino politanus. Conuenientibus em̄ Constantinopolim epis Asie necessitatū ecclesiasticarū gratia: Eusebius eps Valētinopolitanus vna sabbati tradidit synodo libellū accusatiōis cōtra Antonium epm̄ vel archiepm̄ Ephesinum cōtinentē. vij .c. excessuz eius: quozū vltimū erat q; pro decreto et lege habebat ordinatiōes epozū vēdere p mō redditū. Adsuntq; et qui dederunt: et qui accepit Antonius. Et probatiōes non deerunt. Recepto libello hortatur Joan. Eusebiū desistere: ne forte ex indignatione moueretur contra Antonium: sed reconciliari fratri: et idem per alium epm̄ familiarē ei pcurauit. Eusebius autē instat iterū pozrigens libellū eadem continentē: adiurans Joannē vt pcederet in causa: parat⁹ em̄ erat ꝓbare crimina obiecta. Perlectis ergo capitulis illis/ceperunt patres illi epi in cōsilio adunati examinare circa vltimū. ſ. de simonia: vt maioris ponderis et detestabilius crimē. Interrogat⁹ ergo Antonius qui p̄sens erat: negat crimē obiectū. Interrogati et illi q; nominati erant: dedisse illi pecuniā p ordinatione sil'r negant. Offert se Eusebius ad ꝓbationē per testes: sed q; p̄sentes nō erant: differtur causa. Et q; timebat Joan. suboznationem testium ad inueniendū rei veritatez: disponebat se personaliter ire in Asiā ad examinandum testes. Oō quū pcepisset Antonius sceleris cōscius: tractauit occulte cū vno ex principaliozib⁹ curie sibi amico: ne pmitteret a principe Joannes exire vt magis necessarius negotijs ciuitatis. Quod quum factum fuisset: cōmissa est examinatio huius vni ex metropolitis et duobus epis: vt pgerēt in Asiā in ciuitatez Pepis. et intra duos mēses deberent sub pena excōicationis testes inducti accedere. Diuersis de causis illi nō comparuerunt. Nec Eusebius accusator⁹ tpe debito: propter quod et ipse excōicat⁹ fuit: siue vt desertoz siue vt detractoz. Interea mouitur Antonius accusatus. Et Ephesini ad Joā. mittunt vt detur eis antistes qui ecclesiā bene regat: diutius afflictātū Arrianis infestantib⁹: tum ab auaritijs et pecunijs studētib⁹: rogantes eū personaliter accedere: et ecclesie illi formaz bene viuendi ꝓbere. Pergit Joan. etsi cozporis mala valetudine teneret: et in clemētia aeris obstaret: et nauim intrans post tempestatē Ephesum tandē applicat. Congregatisq; Lydie Asie et Carie epis ad. lxx. viros pertingentibus episcopum ibi ordinant. Adest Eusebius rogans reconciliari: et quum sibi hoc denegaret: q; calūniam fecerat adiecit ille preces dicens. Oīm causa ista et si per biennium vētilata est: solaq; dilatio testiuz obstitit: obsecro pietatez vestrā vt testes/nā ſlota q; presto nunc sunt/examinare dignemini. Naz etsi Antonius postqni auro accepto ordinationem fecit/ decesserit: viuunt tamen qui dato precio sunt ordinati. Placuit synodo rem diligentius discuti. Recitant⁹ que gesta erant. Ingressi sunt testes: ingressi sunt et qui ordinati sunt auro dato. Negare primum: persistentibus tamen testibus: partim laicis: partim presbyteris: q̄b⁹ ante cōfiderevidebātur: mulieribusq; quibusdā et munerū species et loca et tpa quantitatēq; recensentib⁹: quū eos q; conscientia criminis vrgeret: sua spōte nōvsq; adeo coacti ꝓfitent⁹. dedim⁹ (aiebāt) hāc esse ꝓsuetudinē existimātes: vt videremur a curia liberari. At nunc siquidē honestum est: ozam⁹ vt in ministerio eccl'ie simus. Sinaut⁹ vel aurū q̄ dedim⁹ recipiam⁹. Quidā em̄ ex nobis vtozū nostraruz aurū et variā suppellectilē dedim⁹. Ad hec Joan. synodo pollicit⁹ est. Ego inquiens instabo apud regē vt absoluant. Vos aūt mādate ullis ab Antonij reddit⁹ recipere q̄ dederunt. Precepitq; synodus ab heredibus Antonij aurū restitui: eosq; a sacerdotib⁹ remotos in cōione fieri: ne si ista passim pmitterent⁹: consuetudo egyptiaca fieret vendendi sacerdotiū et emendi. Hozū oīum extant cōmentaria et supersunt iudices. Neq; em̄ vna die discussio facta est vt Theophilus mentitur: sed biennio integro. Nec sedecim: ſz seruitio simonie depositi sunt. In quorum locū substituti sunt alij virtute clari/et gra diuini sermonis ozati. Verū illi pessimi Joannis emuli post ei⁹ exiliū ante quadriennium⁹ hos in eccl'iam reuocāt: pulsis illis q̄ legitime subrogati fuerant: in summā ouiū christi' pnicie et singulare detrimētū. Et ordinātes tribuni Victoris eunuchum in sede epi collocauerūt. Eū vero q̄ a. lxx. epis fuerat ordinat⁹ carceri inclusum hacten⁹ seruāt: virū apprime liberalib⁹ disciplinis imbutū: et post solitariā vitā ob diuinarū peritiā lras accersitū ex heremo. Ille aūt eunuch⁹ ordinat⁹/vel ventri subdit⁹ erat: in feminas insaniens et impudens scortuz/emptitiū/illiberale/nec vir/neq; femina. q̄ vt fama est: inter satyrica cōuiuia theatricas tumeris puellas gessit capite hedera coronato: etiā post baptismum suū Flauiano q̄q; Antiochie epo seu patriarcha mortuo: vocatus fuit a pplo in epm̄ q̄dā hō sanctissim⁹ Constantius: qui erat sup ceteros mitis: actu et contemplatione singularis: virgo: et breuiter omni virtute admirabilis. Hūc cernēs tā ti meriti virū Porphyrius scelerat⁹ pecunijs hoc modo fugandum curat. Scripsit ad principes: cumq; vt nouarum rerum ac seditiones authozem obtinuit in exilium relegari: querens alium ibi prefici. quod et de facto egerūt. occulte intrudentes: ipse Porphyrius cum Achatio: Antiocho/ et Seueriano cum complicibus accepto pretio.

§. VII. Postq̄ aūt Joā. secū-

Varie ob eie ctū Joannem Chrys. epistole ad. Innocē. pa pā et ei⁹ item ad alios misse. do fuit ecclesia eiectus. Theophilus misit lras suas ad Innocentiuz papā: significās quō eū deposuisset. Quas quum legisset Innocē. exhozruit temeritatem et fastū Theophili egre ferēs q; solus scripserat: et q; rei totius seriem omiserat referre: cuius sc̄z rei gra: quibusve secum adiunctis aut⁹ fuisset illū deponere: nihilq; voluit rescribere rei indigntate cōmot⁹. Post triduū aduenerūt epi quatuoz a Joanne destinati reuerdēissimi viri epistolas deferentes Innocen. pape. vnā Joannis. scōam episcopoz. xl. de cōione. Joan. tertiam scripserat clerus Joan. ¶ Epistola. Joā. tale habebat exordiuz. Domino venerabili ac beatissimo epo Innoc. Joannes in dño salutē. Et ante lras nras ad aures pietatis vestre pueniſſe putam⁹ z presumptū hoc facinus. Quippe magnitudo sceleris fecit vt nulla oris pars reliqua sit: quā nō hui⁹ horrēde cladis rumor: ipleuerit: imo ad ipsa quoq; extrema terre gestozum fama ptingēs /ingentez vbiq; gemitū luctūq; excitauit. Verū quia nō modo lugere et plācrib⁹ prosequi: sed et emēdare p viriꝺ cōuenit: et caute pspicere q̄ pacto hec seuissima pcella eccl'ie sopiat: necessariū existimauim⁹ dños meos honorandissimos presules Cle. papā. et Eugenū hortari: vt dimissis suis ecclesijs pelago se traderēt: et ad vestrā currerēt charitatē: oībusq; lucide expositis immature tante cladi remediuz dari salubre postularent. Exinde narrat Joan. rem gestaz diffuse in ipsa epla: videlicet quō Theophilus Alexandrine ecclesie epūs/quū ad diluenda crimina sibi obiecta iussus eēt ab im-

Alba gnū cri mēsimo nie.

peratore Cōstantinopolim accedere: tandē venit cū multis epis nō ad diluēda crimina: sed ad deponēdum Joānem. Et cōgregata synodo suoꝝ quū traxisset ad se clerū Joannis: vocari p epos fecit Joā. ad synodū: ad rndendū accusatoribus suis. Qō quum recusasset: allegans accusatores t iudices suos esse manifestos inimcos: sed paratum se offerens ad rndendū obiectis: et se purgandū cotā qbuscūq; dū res fieret debito modo: ideo Theophilus deposuit eum: et eiecit de eccl'ia t de ciuitate. Sed quuꝝ reuocat⁹ fuisset ab imperatore ꝯcitissime ad suā ecclesiā: fuasit ipse Joā. imperatori vt cōgregaret cōsiliuꝝ ad qō veniret Theophil⁹ t ipse vt negotiū eraminaret. At Theophilus iam fugerat. Post qō a cōplicibus suis iterum congregatis Constantinopoli multis epis: iterum pcuratione eoꝝ t cōspiratione manu militari eiectus fuerat de ecclesia sua: magna cede facta in ecc'ia nocte paschalis solēnitatis. Et demū sic cōcludit epistolam. Hec igit cuncta cogitantes: t a dnis meis venerandis epis manifestius pleniusq; discētes: qō est partium nostrarū munus studium vestrū et operaꝝ acdiligentiā: queso inferre dignemini. ita em nō nobis trī: sed ecclesijs vniuersis gratificabimini: t a deo mercedē accipietis. Scripsimus ista t ad Veneriuꝝ epm Mediolani: et ad Chromatiū epm Aquileiensem Valete in dño. ¶ Ad hoc rescripsit beatissimus papa Innocen. Cōione vtriusq; ptis admissa: Theophili iudicium cassum et irritum esse decreuit: dicens oportere conflari aliā irreprehensibilem synodum occidentalium et orientalium sacerdotum / cedentibus amicis cōsilio primo deinde inimicis: neutrarum partiuꝝ vt plurimū rectum esse iudiciū. Paucis post diebus presbyter Theophili cum diacono Constantinopolitane ecclesie venit: ipsius ep'las deferens t quedā cōmētariola in quib⁹ videbat Joan. a. xxxvj. epis dānatus. Que cū legisset Innoc. cōperisset; neq; culpas esse graues: neq; Joannē psentē fuisse insaniam Theophili magis ac magis exhorruit. His itaq; dimissis cum literis grauib⁹ temeritatez illius lacessantib⁹: sese ad orationis studiū dedit. indictoq; ecclesie ieiunio diuinaꝝ precabat clementiaꝝ vt hmōi scandala auferrent. Fuit autē epistole ista sententia. Frater Theophile / nos t te frarrem nostrū Joannē cōionis nostre esse decernimus: sicut t in prioribus literis expressum⁹: t in eadē sententia nunc etiaꝝ pduram⁹. Itaq; si conscientie tue cōfidis tuo q; iudicio: accurre ad synodū proxime celebrandā: illic iuxta Niceni consilij canones t decreta contēde. Quod si obtinueris: euidens t irrefragabilis erit ratio tua. Modicuꝝ tempus fluxerat: quum Theotim⁹ presbyter Constātinopolitan⁹ venit: ep'las consilij Joannis. xxv. epoꝝ ferēs: quib⁹ docebant Joā. militū auxilio vrbe depulsum t in exilium missum / ecclesiāq; incensam fuisse. Post paululū applicuit homunculus aspectu fedus: aio perdit⁹: qui plurima cōtra Joānē maledicta vomebat. Hic ep'las quoꝝdā epoꝝ detulerat. Achatij Antiochi Cyzimi t Seueriani et Innocentio reddidit: quibus Joannes calūniabat incēdisse eccl'iam. Qō mēdaciū quū fuisset aperte deprehensum: eū Innocentiꝰ cū indignatiōe repulit: ne rescribere quidē volēs. Supuenerūt indies diuersi epi missi: literas deferentes a pluribus. Et inter ceteros Germanus presbyter Cassianusq; diaconus Joannis viri magne religionis. qui literas ab omni clero Joannis attulerunt: continentes ecclesiam suam tyrannidez perpessam esse: episcopo per vim eiecto militum: et in exilium misso agentib⁹ id Achatio / Antiocho / Seueriano: t Theophilo Alexandrino episcopis. Non tulit vltra Innocentius pontifex Roman⁹. Scripsitq; ad Honoꝛium imperatoꝛez fratrem Arcadij: qui Honoꝛius imperabat in occidente: vt congregari faceret synoduꝝ occidentaliū epoꝝ super his: et quum in vnaꝝ deꝛrissent sententiaꝝ / ad se referre. Quo facto et relata sententia: imperatoꝛ Honoꝛius scribit pape Innocē. vt mittat episcopos quinq; presbyteros duos Romane ecclesie: diaconum vnum qui ipsius ad fratrē ep'las ferrēt. Erat autem vt que contra Joan. Constantinopolitanum epm maligne gesta essent: coꝛrigeres. Uerum vt video id hacten⁹ factum non est. Quocirca rursus p sctōs epos et presbyteros scriptis em ecclesijs: imperio q; cs nō pax proꝛenit: vt epos oriē tales epi electos viros miserunt seuere constantie. t q; neuteros Romane eccl'ie duos diaconū vnū: quos vt omni cuꝝ iuste fuisse expulsum: doceant me ab eius cōione discedere. Sinaūt deprehēderint sponte malignatos orientis epos: ab illoꝝ itidē cōione secernāt. Que vero sit de occidentalium de epo Joā. sntia: ex oib⁹ ferme ep'lis constat quas ad me frequentes dederunt. Ex hjs duas idē cōtinentes secūde quidē reliqua subdidi. s. Romani t Aquileiēsi. epi. Hoc autem ante omnia a tua manſuetudine postulo vt Theophilum Alexandrinū etiā inuitū adesse precipias. Per hūc em mala omnia emersisse memoꝛanē vt aduenientiū epoꝝ synodus in nullo impedita: cōgruā tpibus nris afferat pacem. Acceptis igit sancti viri epi tres et duo pbyteri Honoꝛij imperatoꝛis Jnno. pape et Italie epoꝝ Chꝛomatij Aquileien. et Venerij Mediolanen. et alioꝝ epoꝝ ep'lis: et vno commonitoꝛio totius occidētis cōditionibus publicis iter aggredientes Cōstantinopolim pgebāt. Erat aūt cōmonitoꝛiū hmōi. nō oportere Joā. iudiciū ingredi: nisi prius ecclesia et cōio redderet. vt ois dilatiōis occasio sublata: sua sponte consilium ingredi possit. Post quatuoꝛ mēses redierunt nunciātes res Babylonias: vcz q; detenti sunt Athenis a quodā tribuno militū: q; inde eis vnū centurionē adiecit: q; Thessalonicā minime appꝛopinquare permisit. Ibi em intendebāt primū Anysio epo lras suas reddere: qꝛ ibi cōgregandū erat cōsiliū. Et iniecti in nauigia duo post tempestatē: tertia die applicuerūt ante vrbē ppe Uictoꝛis suburbana. Quo in loco detenti ab ijs q; obseruabant portus retro iussi sunt ire. Conclusiq; in castellū maritimū: quod Athiraꝝ vocant: illic cruciati abinuicez diuisi sunt. Romani in cellula vna: alij in pluribus. Quisq; vt literas darent exigerent: nō aquieuerūt dicentes: nō esse cōuenies vt q; senes eram⁹: nō ipsi imperatoꝛi imperatoꝛis lras et epoꝝ redderemus. Quisq; obstinati recusaremus: nec aduenīti notario necalijs ad hoc venientibus dare vellemus eas postremo accessit quidam tribunus militū Valerianus nomine ex Cappadocia. perfractoq; epi Mariani pollice pervim abstulit signatā regis ep'lam cum literis reliquis. Posteriori die miserunt ad nos: siue regis aulici: siue Atticus q; fertur sedem inuasisse Joānis: qꝛ tria milia numismata darēt vt cōicaremus Attico oꝛantes: et de Joānis iudicio omnino taceremus. Quib⁹ minime acqeuim⁹. Permāserūt igit oꝛantes vt qs nihil pacifcum peragere possent: saltem ad ecc'ias suas redire permiterentur. Mouebat eos immanitas hoim: et saluatoꝛ etiam reuelatiōibus varijs hoc monstrauerat. Nam cuidam diacono sancto notissimo ac pudicissimo viro: apparuerat Paulus apls in naui qū essent dicens. Udete quō caute ambuletis: non quasi insipiētes: sed vt sapiētes: redimētes tēpus q; dies mali sunt. Adsistens igit ipse idem tribun⁹ Valerianus / iniecit eos in nauim vetustam et putrefactam: dato vt ferebatur nauclero precio vt perderet: nauigantes continuo a Tyrio expulit. Emersis igitur stadijs plurimis: quum iam periturꝰ videremur: applicuimus Lampsaco: et mutata naui inde Calabꝛion Hydrontem peruenerunt. Quid inde actum sit amplius non refert Palladius. Sed ex hjstoꝛia tripartita habetur qō Joanne ad dñm migrāte grādo vehemens in Constantinopolim et in omnia suburbana ei⁹ desc̄dit: dicētib⁹ cūctis hoc ex ira dei pcessisse ppter iniustā electionē Joānis. Quibus fbis fidē fecit moꝛs subsequuta regine. quarta scz die: que fuerat magna causa huius ppter indignationem cōceptā cōtra Joannem. Occidentales aūt epi audita moꝛte Joannis: nullo modo cuꝝ orientalib⁹ cōicare voluerūt donec illius sacratissimi viri nomē inter predecessores eos poneretur ex hoc insinuātes iniustissime depositum et relegatū. Sed t Jnno. papa excōicauit Arcadiū imperatoꝛem qꝛ assensit depositioni et exilio Joā. vt habetur dist. xcvj. duo sunt. Theodosius quoq; chꝛistianissimus imperatoꝛ filij⁹ Arcadij pdicti: q; aui sui nomē et pietatem tenebat post moꝛtē patris sacras huius sancti doctoꝛis reliquas mense Januarij in regiam ciuitatem trafferri fecit. Cui fidelissimus populus cū cereis et lāpadibus obuiauit. Theodosius autem ipse suppliciter eius adoꝛans reliquias pro Arcadio et eudoxia genitoꝛibus iā defunctis supplicauit. vt ignoꝛanter delinquentibus veniam donaret.

Mira culū qō euenit i moꝛte ioan. ꝯchꝛy sostom.

Arcadius imperat⁹ anathematiza tur.

Joānis Chꝛy. reliqe.

§. X. Narrabat exinde de pluribus mirabilib⁹: q̄ vidit vel audiuit discurrēdo per heremū: vbi in aliquibus monasterijs centeni simul cōuiuebāt sub vno abbate. Et de quodam parulo. xij. annorum misso ab abbate ad deferendū panes cuidā solitario: qui in via obuiantē aspidē mire magnitudinis/ manib⁹ suis sine timore aliquo cepit: ꝛ inuolutum pallio suo duxit ad monasteriū: ꝛ coram fratribus in terrā deposuit. Quū autē infantis fidē fratres collaudarent: abbas ad tenendū eū in humilitate: de hoc quasi de excessu vitij verberari acriter fecit. ¶ De quodā alio solitario qui in presentia eor colligebat dactylos de palma: ꝛ de eius manu. leo magn⁹ cibū ipsum vt domesticum animal sumebat. ¶ De alio cui lupa adstabat cenanti: veniens hora qua ille cenabat: ꝛ cibo sumpto de manu eius ꝛ post cenaz eā lābens postea recedebat. ¶ De alio aūt quē loquentē cū duobus qui ad eum causa visitationis accesserant: leena mire magnitudinis venit: q; aduoluta pedibus eius quasi cum fletu eius auxiliū deposcebat. Qō intelligēs vir dei ille surrexit: sequutusq; est leenā: que duxit eū ad speluncā suaz: vbi adultos q̄nq; catulos cecos ngros alebat: quos ante anachorita posuit: ꝛ ipse eis lumen restituit. Non ingrata fera sylvestris: post paucos dies leena quasi p munere impēsi beneficij pellem bestie attulit ad pedes eius. ¶ Iterē de alio sancto viro / ad quē quū accessisset quidā ad seruiēdum deo sub disciplina eius: ꝛ ille sibi diceret q̄ sufferre nō posset austeritatē ꝛ mandata sua: perseuerantē in petitione sua ꝛ se ad oia imperata offerentē etiam in ignē intrare suscepit: ille eū subito tali experiētia tētās. Nam in clibanuz qui deprope incensus erat: iubet ingredi. Qui sine mora parens in mediū ignem se iniecit: nil ibi doloris patiens: sed illesus exiuit. ¶ Idē abbas alteri religiosam cōuersationem accipiēdi causa ad eū venienti/ manda uit vt quādam virgā aridā quā in cōspectu eius firit in terram: quotidie aqua perfunderet: quam a Nilo flumine per duo miliaria distāte a loco hauriebat. Et quū per biēnium in hoc opere laborasset: demū florzuit lignum illud aridum: q̄ō ꝛ virentibus foliis refert se vidisse. ¶ Refert ipse Seuerus in eodem libro: q̄ quidā sanctus fugandoꝝ demonum incredibili potestate preditus: non solū presens: nec verbis: sed absens quoq; interdū cilicij sui fimbrijs: aut epistolis missis corpora obsessa curabat. Et dum miro modo frequētaretur a populis ex toto ad eū orbe venientibus insuper a prefectis ꝛ comitibus diuersoꝝq; potentatuū iudicib⁹: vt ex virtute honor: ita ex honore vanitas cepit et obrepere. Quod vbi primuz ille sentire potuit in se grassari: diu multumq; discutere conatus est: sed repelli penitus vel tacita conscientia veritas perseuerāte virtute nō potuit. Ubiq; nomē eius demones fatebant: excludere a se confluentium ad se populos non valebat. Virus interim latens serpebat in pectore: ꝛ seip̄m occultis cogitationib⁹ vanitatis purgare non poterat. Totus igitur precibus conuersus ad deum fertur orasse: vt permissa in se mentibus q̄nq; diaboli poterer: Ille preporēs: ille signis atq; virtutib⁹ toto orbe vulgatus: ille ad cuius fores summe istī⁹ seculi se prostrauerāt potestates: correptus a demone in vinculis est detentus: oia illa q̄ energumini solēt ferre/ perpessus. Quinto demuz mēse purgatus est: nō tantū a demone: sed (qō illi erat vtilius atq; optatius) vanitate. ¶ Et infra stiluz dirigens ad beati Martini opera ait. Equidē Posthumian⁹ ait. quum tinū meum cogitationibus recurrebā. Merito prospicies ta. Naz quū excelsa retuleris: quod mihi dixisse liceat pace sanctoꝝ: nihil a te penitus audiui in quo Martinus esset inferior. Illi em̄ ab omni impedimento liberi: celo tantūq; angelis testibus plane admirabilia docenī operari. Iste in medio cetu: ꝛ conuersatione populoꝝ/ inter clericos dissidēres/ inter eos seuiētes: quū quotidianis scandalis hinc inde premerēr: inexpugnabili tū aduersus oia virtute fundatus stetit: ꝛ tāta operat⁹ est quanta nec illi quos in here mo esse vel fuisse ferūt: etiā si illi paria fecissent. Nā pugnauit iste in loco nō equo sc; in seculo cōuersatus: ꝛ tū victor euasit. Illi aūt ex equo loco aut de superiore certarunt: sc; in heremo. Sed ꝛ quum preclara aliorū retuleris: a nemine retulisti mortuū suscitatus. In quo vnū vtiq; te necesse est cōfiteri Martini neminē cōferēdū. Hic quoq; sepius imperauit bestijs. Feritas bestiarū victa succubuit. Rabiem ferarū ꝛ serpentiū venena cōpescuit. A demonibus obsessos liberauit. Cum ipso angeli quotidie loquebant. Aduersus aūt vanitatem ꝛ iactantiā/ ita inuictū spiritū gessit: vt illa virtus fortius nemo cōtēpserit. Ego igit semper Egypti predicabo monachos: laudabo anachoritas: mirabor heremitas. Martinū tū semp excipiā. Non illi ego quēquā audebo monachorū: certe nō eporz cōparare quēpiam. Hoc egyptus fatebit: hoc Syria: hoc Ethiops comperit. hoc Indus audiuit. hoc Parthus ꝛ Persa nouerunt: nec ignorat Armenia. Horreo dicere q̄ nuper audiui. Infelices dixisse nescio quem: te in libro illo tuo de Martino plura mentitus. Nō est hois vox ista: sz diaboli. Nec Martino in hac parte detrahitur: sed fidei euangelij derogat. Sed infelices dege neres somnolenti: q̄ ipsi facere non possunt: facta ab alijs erubescunt. Quia igit gesta hui⁹ sancti quē marime veneraī ecclesia: ꝛ populi solēnizant: sunt satis vulgata: hic notata abbreuiabūtur. Que diffuse ꝛ luculento sermone Severus Sulpitius: de quo supra immediate descripsit.

¶ De beato Martino. Capitulum. xj.

Martinus pauper et modicus/ celum dives ingreditur: hymnis celestibus honorat⁹: canit de eo sacrosancta mater ecclesia. Pauper quidem fuit spū. i. substantia tēporali ex spōtanea volūtate. Pauper. i. parū habēs de vitioꝝ prauitate: etiā adolescēs ꝛ miles existēs. Modicus fuit in sui reputatiōe ex humilitate. Modic⁹ in cibi ꝛ potus ꝛ vestitus parcitate. Celū dives ingreditur. dives videlicet meritoꝝ ꝛ virtutū vbertate. Dives miraculorū in omni genere copiositate. Hymnis celestibus honorat⁹. ab angelis in gloria. ab ecclesijs mundi in multiplici celebritate. Et hec omnia patebūt ex hystoria eius. ¶ Martinus igit Sabarie Pānonioꝝ oppido oriundus: sed in Italia Ticini idest Papie nutritus: cum patre suo tribuno militum sub Constantio ꝛ postea sub Juliano imperatore militauit. Non tamen sponte: q; ab infantia diuinit⁹ insoratus: quū esset annoꝝ. xij. inuitis parentibus ad ecclesiaz cōfugit: ꝛ catecuminus fieri postulauit: ꝛ extūc heremū cōcupiuit. Fecisset q; votis satis: nisi carnis infirmitas obstitisset. Sed quū cesares decreuissent vt veteranoꝝ filij pro patrib⁹ militarēt. Martinus quū esset annoꝝ. xv. ad militandum pro patre vrgek: licet inuitus. Qui Martinus vno tantū seruo contētus: ei sepius seruiens ministrabat: ꝛ calciamēta sepi⁹ detrahebat atq; tergebat. Quodam hyemali tpe per portā Ambianēsis ciuitatis pertrāsiens/ pauperem quēdam obuiū habuit. Qui quuz a nullo eleemosynam accepisset. Martinus hūc sibi seruatum intelligens: arrepto hense chlamydē que sibi sola superat: alia in eleemosynas elargitus/ oīuidit: partemq; pauperi tribuens reliqua rursus induit. Sequēti nocte christū chlamydis sue parte vestitū vidit: ipsumq; adcircumstantes angelos festiue dicentem. Martinus adhuc catecuminus hac me veste contexit. Inde vir sanctus non in gloriam elatus: sed dei bonitatem agnoscēs: quū esset annoꝝ. xxij. baptizari se fecit: et ad instantiā tribuni sui qui tēpore sui tribunatus expleto/ se seculo renūciaturū promiserat: adhuc per biennū militauit liber tū ab ijs vitijs quib⁹ foler illud hoim genus implicari. Uū rebus pauper: q; nihil sibi preter victus de stipēdio reseruās: sed pauperib⁹ erogās: de crastino nō cogitabat. Pauper a vicis postmodū a quibus p baptismū fuerat toruentib⁹. Julianus cesar donatiuū cepit militibus erogare. i. stipēdium. Ad Martinū aūt veniendo: nolens militare deinceps illud accipere. recusauit cesari dicens. Christi miles ego sum: pugnare mihi nō licet. Indignatus cesar dixit ei: q; non religionis causa: sed timore imminentis belli militiam recusaret. Cui Martinus respōdit. Si hoc ignauie non fidei adscribit: crastina die ante aciē inermis stabo et in noīe christi crucis signo non clypeo protectus aut galea/ hostium cuneos penetrabo secur⁹. Custodirī ergo eum iubet cesar vt dictis facta compenset. Sed die sequēti hostes

De laude de bri Martini.

Sancti Martini vita.

Sanctꝰ Martinus perrexit ad sanctuꝫ hilariñ.

stes legationē de pace miserūt: se suaq; oīa dātes: vñ nulli dubiū talē victoziam sancti meritis sine sanguine datam. ¶ Relicta aūt militia/ad sanctum Hilarium Pictauensem ep̄m perrexit: se ei⁹ discipline subijciēs. Qui eius ferozem attēdens: vt eū sibi arctius implicaret: in diaconum ipsum voluit ozdinare: qō ille modicus ex humilitate acceptare minime acquieuit: sed lecrozatus ozdinem nō renuit. Non multo post in somnis admonitus a dño: vt parentes suos adhuc gentilitate detētos visitaret: licentia a sancto Hilario obtenta: quez cum lachrymis exozauit ad se redire: iter arripuit: p̄enūtians se aduersa multa passurum. Inter alpes ergo iter agēs incidit in latrones. Quōq; vnus eozum securim in caput eius vibrasset: ictū feriētis sustinuit alter sc̄z retinens manū illius. Uinctis aūt post tergū manibus vni eozum custodiendus traditur. Perc̄ctanti aūt latroni an timuisset: respondit se nunq; ita fuisse securū: vtpote q̄ sciret misericordiā dei maxime in tētationibus adfuturaz. Incipiēs latroni predicauit: z ad fidem conuertit. Qui ad viam eū reducens: ozationibus eius se cōmendans dimisit. Postmodum laudabilem vitam latro ille tenere visus est. Quū autē Mediolanū Martinus preteriisset: diabolus ei in humana specie apparens/quo pergeret requisiuit. Cui quū respōdisset: se quo eū domn⁹ vocaret/tēdere. Ille ait. Quocūq; ieris/diabolus tibi aduersabitur. Et Martinus ad eū. Dñs mihi adiutoꝛ: nō timebo quid faciat mihi homo idest diabolus. q̄ statim vt fumus euanuit. Papiam demum adueniens z parētes visitans: matrē ad fidē conuertit. Pater vero in erroze permansit.

Martinus Arrianis restitit.

¶ Quū aūt hereſis Arriana per ozbē pullularet: z ille pene solus ibi obsisteret: publice cesus z de ciuitate eiectus/ Mediolanū perrexit monasterium sibi statuens ibi: sed inde ab Arrianis depulsus ad insulā Gallinariā secessit cum solo quodam magnarū virtutum presbytero. Ibiq; manens hellebozum venenatum ignozans inter ceteras herbas comedit. Ex cuius esu vicinā sibi mozte intelligēs: virtute ozationis omnē dolorem z periculū effugauit. Audiens postea beatū Hilariū ab exilio Pictauos redire: obuiam ei proficiscens: quū iam preterisset Pictauos: Martinus accessit: et iuxta ciuitatē illā monasterium sibi construxit: multa miracula faciens.

§.I. Episcopo autez Turonensis ciuitatis in Gallia de hac luce subtracto: conuenientib⁹ vicinis episcopis clero z populo Turonensi ad prouidendū ibidem de futuro antistite: conuenerūt pene oēs in Martinum. Sed scientes eū q̄ modicus. i. humilis valde de monasterio suo ad hoc non posse abstrahi: vnus eozū sapienti vsus cōsilio/simulauit vxozē suam grauiter infirmari: pergēsq; ad monasteriū instāter rogauit Martinū cuz lachrymis vt eā visitare dignaretur p̄ salute aīe sue. Uir sanctus cōpassione deuict⁹: pias ignozās insidias: egressus de monasterio quū sequeret: appropinquantē ad ciuitatez turbe populoꝝ q̄ latebant circūdederunt: ep̄m suū vocitantes: et volentez p̄ humilitate fugere talē dignitatē: detinuerunt: in ciuitatē z ecclesiā cū magna gloria z gaudio inducentes: vt consecraretur ep̄s. Et quū quidā prelati cōtradicerent: eo q̄ deformis esset habitu: z vultu despicabilis z modicus: z p̄cipue vnus dictus Defensoꝛ: lectoꝛ aūt ozdinari⁹ deesset: surrexit quidā ex clericis ad supplendum defectū: z aperto psalterio qō primo occurrit audiētibus cūctis plegit. Erat aūt versus ille. Ex oze infantiū z lactentiū perfecisti laudē. s. in Martino: ex petitione simpliciū ostendisti laudē perfectā: ppter inimicos tuos qui hūc contēnebant: vt destruas inimicū et defensoꝛē. ad literā. ad cōfundendu⁹ illū qui vocabat Defensoꝛ: magis ceteris resistens tali laudi z nominationi Martini. Et sic notatus est Defensoꝛ ab oībus cōfutatus. Electus aūt dei pōtifex in sua solita modicitate humilitatis z austeritatis permanebat assiduus. Uñ z in secretario residēs nunq; cathedra vsus est. Nam in ecclesia nemo vnq; illū sedere aspexit. Sedebat aūt in cellula rusticana: quam tripodez vocāt. ¶ Leprosum insuper cūctis horribilē Parisijs obuiam habēs: osculatus est atq; benedixit: statimq; mundatus est. Et quū tumultū populi diuersis de causis ad eū accedentez ferre non posset: quieti contēplationis assuetus: extra vrbē duob⁹ fere miliaribus monasteruū construxit habitaculis humillimum z accessu difficille: vbi. lxxx. discipulis ꝓgregatis heremitice cōuersationis in maxima austeritate degebat. Uinū ibi nemo nouerat nisi infirmitas coegisset. Mollis habit⁹ ibi p̄ crimine habebat. Exercitū coꝛporale extra scriptoꝛie artem cui iuniozes vacabāt: nō nouerant: sed ozationi tantū z lectioni vacabant. Plures ex illis epi creati sunt. Quum vero in quodam loco p̄ martyꝛe q̄dā coleret a populo. Martinus nil certi inuēto de noīe eius vel cōuersatione: a tali veneratione abstinuit: ne colēdo superstitioni augmentum p̄sta ret: z prohibendo sine clara notitia deuotionem populi auferret. Demum accessit ad locū/ozationem faciens super sepulchꝝ: rogās vt sibi notū fieret q̄d illud existeret. Cōuersus ad leuā: vidit adstare ibi vmbrā nigerrimā. Adiuratus a Martino vt q̄s esset: z cui⁹ meriti/ediceret: respondit se fuisse latronē: z ob scelera sua ibi percussum: nihilq; societatis cum martyꝛibus habere. Et extūc Martin⁹ altare illō remoueri fecit: z venerationē loci inhiberi insinuata fallacia. Quū autē in quadaz festiuitate in monasterio ad ecclesiam celebraꝛet⁹ accederet: pauper q̄dā nudus obuius fuit. Aspiciēs Martin⁹ archidiacono suo p̄cepit vt algentem vestiret. Sed quū facere archidiaconus distulisset. Martinusq; demum secretariū ingressus esset ecclesie: solus pauper ille adhuc nudus se illi ostendit. Et quiz solus esset ex more suo ozationi vacās: tunicā suam clam exuēs: pauperi dedit: statimq; abire mandauit. Accedit ad eū archidiacon⁹ solicitans vt ad ministeria peragenda p̄cederet. Ille de se loquens: ait se hmōi agere non posse: nisi pauper vestē acciꝑiat. Archidiaconus nō intelligēs: q̄ cappa desuper tectus esset: ipsum interius sine tunica nō videbat. Pauperē non adesse causat. At ille. Uestis mihi afferat: paup nō deerit vestiendus. Cōpulsus archidiaconus ad fozū vadit: z vnam tunicā bigericam vilem z breuem quinq; argenteis emens: ante pedes Martini proiecit. Tūc ille exclusis oībus cappa exutus illam vestem se induit: z postea albā ne videaꝝ tunica q̄ citissime accepit. Sic ergo pontificalibus indut⁹ missam celebraturus ad altare p̄cedit: pauper z modicus humilitate. Dū autem sacramēta offerret pro populo: globus igneus apparuit super caput eius visus multis. Eleuando aūt sacramentū quum manice albe defluerent: sicq; brachia eius nuda apparerent: q̄ tunica illa empta vix ad cubitos attingebat: fertur a quibusdā angelos subito manicis aureis z gemmatis brachia nuda cooperuisse.

Martinus Arrianis restitit.

Martinus per ozbē pullularet

Martinus elemosyne dande maxie solicitat.

Martini puritas et ozandi assiduitas.

Martini iusti tia.

§.II. Eius ingressus est diues virtutū et meritoꝝ vbertate. De quibus diuitijs Greg. ait. Si vere diuites esse cupitis: veras diuitias amate: sc̄z virtutes. Quid ditius patientia/puritate/iustitia/charitate/fide: z alijs quibus ipse claruit? Adeo patiens fuit: vt quuz esset summus sacerdos: impune a clericis sepe ledebatur: nec a sua eos ꝓpter hmōi charitate pellebat. Nemo illum iratū vidit: nemo merentē: nemo ridentē. Ipse archidiacono eius delirū aliq̄n eū dicebat: nec tū cōtra eū cōmouebat. Quuz quadā vice Martinus in veste hyspida nigro et pendulo pallio circūtectus asino sedens p̄ficisceret: socijs remotius sequentib⁹ eū: equis contra venientib⁹ ante euz pauefactis: sessoꝛes milites ei imputātes in terrā saltu p̄cipiti se dederūt: et Martiuū arripientes grauiter verberauerūt. Ille vero mut⁹ percutientibus terga p̄rebebat. Ex quo magis illi furebāt: eo q̄ ille quasi nō sentiens verbera illoꝝ contēnere videret. Post hec equos ascendētibus ad iter suū p̄sequendū: penitus aialia illa ita humo fixa manebant: vt quanticūq; flagellata vt saxa firma manerent: quousq; illi compūcti/hoc adscribētes iniurie illi exhibite ex verberib⁹. reuersi sunt ad virū dei veniā postulantes de sacrilegio in eū cōmisso. Q̄ ille libere concessit: et licentia eis data abeūdi: cōcito gradu equi eoꝝ p̄cesserūt. Superuenere socij z eū in terra iacentē ex percussionibus inuenerunt gr̄as deo agentē. ¶ Tante puritatis z assiduitatis in ozādo extitit: vt quasi nunq; ab ozatione cessaret. Nā vt fabris ferrarijs moris est: q̄ inter opera p̄ quodā laboris leuamine incudem ferunt: ita et Martinus dū aliud ageret semper ozabat. Propter magnā eius puritatē angeli z sancti eum frequēter visitabāt. Unde quū quadaz vice in cella Martin⁹ solus ozaret: z Severus z Gallus discipuli eius: qui hec de eo scripserunt: accedentes p̄e foꝛib⁹ expectarēt: subito mirabili concussi horroꝛe plures colloquētes audierūt: de quo quū postmodū ab eo quesiuissent: respōdit ille. Dicam vobis: sed vos queso nulli dicatis. Magne Tecla et Maria ad me venerūt: nec tantū illa die: sed se ab eis visitari sepius confessus est: z Petrū z paulū sepius a se videri. Nec mirū: q̄ si mundi coꝛde deū videbunt: multomagis sanctos eius. ¶ Dues in iustitia fuit: nō respiciens personam hoīm. Nā in conuiuio a Maximo imperatoꝛe instāter rogatus/se reperiens cū capellano suo: quū ex cratera sibi oblata a ministro bibisset: z imperatoꝛ Maximus expectaret cū magna deuotione postea de manu ei⁹ crateram accipere ad bibendum: non ipse: sed sacerdoti socio suo obtulit dicēs post se nullū digniozem: vt supza in precedenti titulo habitū est. Sed altera vice quū Ualētiniani⁹ imperatoꝛem pro quadam iusta petitione adijsset: z imperatoꝛ ei pluries audientiā denegasset: claudi ei poꝛtas mādando ministris

ḡz illud qđ intendebat Martinus cōcedere nolebat. Demū Martinus pro eo instantie orationis se dedit per hebdomadā in cinere ⁊ cilicio ieiunans. Exinde angelo sibi apparente: vsq; ad imperatorē intrare monēte: pergēs ad palatium portis oībus patentibus vsq; ad ipsum imperatorem pervenit. Quem quum imperator vidisset: q; fuisset admissus iratus ei adsurgere noluit: quousq; ignis regias cellam inuasit: ⁊ vestes imperatoris ex parte posteriori incendere cepit. Ex quo miraculo imperator etsi iratus Martino: vir tutē diuinā sensisse cōfessus est. Uñ adsurgens multūq; eū complexus: oīa antecḡ peteret optata concessit: multaq; ei munera obtulit: que tñ vir dei minime accepit. ¶ Diues in fide et charitate maxime fuit. Per ipsam enim charitatem (inquit Aug.) pauper est diues. Tante compassionis fuit vt oēs peccatores penitentes sinu misericordie reciperet. Et quum diabolus aliquando de eo cōquereret: cur lapsos in peccatum rursus ad penitentiā reciperet: rñdit Martinus Si tuipse miserabilis ab hoīm infestatione desisteres: ⁊ fratrū tuorū te penitere: confisus in dño ego tibi christi misericordiam pollicerer. Ex magnitudine fidei mōtes trāsferebat: demones scz superbia altissimos repellendo a creaturis: vt a vacca demone agitata: ⁊ a se cultum diuinū fraudulēter ab eo extorquere curāte. Nam quadā die apparuit ei hostis antiquus in forma regis purpura ⁊ diademate et caligis aureis ornatus letaq; facie. Quumq; diu ambo tacuissent. Agnosce demū (inquit diabolus) o Martine quez colis christus ego sum: descensurus ad terram: priusq; me tibi manifestare volui. Et quum ille adhuc miratus taceret rursus diabolus ait. Martine cur dubitas credere? quem vides christus ego sum. Tunc Martinus a spūsancto edoctus ait. Dñs Jesus nō se purpuratū ⁊ diademate reuenturum predixit esse vēturū. Ego xp̄m nisi in ea forma et habitu quo passus est: ⁊ stigmata crucis perferentē: venire non credā. Ad hanc vocē ille confusus disparuit: cellāq; fetore impleuit. Sepe demones sub diuersis speciebus ei apparebant. Aliqñ in specie Ueneris: aliqñ Jouis: aliqñ Mercurij: aliquando Minerue: quos ille cognoscens aspernabatur.

Martini charitas.

§. III. Ditissimus fuit in copia

miraculorū adeo vt post apl̄os nullus sanctorū ei equiparetur. Tantā igitur gratiā dñs ei cōtulit: vt in virtute trinitatis de fide meruerit fieri triuz mortuoz suscitator magnificus. In cāpo esñ quadam muliere pro suscitatione filij iuuenis cum lachrymis eñ exorante: vbi erat multitudo gentiliū: genibus flexis p eo orāte suscitat⁹ est. Et quo pene oēs illi gētiles ad fidem conuersi sunt. Alter fuit catecuminus quidā: qui quū in monasterio Martini maneret in fide instruendus et conuersatione christiana: absente Martino morte quasi subita preuentus est. Reuertēti Martino hoc nuntiato p eo orauit. ⁊ a mortuis resurrexit. Solebat viuificatus ille referre: q; quū aīa ei⁹ a corpore soluta a iudice cui presentata fuerat tristez excepisset fr̄iam: ad loca scz tenebrarū: subito angelū iudici suggessisse hunc esse pro quo Martinus oraret: vnde mandatum est aīam ad corpus redire: vt Martinus optata perciperet. Tertius fuit quidam seruus: qui sibi ex desperatione laqueo viam extorserat. Cuius morti compatiens anime simul ⁊ corporis oratione suā aīam ab inferis eduxit: qđ maximum fuit. ⁊ contra legē communē paucissimis sanctis concessum: ⁊ corpori socians ipsum suscitauit. Itē Quantium aununculum Galli hoc narrātis grauissima infirmitate ad extrema deductum: quum Martinus vocatus ad visitandū eū accederet fanatus virtute eius/veniēti in via ei occurrit. Et die sequēti quū vnū de familia Euantij puerum serpens momordisset. diffusoq; virus per membra morti appropinquaret: eo Martino oblato: quū digitū posuisset ad vulnus: renenū per totū iā corpus effusum reuocatum per illud foramē puncture exiuit: ⁊ sanat⁹ est. ¶ Adeo potens fuit in opere ⁊ sermone: vt oīa subiecta viderent̄ sub pedib⁹ eius. Insensibilia / vegetabilia/aīalia/⁊ intellectualia. Ignis qui oīa deuorat: vim virtutis sue per eū oblitus est. Nam quū ignem ipse mīsisset in quoddā fanū ad idololatriā submouendā: ⁊ ignis illi⁹ flante vento ad domos vicinas se flāma extēderet: Martinus se flāme opposuit: ⁊ vlterius nō pcessit. Altera vice quū in camerā vbi quiescebat/ignis incaute positus succendisset in medio flāmarū orantē: quia egredi non valebat: illesus enasit. ¶ In aquis maris nauigantes quidam negotiatores tēpestate obortā: quū periclitarentur: vnus ex eis etiā infidelis clamabat ⁊ dicebat. Deus Martini adiuua nos: statim trāquillitas facta est. ¶ Pagū quēdam. L. villā. Senonis singulis annis grādo que in aerem densatur: vastabat. Aurilij incolis loci illius a Martino postulantibus: oratione pro eo fusa ita cessauit tēpestas illa: vt q̄diu vixit Martinus: postea scz per. xx. annos tempestas illa non eos afflixerit: que tamē anno quo mortuus est rursus inuasit. ¶ Arborē pini excelsam demonib⁹ dedicatam iāditu in qua superstitiones gētiles exercebāt: quū iussisset excidi resistebant gentiles ⁊ rustici. Eo tamen pacto huic opera acquieuerunt: vt excidentibus ipsis pinus ea parte ruit⁹ maneret qua casurā nemo ambigeret: vt eā super se cadentem susciperet que maxima erat. Quo annuente: quum incisa arbor versus Martinū se inclinasset: ipse signū crucis opposuit ⁊ mox in cōtrariam partē pinus se vertēs plures gentiliū qui in tuto loco erant fere oppressit. Ex quo miraculo ad fidem conuersi sunt. ¶ Canem quēdam latrātem contra se et quasi mordentem mandauit in nōe Martini silere: ⁊ conticuit. ¶ Serpenti venienti per fluuium contra se ⁊ socios ex altera parte precepit reditū vnde venerat: retrocessitq; ḡcitissime. ¶ Quum Condacensem diocesim causa discordie sedande ad visitandū pergeret: iuxta fluuium cū socijs iter prosequēs/videt mergos in flumine piscibus insidiantes ⁊ quosq; capientes. Forma (inquit) demonum hec est. Insidiant incautis: capiunt nescientes: captos deuorāt saturariq; nequeunt deuoratis. Imperat igit̄ vt deserto gurgite: desertas peterēt regiones. Statimq; grege facto montes syluasq; petierunt. ¶ Apud Nemausum synodo epōrum congregata: per angelū ei fuit insinuatū quod in ea statutū est. ¶ Demones a pluribus obsessis eiecit: quem ita timebant: vt quum de monasterio exiret: et ad ecclesiam accederet: demones per energuminos clamabant rugientes quasi adueniente iudice damna sentirent penarum: vnde quasi gementes aduentuz eius prenuntiabant. ¶ Oleum in ampulla vitrea ab eo benedictum ad diuersos languores curandos supercreuit/Sed etiam de fenestra in pauimentuz elapsa ampulla marmoreum: infracta permansit.

§. IIII. Ingreditur demū celum

per felicem obitum. Nam pace inter clericos ecclesie Londacensis reformata: quo a diocesi sua pgressus accesserat cepit viribus corporis repente destitui. Conuocatisq; fratribus suis: sui corporis dissolutionem imminere predixit. Flentibus autem discipulis eius vbertim atq; dicentibus. Cur nos pater deseris: aut cui nos desolatos relinquis? Inuadent esñ gregem tuum lupi rapaces. Et quis eos poterit a morsibus prohibere sublato pastore? Scimus quidē pater desiderare te Jesum: sed salua sunt tibi premia tua: nostri potius miserere a dño postulando prorogandū tibi terminū vite. Quorū lachrymis cōpassionis visceribus motus flens ⁊ ipse: deinde orauit dicens. Dñe si adhuc populo tuo sum necessarius: non recuso laborem. Fiat voluntas tua. O virū ineffabilem canit ecclesia) nec labore victum: nec morte vincendum: qui nec mori timuit: nec viuere recusauit. Et quū aliquandiu febrib⁹ molestia teneret in lectulo suo: vbi in cinere ⁊ cilicio decūbebat: ⁊ stramentū aliquod mollius vt poni sineret rogaret: nō acquieuit dicens. Non decet christianum nisi in cinere ⁊ cilicio mori. Ego si aliud exemplum vobis relinquerem: ipse peccaui. Oculis aūt ac manibus in celo semper intentus/inuictū ab oratione spm̄ non relaxabat. Et quū supinus semp iaceret: precātibus sacerdotibus vt mutatione lateris corpusculū releuaret. Sinite me inquit celum videre potius q̄ terrā: vt spūs dirigatur ad domuñ. Hec autē dicēs videt adstare diabolum. Quid inquit hic agis cruenta bestia? nihil in me funestum reperies: sed sin⁹ abrae me suscipiet. Et in hac voce anno vite sue. lxxx. migrauit ad dñm. Cuius corpus quasi gloificati hoīs resplenduit/Auditusq; est a pluribus concentus angelorū a quibus hymnis celestibus honorat. O quātus luctus hominū: quanta merentium precipue lamenta monachorū ⁊ virginū chori: q; pium est gaudere Martino: et pium est flere Martinū. ¶ Celestis gloria eius ostensa est plurib⁹ sanctis viris. Beatus Severinus Coloniēsis epūs die dñica qua sanctus decessit post matutinas quum ecclesie sue altaria circūiret orādo cum archidiacono: angelos in celo cantātes audiuit. Uocansq; archidiaconū interrogauit an aliquid audiret: cui respōdenti se nihil audire: dixit vt diligenter attēderet. Qui erigens caput orante p eo Severino: dixit se voces quasdam in celo audire. Tunc ille Dñs meus Martinus migrauit ad dñm: cui⁹ angeli animā perientes confusi recesserūt. Notauit ergo archidiaconus diem ⁊ horam: ⁊ mittēs reperit illa hora migrasse ad dñm. ¶ Eadē die quum beatus Ambrosius Mediolani missam celebraret solenniter: inter pphetiā ⁊ epistolā in altari obdormiuit: ⁊ quū nullus eū excitare presumeret: ⁊ subdiaconus nisi epō innuēte epistolam legere nō auderet: ⁊ transactis duarū vel trium horarū spatijs: excitauerūt alicui dicentes.

Obitus sancti martini.

Beatus Martinus vixit annis lxxxj.

centes. Pater hora preterijt: & populus valde lassus expectat. Jubeat ergo dñs noster vt subdiaconus legat epistolam. Quibus ille ait. Nolite turbari: frater me⁹ Martinus migrauit ad dñm: & ego eius funeri obsequium prebui sed vltimam oratonem vobis excitatibus cōplere non valui. Notantes aūt diem & horā inuenerūt illa die migrasse. Seuerus etiā monachus qui gesta ipsius Martini superi⁹ posita descripsit: vt refert: illa hora qua de mundo transiuit: vidit beatū Martinū albis indutū vultu igneo: scintillantibus oculis: crine purpureo: manu libꝝ tenentē: post benedictionē ei datā in celum cōscendere: vbi hymnis celestibus honoratur. Quumq; Pictaui & Turonici ipso defuncto altercarētur de corpore qui cōuenerāt ad locū trāsitus demum media nocte Pictauis somno graui sopitis: Turonenses per fenestrā corpus emittētes: per Ligerim flumen nauigio cū magno gaudio Turonias detulerunt. Honorate etiā magnifice ab ecclesia: quum preceperit die natalis sui ab operibus manualibus feriari de cōse. di. iij. pronuntiandum. Et multe basilice sub eius titulo sint constructe.

§. V. Sanctus Brictius Martini archidiaconus

Sāct⁹ Bricti⁹ Turoñ. epūs sancti martini succes⁹.

: ei plurimum emulus et molestus fuit ipsi sancto Martino cōuicia aliqñ inferendo. Nam quum quidā pauper semel Martinū quereret: dixit ei Brictius. Si illū delirū queris: respice eminus. Ille est enī qui quasi amens celū conspicit. Quūcq; pauper qđ petierat a Martino impetrasset: vocat ad se Martinus Brictium dicēs. An ego tibi delirus videor Bricti? Qđ quū ille pre verecundia se dixisse negaret: ait Martinus. Nonne aures mee ad os tuū erāt? Amen dico tibi: q; a dño obtinui vt mihi in epatu succedas: & scias te in eo multa passurum aduersa. Quod Bricti⁹ audiēs dixit. Nonne verū dixi istū delirū esse? Post modū beati Martini Brictius est in epm Turonēsem electus: & deinceps oratoni vacabat. Et licet superbus: tamē corde castus erat. Anno aūt epatus sui. xxx. mulier quedaz religiose vestita que eius vestimenta lauabat: cōcepit & peperit filiū. Tūc oīs populus existimans illū ex Brictio conceptum cū lapidibus ad ianuā eius cucurrerunt dicentes. Diu tuā luxuriā pietate sancti Martini tolerauimus: sed iam pollutas manus nequaq; osculari valemus. Illo viriliter hoc negante. Adducite (inquit) ad me infantem. Quo allato quū esset. xxx. dierū: dixit ad eū Brictius. Adiuro te per filiū dei vt dicas coram oībus si ego te genui. Et infans Non tu (inquit) es pater meus. Populo autem vrgente vt quis esset pater ei⁹ inquireret. Respōdit. Nō est hoc meū. Feci qđ ad me pertinuit. Populus autez totū hoc magicis artibus ascribens ait. Nequaquā nobis falso noīe pastoris dominaberis. Tunc ille p̄ro sui purgatione p̄unas ardentes in pallio suo vsq; ad tumbam beati Martini deportauit. Proiectisq; p̄unis vestis eius illesa inuenta est. et ait. Sicut hoc vestimentum a p̄unis non est lesum: ita corpus meū a mulieris contactu est mundum. Hoc populo aūt adhuc non credente: multis iniurijs affectum ab epatu eiecerunt: vt sci Martini dictū implerē. Tunc sctūs Brictius papā adijt: & vij. annis ibi manens: quod in sanctum Martinum deliquerat penitentia defleuit. Populus autē Justiniānū sibi epm fecit: & ad vbē cōtra Brictium pro obtinendo epatu destinauit. Quo quū tenderet: in ciuitate Vercellensi vitā finiuit: & Armeniū loco eius pp̄s prefecit. Septimo igit anno Brictius authoritate pape rediens sexto miliario a Turonis hospitiū accepit: & eadē nocte Armenius spiritū exhalauit. Qđ Brictius p reuelationē cognoscens: dixit sociis vt surgerent: & ad tumulandum epm Turonensem secum irent. Quūcq; per vnā portā Brictius ciuitatem intraret: per aliam ille mortuus efferebatur. Quo sepulto Brictius sedem suam recuperauit: & sex annis superuiuens laudabilem vitā duxit: & in pace quieuit. xliij. anno epatus sui. Quod aūt purgauit se a crimine falso impositio per p̄unas ardentes in veste illesa delatas: nō fuit fm legē cōmunem: quū hmōi purgatio phibeatur: sed ex speciali instinctu spiritussancti: vt habetur in decretis. ij. q. v. mennaz. et extra de purga. vul. per totum.

De Zenobio epo Florentino. Capitulum. xij.

Lex mundi zenobius pōtifex Florentinus luce diuina illustrat⁹ ecclesiam irradiauit: precipue in Tuscie partibus: sanctitate vite: miraculoꝝ gloria: necnō & doctrina: gemina sciētia preditus: licet opuscula edita minime posteris reliquerit. Hic igit nobilib⁹ parentibus sed gētilibus ort⁹ patre Luciano matre Sophia Florentina duxit originē. Puerilib⁹ aūt annis literis traditus ad totius philosophie apicē acuto ingenio & studio ingenti tēpore breuiori peruenit. Cui progenitores quū puellā pulchrā & nobilē desponsari procurassent: vigesimū etatis sue annū iam attingēti: carnales ipse renuens nuptias: animaz suā vni viro christo desponsauit in fide virginē castam: baptismū ab epo ciuitatis Theodoro humiliter petens et deuote suscipiens. Audientes illud parētes furore repleti cū comitiua suoꝝ pōtificem cōtumeliosis verbis aggrediuntur & minis. Sed adstante zenobio: & iam diuina gratia in eo mirabiliter operante: tanta sermonis suauitas in labijs eius diffusa: vt nō solū consanguinei conceptā indignationem dimitterent: sed & relicto gentilitatis errore & ipsi baptismi sacramēta susciperēt. Zenobi⁹ vero seculi vanitate contēpta totū se diuinis mancipauit obsequijs clericus factus. Episcopo aūt adherens creatus est canonicus ecclie cathedralis. Et de virtute in virtutē mira celeritate pgrediens: in archidiaconū ipsius basilice est assumptus: factus oīb⁹ sanctitatis speculū & religionis exemplum. Erat enī in oratione assiduus: predicationibus deditus: disputationibus hereticoꝝ vt arriano⁊ venena ꝓpulsans: charitate diffusus: liberalis ad pauperes: & omni probitate conspicuus. Transiens aūt beatissimus vir Ambrosius Mediolanensis antistes per Florentiam zenobium ipsum visitās vt virū perfectū & doctissimū sibi intima & familiari quadam dilectione adstrinxit. Nēpe ad vbē deueniens Ambrosius Damaso p̄sului summo zenobij sanctimoniā & sapientiam patefecit. Quāobrez Damasus eū ad se accersiri fecit: & secū manere constituit. Quum aūt quadā die Damasus papa ad ecclesiam sancte Marie trans Tyberim proficisceretur: et cum eo zenobius: oblatum sibi prefecti filiū paralysi dissolutū oratione sua zenobius restituit sanitati. Certis aūt ex causis a summo pontifice Constantinopolim legatus directus: id cuius gratia missus fuerat / fideliter et solerter adimplens / remeauit ad vbem. Interea accidit vt Theodoro epo Florentino de hac luce subtracto: de successore eligendo nō modica controuersia & contentio inter catholicos et hereticos oriretur: propter qđ vt ciuē Damasus zenobium destinauit ad sedandū tumultū. Eo autem appropinquante Florentiā: populus obuiā egressus est eū cum multo honore suscipiens. Quē associātes ad ecclesiam vsq; clamare vna nimiter oēs ceperunt: zenobi⁹ sit noster epūs. Sed hoc oīno recusans onus intelligens: ad eum qui misit illū regressus nunciat se nil agere posse. Magistratus autem & populum solēnes oratores ad Damasum dirigūt: asserentes oēs vnanimes zenobium petere: nec ad alū declinari: obnixis p̄ecibus supplicantes: vt ipm in pastorē suū concedere dignaretur. Restitit primo summus antistes sanctissimū virū do lens a se separandū. Tādem importunis deuictus precibus eraudiuit ad votū: zenobiū instituēs epm Florentinum: et licet inuitū quasi inuitus ipse Florentiam ad exequendum officiū pastorale transmittit. Qui summo cum gaudio & veneratione susceptus introniz atur. Non diminuit sed adauxit indies vir sanctus virtutū opera sancta: gregē suum pascens verbo doctrine & sanctitatis exēplo: predicationibus insistens & audiōtie cōfessionis hereticos rationibus cōfutando: exhortationibus remissos ad bona opera excitando dyscolos & prauos increpādo: pauperib⁹ vltra tenuitatem victus sui oīa largiendo. Carnē domabat abstinētia cibi et potus quantū valetudo permitteret: cilicio tect⁹ sub tunicarieiunijs & vigilijs inherebat. Orationi autē & contēplationi cū Maria intētus: vt apti⁹ eis vacare valeret: cū sanctis viris Eugenio archidiacono suo & Crescentio subdiacono in ecclesia sancti Laurētij: que tunc extra muros prope tī erat: vitam quasi heremiticam seruans manebat.

zenobi⁹ istituit epūs Florentin⁹.

§. I. Ad diuulgandā autem eius miram sanctitatem: & doctrine veritatē cōprobādam: multa miracula per eū adhuc in carne positum dñs operari dignatus est. Plures enī mortuos suscitauit. Nam quū quedam nobilis dña Gallicana ad limina apl̄oꝝ visitanda pergeret: vnicū filiū secū ducēs debilitatū ex itinere: audita sancti viri fama eū cōmendatum sibi fecit vsq; ad reuersionē. Infirmatus autē adolescēs feria secūda post pascha diē clausit extremū: quādo tunc actu beatus zenobius cū clero & populo processionaliter incedebat ad ecclesiam sancti Petri maioris: sicut etiā nunc obseruat. Fertur enī ipm pontificē triduanaz illaz processionē post pascha instituisse ad dei misericordiā implorandaz erga indigne cōmunicantes: & erga deuote sumentes gratiā conseruandam. Sed et mater adolescentis ea die ab vrbe veniēs Florentiā ingressa: percepit filiū suū ad dñm migrasse. Hec autē etsi animo cōsternata: fidei tñ magnanimitate suffulta: defunctum filij cadauer sumi fecit: & copiosa turba eam sequente sibi cōpatiente: accedit ad locum vbi audierat sanctum virū adesse:

Sancti zenobi⁹ plurib⁹ cozuscat miraculis

Que ad eū peruenies: qui iā de ecclesia sancti petri egressus in via que dicit Albizonr cū clero procedebat: cadauer filiū ad pedes sancti deponit: vestes scindit pre dolore: crines diuellit: lachrymis plena clamitat filiū sibi depositum vnicum reddi: nec aliter reuersuras ad suos. Cuius lachrymis sanctus dei permotus: oratione fusa signo crucis super eum expressora mortuis rediuiuū effectū matri sue assignauit: vñ ois cler⁹ ꝛ populus deo gratias agēs immenso gaudio est refectus in fide magis ac magis firmatus. ¶ Alterā vice quū visitaret sanctus quandā ecclesiam prope muros ciuitatis cū clericis suis: cōtigit cadauer cuiusdā adolescētis nobilis deferri ad tumulū per viā illā. Quod quūz sanctus pcepisset: viā voluit declinare ne illis occurreret: Sed illis ad eū festinātibus nequiuit. Ponentesq corpus exanime ad pedes eius: rogabant vt eū suscitare dignaret: iā experti virtutē ei⁹ ad opus illud. Et quū plurimū se excusasset a tāto opere: illis instāter deprecantibus: precibus eoꝝ coactus: virtute orationis illuz a mortuis suscitauit. ¶ Addidit ꝛ tertium suscitare puerū: scz quinq annorum quē prope ecclesiā cathedralē in via publica existentem boues cum curru furētes in ipm irruētes cōtriuerant. Quez mater lachrymosa in lintheo colligens: Eugenio diacono sancti viri attulit: vt ei offerēs suscitari ab ipso deprecaretur qđ ꝛ factū est. ¶ Cecus quidā ad portā tēpli eleemosynam petēs: audita fama miraculoꝝ ei⁹: fide indubia in via ad eum accessit: rogās vt eius misereret. Et qz gētilis erat interrogauit eum beat⁹ zenobius an christian⁹ fieri vellet lumine recepto. Quo annuēte p eo orauit: ꝛ statim visum recepit. ¶ Quēdam puerū a demone obsessum: nam quum ipm febrib⁹ vrentē mater quadraginta vicibus in nocte vocitata ab eo potasset: ꝛ iterum potuz peteret: attediata mater potum obtulit dicēs cū ira. Bibe in nole diaboli. Et extunc demon illū inuasit. Oblatum aūt sancto a vexatione oratione sua liberauit: ex quo infideles erant mater cum filio baptizati sunt. ¶ Cuiusdā nobilis dñe vidue ꝛ gentilis quinq filij erant. Qui adulti effecti matrē ieiunijs ꝛ cōtumelijs afficiebant non raro: vsq etiā ad verbera. Quum autem vna die ipsaz acriter verberassent: irata illa ꝓpluri mum eos maledixit sub his verbis: vt diabolus eos ita raperet ꝙ versi in rabiem dentibus suis brachia sua deuorarent: eos immediate vltio diuina sequuta est. Naz arrepti a demonijs ꝛ in rabiē versi: ceperunt sibipsis corrodere brachia. Quod mater aspiciens lachrymis plena clamitabat adiutorium. Ad cuius clamorē excitati vicini: eos ne sibi ꝛ alijs nocerent catenis alligarunt: demū mater adhuc gētilis ad sanctū dei refugiū habuit: miseriā filiorū exponens. Et facta oratione de mane vsq ad tertiā: demum liberatos a demonijs restituit sanitati: ꝛ eis cū matre post instructionem fidei baptismuz tradidit. ¶ Quum semel eum visitasset Ambrosius Mediolanensis episcopus familiaris ei a iuuentute factus: ꝛ Eugenius diaconus eius infirmus iaceret: audita morte cuiusdam sui attinentis sine anime sue decenti prouisione: pre cōpassione aggrauatus est valde ex languore. Sollicitat zenobiū Ambrosius vt prouidere cauī nō differat. Aquā igit benedixit zenobius quam Eugenio mittēs imperat vt de lecto exurgat: ꝛ super mortuū ad
ūū in qua iacebat pergens effundat: ꝛ cū eo veniēs sine
mora cōspectui suo se representent. Quo facto surrexit qui
Obit⁹ bti ze nobij. mortuus erat: ꝛ simul ante sanctū virū astiterunt: qđ ꝛ multo tēpore postea superuixit. Eugenius vero ad lectum rediens ea infirmitate feliciter in dño obdormiuit. ¶ Postremo plenus dierum ꝛ operibus factis obitum suum prenoscens: cōgregato clero ꝛ populo in ecclesia: decessum suum oibus publicauit: admonēs eos ad charitatē fraternam et mutuā pacem: de suo recessu contristatos spe prestandi eis subsidij in celos ascēdens cōsolatus est. Et inde ad domum reuersus infirmatus sumptis deuotissime eccl'ie sacramentis: psallētibus clericis anno etatis. xc. tpe Innocentij primi pape. Anno. ſ. ab incarnatione. cccc. xiiij. xxv. May. aia illa sanctissima resoluta a corpe penetrauit celestia regna. Sepultus est autem eximio cum honore in ecclesia sancti Laurentij: post mortē etiā non cessans miraculis ecclesiam illustrare. ¶ Anno aūt quinto a die sepulture ei⁹: successor ipsius Andreas corpus sancti transferre disposuit ad ecclesiam cathedralē saluatori intitulatā. Quod vt honorificencius fieret: circūstantibus epīs conuocatis ad hoc pijssimū opus: quū epi pontificalibus induti sacrū corpus ab ecclesia sancti Laurētij ad matricem deferrent: quū essent ante portā scti Joannis baptiste oratorij: qđ est ex parte septētrionali: vbi tunc erat quedā vlmus frondibus sicca qz hyems retrū ex deuotione singulis tangere cupientib⁹ ceciderunt ꝛ feretrū impulsum hincinde in vlmū impegit: cuius tactu subito vlmus ipsa fronduit ꝛ floruit. Demuz in ecclesia deportatū honorabiliter est collocatū: caput tamen a corpore separatum argenteo coopertum populo deuote frequentius ostendit. Ulmus autem ex deuotione per particulas scissa loco eius ad perpetuam rei memoriaz columna marmorea erecta est: cruce etiam de marmore in culmine eius posita que ibi permanet vsq in presentem diem ante prefatam portam ecclesie sancti Joannis.

¶ De Maurilio Andegauen. epo. Capitulum. xiij.

Maurilij⁹ Andegauē sis epus.

¶ Contemporaneus beati Martini: immo ꝛ ab eo in sacerdotiuz promotus fuit: sanctus Maurilius Andegauensis epus de quodā Mediolanensi oppido ex splendidissimis parētib⁹ ort⁹. Hic sacris literis ꝛ liberalib⁹ studijs erudit⁹: a beato Ambrosio fuit in lectorem ordinat⁹: ꝛ in processu tēporis post aliū ordinem a Martino in sacerdotem. Exinde Andegauoꝝ vrbē ingressus: audito ꝙ in villa quadam cui nomē Calomne: erat fanum antiquissimū diuersis idolorum cultibus dedicatū: illuc accessit videnscz humana manu illud dirui nō posse: dūm exorauit vt sua ipse virtute destrueret: qđ ꝛ subito factū est. Nā igne descēdente de celo totū in momento combustū est. In quo loco edificari fecit ecclesiam: ꝛ beato Martino consecrari eādem: vbi bissenis annis habitans: ieiunijs ꝛ orationibus vacans multis virtutib⁹ fulsit. Et inter ceteras. ¶ Pastor quidam percussus a vipera ꝛ in tumorem versus itavt eius cito expectaret interit⁹: ante eū delat⁹ fuit. Super quo facta oratione ꝛ signo crucis cū saliua sua in vulnusculo per qđ vipera virus infuderat impressio: mox per locū illū ofne virus p corpus sparsum eruit: ꝛ sanat⁹ est. ¶ Non longe a dicto vico Calone quidā collis erat diuersorum titulis idolorū decoratus in permicie animarū. Ad eū igit locum cum fidelibus perrexit vt ipm dirueret: at demonia ibi in idolis latentia clamare ceperunt. Quid nos (inquit Maurili hic etiā persequeris? In regionibus istis nullus est locus quo te euadere valeamus. Signo autem crucis per ipm opposito / repente rugitu magno demonia nō sine immenso fetore fugerunt: idolis aūt per ignē in fauillā redactis: ibi honorabile construxit monasteriū. Et quū inibi residētiam sanctus faceret: cōtigit mercatorib⁹ illac trāseuntib⁹ quēdam captū ab eis duci ad vēdenduz eis. Ille aūt prosiliēs intrauit ecclesiā rogans virū dei vt se redimeret. Qui quum ex pietate preciū pro eo dño soluere vellet: non acquieuit ille sed vi eū de ecclesia a socijs extrahi fecit. Orante autē viro sancto ocitissime expirauit dñs ille. Socij autē timētes ne ꝛ eis aliqđ dei iudiciū pariter inuolueret: veniā postulantes instāter supplicabāt pro vita defuncto restituēda. Sanctus aūt metuēs ne illius esset occasio perditionis: prostratus in oratione cū lachrymis / non surrexit donec ꝛ mortuo vitā ꝛ captiuo libertatē acquireret. ¶ Nauigātib⁹ q̄busdā fluuiū ꝛ exorta tēpestate naufragantib⁹: omni spe humana euasionis amissa: virū sanctū in auxiliū inuocantes: facta tranquillitate incolumes euaserunt. ¶ Quū aūt frequenter nunc ecclesias: nūc infirmos visitando circūiret ꝛ debilitate grauat⁹ asello vteret: nocte quadā latro furat⁹ est eū. Sed a demonio arreptus fur vt amēs tota nocte vagabundus illudit. Mane facto ante fores domus beati viri latro cū asello adfuit: cōfessus scelus suum. Et quum fugere niteretur diabolo operāte ne curaret: adiurat⁹ a sancto permansit: ꝛ liberato ꝛ demone ꝛ postea a peccatis absoluto prolabore nocturno quem fuerat passus tres aureos ei dari mādauit: ꝛ sine asello liberum abire permisit.

§. I. Ecclesia autē Andegauensi suo viduata pastore: congregati ad prouidendum sibi de futuro antistite nō conuenere in vnuz: querētibus eis q̄ sua erant: non que Jesu christi. Jis igitur sic dissidētibus nuntiatur superuenisse Martinus Turonēsis archiepus. q̄ oēs eius prestolabanť sniam. Ingressus igitur ad eos ait. Uiri fratres audite ꝛ intēdite consiliū meum. Qui a dño est electus: erit pontifex vester: Maurilius ecclesie Calonnensis presbyter. Qui pari voto in sancti sniam cōuenientes iam eſm nouerant viri virtutes ꝛ merita: accepto archiepi precepto: celerrime de ppria raptum ecclesia: Martini presentie deretur: ad declarādā tāti merita sacerdotis: colūba niueo cādore celitus lapsa: sup caput eius descēdit ac sedit: ꝛ tunc pōtificali iam sede collocatus: trāta gra dñi rutilabat: vt nō mnoza p eum ꝙ per aplos fierēt signa virtutuz: demones abobsessis eijciendo: egrotos sanādo: cecis visum restituendo. ¶ Sed ꝛ aliud in scrō multipliciter mirabile est notandum

dum miraculū: nō vnum sed plura. Eo in basilica missarum
solēnia celebrante: aduenit matrona quedā cū filio morien
te: quē quū ipsa sterilis esset vir sanctus orationibus a dño
impetrarat: cupiens vt antequā puer obiret: sacramentum
chrismatis ab eo susciperet. Remorāte aūt in celebratione
ipso: puer excessit. Expleto autem misse officio: et q̄ absq̄
chrismatis dono puer decesserat cognito: id sue dilationi
deputauit: lachrymis multo tpe irremediabilibus sue cul
pam lugēs inobediēcie. Cui quū nec ista sufficerēt: tādē co
gitauit q̄ inter cōciues tāte negligētie piaculum plene ex
piare nequiret. Tali igitur reperto pōsilio/occulte exinde se
ipsum eripuit: et sanctorū capse reliquias ipsius ecclesie cla
ues secū portauit. Ad portū perueniēs ceteris incognitus
in nauim ascendit: et nauigante eo claues dictarū reliquia
rum a casu de manib⁹ elapse in equore submergūtur. Qui
tūc clamasse fertur. Nisi claues ipsas reuidero: nunq̄ vrbez
repetā quam effugio. Transfretans igit̄ mutato habitu vt
minus nosceret: vni principuz regionis illius adhesit: pro
fessus se hortulanū: vnde ad excolendū hortū suū eū deputauit de labore manuū suarū sustentantē corpusculū. Tantam autē copiā dñs oleribus dabat: vt oībus quib⁹ necesse
erat offerret: nec ipse deficerent: vnde ab oībus amabatur.
Andegauorum ex hoc ecclesia quasi viduata admonentur
cōplures in visione nisi Mauriliū quesitum et inuentuz ad
vrbē reducāt: cito ciuitatē Andegauēsem subruēdā. Quā
obrem de cōi consilio plebis deputant quatuor viri strenui
qui per orbē discurrāt ad eū inueniendum. Quūq̄ diu que
fissent per annos plures: nec quē quererēt per diuersas re
giones inuenirēt: eis iuxta terram in tranquillo mari naui
gantibus: subito magnus piscis e mari emersus in naum
prosilijt: quē capiētes quū euiscerarent: inuenerunt claues
reliquiarū in vētre ipsius. Ea re plurimū admirātes: suspi
cari ceperūt ne sanctus dei naufragium passus submersus
fuisset: vñ et deliberabant ad patriā redire quasi defunctum
existimantes. Sed in somnis admoniti oēs ne redirent: sed
ceptū maturarēt negociū: ex hoc psequētes nauigationez
demū descendētes in terrā: diuina operāte prouidentia: ad
domū venerūt dñi illius qui sanctū p hortulano pcluserat.
Et audientes dñm illū vocare Maurilliū vt olera afferret
de more: aduenientē eū recognouerunt. Qui ad pedes eius
prouoluti sunt: lachrymis multis rogantes vt ciuitati An
degauēsi que nisi reuerterē ruitura erat: misereretur. Ad
quorū fletū quū se negare nō posset: obstupefact⁹ repugna
re cepit obnixus dicens. Voto me adstrinxi et iuramento
nunc̄ ad patriam reuersuruz: donec videre merear claues
quas amisi. Quibus exhibitis ab illis et quō inuenerint de
clarantibus: reuerti disponit. Interea istius negotij circū
quaq̄ peruolitat fama: et vbi peregrinus abiectus et hortu
lanus fuerat. a cunctis certatim veneratur. Vigilijs et ieiu
nijs fatigato ac etiā oratiomb⁹ super reditu suo paululum
obdormiēt: apparuit angel⁹ dñi dicens. Surge Maurilli
et populozuz te requirentiū exequere votū. Ecce enim oues
tibi cōmissas meritis tuis et precib⁹ seruauit dñs: et puerum
tibi reddidit quē quesisti plozans diutius. Quid plura? Re
uertit̄ sanctus cū honore maximo in ciuitatē suaz: et de dñi
iam pmissione securus: ad pueri tumulum pergit: et lachry
mis multis inuocās xp̄m: quū surgit Maurilli⁹ ab oratio
ne: puer a morte. Quē chrismādo ex euentu Renatum eum
vocauit: et diuinis obsequijs mancipatus / Maurillo adhe
rens literis eruditus sacris: tātis meruit florere virtutib⁹
vt post Maurilium pontificalem cathedrā consequeretur.
Omissis miraculis alijs: vir sanctus semper victū pauperē
et aquā breuē et supellectilē habuit vilem. Sane quum san
cte quadragesime dies aduenirent: erat ei per oē illud tp̄s
aridus et vespertinus cibus: die tertia aqua tepida et paruz
salis: ac panis hordeaceus: quē ipse excutiens molebat: pe
dez nō proferebat ullis diebus in publicū: cilitio semp rect⁹
et cinere. Uerūtamen non macie corporis torpebat: nō pal
lor in vultu apparebat: robustus erat corpore. Facies eius
vt rosa rubebat. Obijt aūt anno etatis sue. xc. epatus vero
sui. xxx. Et quum portaretur ad tumulū: ceci ad tactum lo
culum eius tangentes lumen recipere meruerunt.

Renat⁹ Andegauorū p̄sul.

Obit⁹ beati Alexij.

De beato Alexio. Capitulum. xiiij.

ALexius sanctus qui no
ua mundū arte delusit: et de hoste humani ge
neris mirabiliter triumphauit: trāsiuit ex hoc
mūdo ad patrē oīm anno. xx. Innocētij primi: et
imperatorum Arcadij et honorij octauo anno
miraculis coruscās: et q̄ in vita fuerat abiect⁹ et hoibus inco
gnitus. Hic igit̄ eius gesta perstringendo: vt refert Uincē.
spe. hist. li. xix. filius fuit Euphemiani ciuis nobilissimi Ro
mani: vtpote q̄ primus erat in palatio imperatoris: plenus
diuitijs et familia multa seruorum. Et deū timēs cum vxore
sua Egloe operibus misericordie vacabant assidue: necnon
orationibus et ieiunijs. Quum vxor eius sterilis esset: a dño
precibus obtinuerūt ei filiū vnicū dari: quē Alexiū vocaue
runt. Et in morib⁹ sanctis nutriētes: et deinceps ipsi etiaz a
copula cōiugali abstinentes: disciplinis liberalib⁹ eruditen
dum tradiderūt. Et quū adoleuisset: spōsam ei de imperia
li prosapia procurarunt. Celebratisq̄ nuptijs tota ciuitas
gaudio coronat̄. Nempe ingressus Alexius nocte superue
niente in cubiculū ad spōsam suā: eā alloquit̄ ad virginita
tem exhortans: ostēdens hoc gratissimū fore deo et angelis
eius: voluptates autē corporis bzutis similes efficere: et va
nitatē esse q̄ citissime perituram. Hoc ei persuaso ꝓposito:
ei tradidit annulū suum et caput baltheī: vt conseruet quo
usq̄ deo placuerit. Accipiensq̄ de substantia sua quod sibi
visum est: clam de thalamo et de domo recessit: pergēsq̄ ad
mare nauum conscendit: et ad Edessam Syrie ciuitatē pue
nit. Ibi que secū tulerat pauperibus elargitus: veste vilissi
ma circūtectus: cepit in tēplo genitricis dei Marie cum ce
teris pauperibus mēdicare: singulis die⁹ dñicis cōmunio
nem percipiēs: et q̄ sibi superfluebat ali⁹s pauperib⁹ cōfere
bat. Mane autē facto in scōa die nuptiaruz non apparens
Alexius per vrbē totā querit̄: et nō inuēto nuptiaruz leticia
in luctū parētum et tori⁹ familie cōmutat̄. Mittit Euphe
mian⁹ p orbē nuntios ad inquirendū de filio: quoz aliqui
ad Edessam Syrie peruenientes eleemosynā dederūt dño
suo inter pauperes mendicanti nō eum recognoscētes: sed
ipse eos non ignorans gratias deo egit q̄ a seruis suis me
ruisset subsidiuz percipere tēporale. Reuersi vndiq̄ famuli
nullibi eū se inuenisse insinuant. In mestitia igit̄ nō modi
ca permanēt cūcti. Sponsa vero protestat̄ vt turtur amisso
cōpare suo cū socru velle manere: quousq̄ a spōso suo vul
cissimo relaxationē accipiat. Interea quū iam per. xvij. an
nos mendicādo pseuerasset in dicta eccl'ia oratioui deditus
totus: vox ex imagine virginis dicte eccl'ie ad sacristam fa
cta est dicens. Introduc hoiem in domū dei: qz eius oratio
sicut incensum in cōspectu dei ascendit. Qui quuz nesciret
quem hoiem designaret: de Alexio sibi declaratuz fuit. In
troducēs ergo eū: et in magna veneratione eū habens: et di
uulgauit rem gestam: timens autē ipse sibi de surreptione
inanis glorie: qz a cūctis ceperat honorari: inde recessit: vt
in Tarsum Cilicie perduceretur: nauim ascēdit: sed a vento
cōtrario nauis ad portū Ostie pulsa est. Ex illa descendens
et vrbē ingrediēs patri obuiat: eū agnoscens: sed ignotus a
patre: supplicat̄ eidē vt māsiunculam aliquam in domo sua
dignetur concedere ad habitandū: vt eius dñs misereat̄ et
peregini filij sui. Et ille audito filij noie visceribus commo
tus pietatis annuit: et seruis imperat suis vt certum locum
in suo palatio deputent illi: ac necessaria subministrent. In
atrio ergo domus sue iubet ei habitaculum prepararī: vt
ingrediens et exiens videat illum: et de mensa sua ei pro
uideat. Sed serui more seruorum discoli: multas illi irroga
bant iniurias et derisiones domino ignorante: et ipso sine
querela omnia sufferente: et in austeritate magna oratio
ni semper incumbente. Sicq̄ ibi permansit et alijs. xvij. an
nis. Postro suum domino obitum reuelante vt ex diutino
certamine reportaret triumphum: ta seruus chartā postula
uit pugillarem et calamum: et scripsit quis esset et quomodo
recessisset: vbi conuersatus fuerat: et omnia per ordinem
enarrauit: clausaq̄ charta tradidit spiritus superna peten
tem. Dominica vero die post missarum solennia audita est
vox de celis dicens. Uenite ad me omnes qui laboratis et
onerati' estis: et ego reficiam vos. Ex qua voce omnes terri
ti sunt et stupefacti. Facta est secundo vox dicens. Querite
hominem dei vt oret pro Roma. Inquirentes inter se quis
ille esse posset: et cognoscere nō valentes: tertio audierunt.
In domo Euphemiani querite. Et omnes conuersi ad eum,
qui presens erat: et requirentes cur tantam gratiā alijs vel
let occultare: et ipse quoq̄ se nescire professus est. Summo
igitur pōtifice Innocentio cum imperatoribus Arcadio et
Honorio proficiscentibus ad domum Euphemiani: precu
currit ipse ad ornādum domum secundum decentiā eorum.
Unus autez ex seruis qui Alexio attentius ministrabat di
xit Euphemiano. Uide domine ne forte is sit peregrinus
ille quē suscepisti et diu tenuisti in domo tua. Magne esti
patiētie et orationis homo ille est. Qui ad domū perueniēs:
accessit ad cellulam habitationis illius: et inueniens eū de
functum: facie discooperiētis relucentē vidit vt vultū ange
li. Chartamq̄ clausam quā in manibus detinebat volenti
accipere nō dimisit. Superueniētibus ergo papa cū impe
ratoribus: et multitudine maxima plebis: nuntiat Euphe
mianus hoiem dei inuentū: et chartā in manibus tenentem
quā dimittere noluerat. Accedēs summ⁹ antistes ad locum

ubi iacebat sctm corpus: chartas de manibus eius accepit: quā subito dimisit. Et legendā notario cōā omi pplo tradidit. At Eupheminus audiēs filiū nōsari: et animis factus in terrā cecidit. Resumpto aūt spū scindit vestimenta sua: capillos sibi euellit pre dolore immenso: voces miserabiles intonat: lachrymas copiosas effundit: super corpus filij se pijcit. osculari nō desinit dicēs. Heu mihi dñe meus: quare me afflixisti: cur p tot annos aiam meā ptriuisti ꝛc. Sed et genitrix eius hoc audiēs: quasi leena raptis catulis rugiēs lachrymis plena supuenit. Et sil'r vxor post eam: verba que excogitari nō possent in hui? euētu proferens clamosa ꝛ lachrymosa. Mirificauit aūt dñs sanctū suū. Nam ad cōtactū eius ceci vident: infirmi curant: obsessi a demonibus liberantur. Videntes aūt tanta mirabilia ad honorem ꝛ nomen ꝑui profectum: voluerūt ipsi summi rectores talis sarcine esse vectores. Deportatumq; est sacratissimū corpus cuz difficultate non modica propter multitudinem sacras reliquias tangere cupientium: ad ecclesiam sancti Bonifacij: ibiq; honorificentissime cum hymnis ꝛ laudibus recondi tum est. xvij. mensis Julij. Anno domini. cccc.

¶ De sancta Paula nobilissima Romana. Capm. xv.

ANno sequēti scilicet no no Honorij imperatoris: vt ait Sigisbertus: Paula nobilissima sapientissima ꝛ sanctissima mulier migrauit ad christū. Cuius vitam describit Hieron'y. sic incipiens. Si cuncta corporis mei membra verterentur in linguas: ꝛ oēs artus humana voce resonarent: nihil dignum sancte Paule virtutibus dicerem. Nobilis genere: sed nobilior sanctitate potēs quondā diuitijs: sed nūc paupertate insignior: oim Rome matronarū castitatis exēplū fuit. Que ita se gessit: vt nunq; de illa etiā maledicorum quisq; auderet famam contingere. Non appetebat potentes: nec tū superbos ꝛ gloriosa querētes fastidio despiciebat. Pauperes sustentabat: diuites ad benefaciēdū inuitabat. Fugiēdo gl'iaz merebat: que virtutes quasi vmbra sequit: ꝛ appetitores sui deserēs appetit ꝓtemptores. Talis igit stirpe generata iuncta est viro Toxotio: qui ex Enee ꝛ Julioꝝ altissimū sanguinem traxit. Et hec dicim? nō quo habentib? grandia sint: sed quo cōtinentib? mirabilia: hoīes seculi eos qui his pollēt priuilegijs suspiciūt: nos laudamus eos q̄ ꝓpter christū ista despiciunt. Quinq; liberos edidit: Blesillam scz super cui? morte eam Rome cōsolatus sum: Et Paulinā que sanctū virum Pāmachiū ꝛ ꝓpositi ꝛ rerū suarum reliquit heredem: ad quē etiā super obitu eius paruulū edidim? libz. Et Eustochium que nunc in scris locis virginitatis ꝛ ecclesie monile preciosum est. Et Rufinam q̄ immaturo funere puz matris animū cōfirmauit: ꝛ Toxotiū post quē parere desijt. Quis inopū moriēs nō illi? vestibus obuolut? est? Quis clericorum nō eius facultatib? sustentat'? quos curiosissime toto orbe perquirens: dānum putabat si quisq; debilis: aut esuriens cibo sustētaretur alterius? Exspoliabat filios et interobiurgantes ꝓpinquos: maiorē se eis hereditatez christi miam dimittere loquebatur. Nec diu potuit excelsi gñis et nobilissime familie visitationes ꝛ frequentiam sustinere. Epiphaniū ꝑuus Balaminis deinde Lyꝑi epm: que nunc Constantia dr: hospitem aliqñ habuit: ꝛ Paulinum Antiochie epm in alia manentē domo quasi ꝓpriū humanitate possedit. Quorum accēsa virtutib? per momenta patriam deserere cogitauit. Quid plura? Descendit ad portum fratre cognatis affinibus ꝛ liberis prosequentibus: ꝛ matrem pietate vincere cupientibus: paruulus Toxotius supplices manus tendebat in litore. Rufina tam nubilis vt suas expectaret nuptias tacens fletibus obsecrabat. Et tamen illa siccos oculos tendebat in celum: pietatem in filios superans pietate in deum. Nesciebat se matrem: vt christi ꝓbaret ancillam. Sic nauigio mare sulcans multas regiones peragrauit: loca sancta terre promissionis ꝛ Egypti monachos visitauit. Tandē in Bethleem mansura perpetuo per triduum angusto mansit hospitio: donec cellas ꝛ monasteria ꝛ Joseph hospitiū nō inuenerāt. Quū autem primo visitauit dñi presepe: vidit visione quadam imaginaria vel sensibili christum de virgine nasci: angelos collaudantes: magos adorantes: ac si tunc actu illa fierent: vt refert idem Hieronymus in sermone de assumptione/circa principium. Hec (inquit Hiero.) Blesillam habuit matrem: Rogatum per omnes fere Grecias vsq; hodie diuitijs et nobilitate fertur Agamēnonis sanguinē trahere: qui decēnali Troiaz obsidione deleuit. Tāta hec humilitate/ que prima virtus est christianorum/ se deiecit: vt qui prius eam vidisset: cam iam esse nō crederet: sed ancillarum vltimā. Et quū frequētibus virginū chorus cingeretur: ꝛ veste ꝛ voce ꝛ habitu et incessu oīm minima erat. Nunq; post viri mortē: cuz aliquo viro: quis eum sanctū sciret: comedere voluit. Balnea nisi periclitans non adijt. Mollia strata lectuli etiā in grauissima febre non habebat: sed sup humū durissimā stratis ciliciolis quiescebat: si tū quies dicenda sit: qua ingibus pene ossibus dies noctesq; iungebat. Ita lenia pcā plangebat: vt eam grauissimoꝝ criminum reā crederes. Quisq; a nobis crebrius moneretur vt oculis parceret: eosq; euangelice lectioni seruaret: dicebat. Turpanda est facies: quam ꝓta dei preceptum purpurissimo ꝛ cerusa ꝛ stibio sepe depingi. Affligendū corꝑ q̄ multis delitijs vacauerat. Longus risus perpeti fletu compensandus est. Mollia lintea mina ꝛ serico preciosissima asperitate cilitij commutanda. Excedebat modum liberalitas sola: ꝛ vsuras tribuens: vsuram quoq; faciebat. Fateor errorem meū. Cur in largiendo esset profusior: arguebā: ꝛ precauēdū esse dicebam: ne quod libenter faceret: semp facere non posset. sm illud apli. Nō vt alijs sit remissio: vobis autem tribulatio. Que illa mira verecundia in sermone peritissimo dissoluebat dicens: hoc se voti habere vt mendicans moreretur: et nec vnum filie nummum dimitteret: etiam in funere suo in aliena sindone inuolueretur. Hebream linguam: quam ego ab adolescentia multo labore ꝛ sudore didici: discere voluit: ꝛ ꝓsequuta est: ita vt psalmos hebraice caneret: ꝛ sermonem absq; vlla latine lingue proprietate resonaret: quod vsq; hodie in sancta eius filia Eustochio cernim?: que ita matri semper adhesit: eiusq; imperijs obediuit: vt nunq; absq; ea cubaret: procederet vel cibum caperet: et nec vnum nummum sue potestatis haberet. In hoc solo patrie desiderium habuit vt filium/ virum/ nepotem/ renuntiare seculo et christo seruire cognosceret. Quum autem in validissimam egritudinem decidisset: Eustochij filie semper in matre probata pietas: tunc magis ei in omnibus sedulo adsistendo comprobata est. Quib? precibus: quibus lamentis et gemitu interiacentem matrem ꝛ specum dñi discurrebat: ne tanto conturbernio priuaretur: ne illa absente viueret: sed eodē feretro portaretur. Quid plura? Sentiebat prudentissima feminarum adesse mortē: ꝛ quasi ad suos pergeret: alienosq; desereret: illos versus susurrabat. Domine dilexi decorē domus tue ꝛc. ꝛ Quam dilecta tabernacula tua dñe ꝛc. Quum autem interrogaretur a me/ cur taceret: cur respōdere nolleꝛ inclamanti: quid doleret: greco sermone quem nouerat respondit nihil se habere molestie: sed oīa quieta ꝛ tranquilla respicere. Posthec obmutuit: digitūq; ad os tenens signum crucis in labijs pingebat: ipsumq; sudorē quo mortalium vita finitur: in laudes dñi conuertebat. Aderāt Hierosolymorum ꝛ aliarum ciuitatum episcopi: sacerdotumq; et leuitarum ac monachorum carmina diuisis linguis concrepabant. Translataq; feretro episcoporum manibus in medio ecclesie in spelunca saluatoris est posita.

Paule liberi.

Paule obitus.

Titulus. XI. cōtinet gesta centum ꝛ duorum annorum vel circa. s. ab anno dñi. cccc. xviij. vsq; ad annū. cccccxviij. ꝛ de pōtificibus summis. xx. scilicet Bonifacio: Celestino: Xisto: Leone primo/ Hilario/ Simplicio/ Felice scō/ Gelasio/ Anastasio scō/ Symmacho/ Ormisda. Et de imperatoribus in oriente. Theodosio iuniori Martiano/ Leone primo/ Zenone/ ꝛ Anastasio successim. In occidente imperantibus. Valentiniano tertio/ et vsurpatoribus: postea Maximo/ Auito/ Maioriano/ Seuero qui et Seuerianus/ Anthemio/ Oreste/ Odoacro/ Et demū a Zenone factus est rex in Italia Theodoricus: altero alteri succedente. Continet etiam titulus iste de alijs regnis: exortu ꝛ progressu eorum: scz de regno Persarum Bothor: orientalium ꝛ occidentaliū: scz ibi regnantiū: ꝛ illorum regno. Vuandalorū: qui Arriani effecti persequuti sunt ecclesiā in Aphrica. De regno Longobardorū: de regno Francorum: ꝛ sanctis epis ꝛ abbatibus tunc florentibus.

¶ De Bonifacio primo/ ꝛ schismate tunc exorto: ꝛ decem successoribus eius. Capitulum. s.

IN anno dominice incarnationis. cccl. xxx. s. quo cepit Gratianus imperare. Sigisbert? pluriū regnoꝝ cepit contemporalitatē describere: scz Romanorū: Persarū: Francorum: Anglorū: regnum Vuandalorū. regnum Longobardorum: regnum Visigothorum: regnū Ostrogothorum: ꝛ regnum Hunorum. Et de his oībus aliqua notabi-

mus

mus breuiter. Et de regno quidē Romanoꝝ de quo dictuꝫ
est: ꝛ dicendum vsq; ad psens tēpus vita comite: scz annū
dñi millesimū. ccccliij. sic ait Sigisbert⁹ in chronicis suis.
Istud regnum iuxta Danielis interpretationem ex visione
statue habita a Nabuchodonosor: est quarta monarchia et
vltima mundi: signata in tibijs ꝛ pedibus statue ferreis: lu
to tñ mixtis. Sicut essi ferrum comminuit: domat: ꝛ cōte
rit oīa: sic ab origine sui cōtriuit contudit ꝛ domuit oīa pe
ne mūdi regna. Nouissimo vero tpe regnum illud qō in ti
bijs suis ferreis diutissime et firmissime sine aliqua lassitu
dine steterat: tandem ferro sue fortitudinis commixto in pe
dibus cum testa humane imbecillitatis/ex alto sue dñatio
nis gradu cum fragore terribili labare cepit. Hoc regnum
primum per se impleuerunt: qui semper cuꝫ Romano pene
ex equo se habuerūt: modo vero vacillāte reipublice statu
eos vltra ipetere nō timuerūt. ꝛ insup suis finibus mutila
re potuerunt: qñ Juliano apostata cesore et exercitu misera
biliter subiugato: nimis per se fortunati facti sunt ex eo
rum infortunio. Et ita regnuꝫ illud qō tanto tpe oēs pene
mūdi gentes prede ꝛ dñationi habuerat: mō oīpotentia dei
irascente et dupluꝫ in poculo quod ceteris miscuit: cunctis
pene gētibus prede ꝛ ludibrio patuit. Et qui olim pro sola
gl'ia cū ceteris gētibus certabant: modo salutis sue vix sa
tis cōsulere poterāt. Nam quecūq; gentes aut minuēde de
domo multitudinis causa: aut amore exercende sue ferita
tis a patria sua exulabant: Romanorū imperium lacesse
bant: ꝛ de eius latissimo corpore velut partes quasdaꝫ exci
debāt: ꝛ in eis regnādi sibi locū statuebāt. Et qz ex potesta
tibus ecclesiastica ꝛ regali quib⁹ mūdus regitur: potior est
ecclesiastica: vt habetur distin. xcvj. duo sunt. ideo prius de
summis pontificibus tractandum est.

Romāi imperij casus.

§.I. Zozimo de quo dictuꝫ est su-

Bonifacij ꝛ eulalij de pōtificatu dissident.

pra in titu. x. successit in summo pontificatu Bonifaci⁹. xl. a
Petro natiōe Romanus: ꝛ eccl'ie prefuit annis tribus: mē
sibus quinq; diebus. xiij. Cōtra hūc quidā alius ordinatus
est papa noīe Eulali⁹. Quare dissidēte clero iussu Honorij
imperatoris qui adhuc viuebat: Bonifacius q̄ bis ordinat⁹
fuerat in sede ap'lica collocatur. Quumq; mortuo Bonifa
cio petercēt multi Eulalium qui fuerat expulsus reuocarit
non consensit Eulalius Romā reuerti. Et nota q̄ circa hoc
scribit Honorius imperator huic Bonifacio pape: vt habe
tur dist. lxxix. si duo. Si duo forte contra fas temeritate cō
certantium fuerint ordinati: nullum ex eis fieri facerdotem
decernimus: sed illū solū in ap'lica sede permanere cēsemus
quē ex numero clericoꝝ nouа ordinatiōe diuinū iudicium
ꝛ vniuersitatis consensus elegerit. Ubi notat glos. q̄ quum
ad imperatorē non spectet aliquid statuere de electionib⁹
ꝛ alijs rebus eccl'iasticis: hoc fecit rogatu eccl'ie: et ecclesia
illud approbauit. Et vt subdit Gratianus in. §. sequen. hoc
non intelligitur qñ vnus est electⁿ canonice: ꝛ alius postea
de facto creatur: qz primus obtinet: vel sm glo. intelligitur
qñ neuter est electus a duabus partib⁹ cardinaliū vt requi
ritur: qz tunc nullus eorum est papa: vt extra de elec. in fine.
Uel cōsilium conuocabitur quādo scilz dubium est de iure
vtriusq;. Hic Bonifacius etiam decreuit vt nulla mulier
aut monacha pallam sacratam altaris contingeret: aut la
uaret aut incensum ad altare daret. Et vt seruus et obno
xius non ordinetur: scilicet nisi liberatus. Prefuit autē Ro
mane ecclesie anno Honorij imperatoris. x. Ab incarnatio
ne autem domini anno. cccc. xviij.

§.II. Bonifacio de hac luce mi-

Celestinⁱ papa

grante successit in sede Petri Celestinus papa. xlj. natione
Romanus. sedit annis. ix. mensibus. x. diebus. ix. Hic cōsti
tuit vt introitus misse diceretur ex psalmis Dauid: qō ob
seruatur vt plurimū: qō ante nō fiebat: sed dicebaꝫ epistola
Pauli ꝛ euāgelium. Et nō solū introitus: sed etiā gradua
lia seu respōsoria offertoria ante sacrificiū dicerētur ꝛ oratio
nes cum modulatione ad missam in Romana curia cantari
ceperūt. Sub hoc Celestino beatissimo presule Petr⁹ quī
dam epūs in monte Auentino edificauit ecclesiā sancte Sa
bine: ꝛ ipsam Celestinus consecrauit: ꝛ plura corpora san
ctoꝝ posuit ꝛ pcipue Alexādri pape primi. Euentij ꝛ Theo
doli: et sancte Serapie virginis: et sancte Sabine vidue et
martyris: ꝛ nunc est fratrum predicatoꝝ. Ab isto Celestino
papa ad Scotos in christum credētes missus est Palladius
epūs. Post quem ab eodem missus est sanctus Patricius ad
eos genere Brito: filius Conches sororis sancti Martini:
qui ab ipso Celestino archiepūs Scotoꝝ ordinatus: per an
nos. lx. sanctitate insignis ꝛ doctrina excellens totam insu
lam Hybernie ad christum conuertit: de quo infra dicetur.
Hic Celestinus cōtra promouētes ad ordines ꝛ dignitates
laicos ꝛ indignos inuehitur sic dicēs. Debet ante esse disci
pulus quisquis doctor esse desiderat: vt possit docere quod
dedicit. Omnis essi vite institutio hac ad id quo rēdit se ra
tione confirmat. Qui mīme literis operam dederit: prece
ptor esse nō poterit literarū. Qui non per singula stipendia
creuerit: ad meritum stipendij ordinem non poterit perue
nire. Solum sacerdotiū inter ista vilius est: cur facilius tri
buitur: cum difficilius impleatur: dist. lix. ordinatos. Idem
Celestinus dist. lxij. docendus. Docendus est populus: non
sequendus. Nos quoq; si nesciunt eos quid liceat quid ve
nō liceat: commonere/non ijs cōsensum prebere debemus.
Idem. xxv. q. vj. capitu. agnouimus. ait. Salutem homini
admittit: quisquis mortis tempore penitentiam sibi denega
uerit. Et desperauit de misericordia dei: qui eum ad subue
niendum morienti sufficere vel in momento non credidit
posse. Perdidisset latro premium ad christi dexteram pen
dens: si illum vnius hore penitentia non iuuasset. Quum
esset in pena: penituit: et pro vnius iussione sermonis habi
taculum paradisi eo promittente promeruit. Sub hoc Ce
lestino papa vt dicitur in decre. dist. xxv. ca. fertō. sm Bedaꝫ
celebrata est synodus vniuersalis in Epheso temporibus
Theodosij iunioris trecentorum patrum contra Nestorium
Constantinopolitanum epm dicentem beatam Mariam
non dei sed hois tantum esse genitricem: qz ponebat in xpo
duas personas distinctas: scz humanā ꝛ diuinā: vnde here
ticus declaratus est: ꝛ determinatū vnā tm̄ personam esse
in xpo: sed in duabus naturis scz diuina ꝛ humana: et bea
tam virginem matrem dei debere dici. Aliqui tamen dicunt
celebratam sub Xisto papa qui sequitur immediate.

Nota ꝙ eos qui finalem penitentiā asse runt nō pdesse.

Cōsiliū ephesinum ad uersus nestorium.

§.III. In cathedra Petri post

Celestinū sedit Xistus scōs huius nois papa. xlij. Qui na
tione Romanus rexit eccl'iam annis. viij. diebus. xix. Hic a
quodaꝫ Basso patritio falso crimine accusatur: vnde in de
cre. ij. q. v. mandastis. Xistus ipse sic scribit omnibus epis.
Mandastis vt scriberem vobis qualiter hoc iurgium con
tra me suscitatū est: vel a quo: vt vestro adminiculo pellere
tur: ꝛ causa mea firmaret. Scitote ergo me criminari a quo
dam Basso: ꝛ iniuste persequi. Quod audiens Valentinia
nus augustus nostra authoritate synoduꝫ congregari iusſit: ꝛ facto consilio cū magna examinatione satisfeci omni
bus: licet euadere aliter satis potuissem: suspitionem tamē
fugiens coram oībus me purgaui scz a suspitione ꝛ emula
tione liberās. Sed nō alijs q̄ hoc noluerint: aut sponte hoc
elegerint faciendi formā dans. Hec' ibi. Eo igitur purgato
cōtā. lxv. epis: Bassus predictus condēnatus est a synodo
ita tñ vt vltima die viaticū ei non negaret ꝓpter pietatem
ecclesie. Ualentinian⁹ autē augustus cum matre sua Placi
dia sancto furore indignati cōtra Bassum: eum condēnaue
runt exilio relegātes: ꝛ oēs facultates eius catholice eccle
sie attribuerunt. Qui iusto iudicio dei intra tres mēses mo
ritur. Cuius tñ corpus btūs Xistus iniurie immemor: offi
humanitatis studio ꝑditum aromatib⁹: ꝓpꝛijs manibus in
eccl'ia beati Petri honorabiliter sepeliuit. Huius pontifi
cis hortatu Ualentinian⁹ imperator multa donaria eccle
siasticis obtulit ecclesijs: multa renouauit in eccl'ia ap'lorū
Petri ꝛ Pauli que a barbaris fuerāt sublata. Sub isto Xi
sto papa Theodosius imperator Constantinopoli mortuus
est. In decretis. xxiij. q. j. memor. Xistus papa sic ait. Me
mor sum me sub illius noīe presidere: cuius confessio a dño
est glorificata: ꝛ cuius fides nullam hereſim vnq; fouet: sed
oēs quidē hereses destruit. Intelligo aūt mihi aliter nō li
cere: q̄ vt omnes conatus meos ei cause in qua vniuersa
lis ecclesie salus infestatur: impendam.

Xisti pōtificis i Bassuꝫ hostē pi etas.

§.IIII. Imperātibus Martia-

no Constantinopoli: ꝛ Ualentiniano tertio in Italia: post
transitum Xisti pape creatus est Leo huius nois primⁿ na
tione Tuscus: qui Romane ecclesie prefuit annis. xxj. mēse
s. ꝛ diebus. xxix. Hic in declamandis homil. multum valuit:
eloquentissimus in suis sermonibus ep'las decretales. lxx.
scripsit. Ad pp'lm sermones. lxxix. fecit: qui ꝛ pscripti haben
tur: vnde ꝛ sermologus dictus est. Et ob hui⁹ scti viri pru
dentis ingenij ꝛ eloquentie venustatis commendationem
aliqua infra inducūtur ex eius dictis. In canone misse ad
didit. Sanctū sacrificiū/immaculatā hostiam. Hic sancti
tate conspicuus fuit. Et quoties rogabatur ab aliquibus
vt eis aliquoꝝ ap'lorū vel martyrū reliquias daret: consue
uit ad corpora vel ad memorias ap'lorū aut martyrū quorū
reliquie petebantur: missas celebrare in ipsorum honorem.
Sicq; grandeuū altaris. i. corporale quo consecratū corpus
dñi inuoluerat particulatim diuidebat: ꝛ pro reliquijs ap'lo
rum vel martyrū dabat. Unde si ab aliquibus dubitabaꝫ;

Leo papa eius nois primus.

cultello pannos illos pungens sanguinez eliciebat: sic palam cūctis faciens: q̄ etiā consecratione mysteriorū christi sanguis apostolorū ⁊ martyrū qui p illo effusus est: iuuret per diuinā virtutē in pānos illos: ⁊ ideo merito illos dari pro reliquijs sanctorum in quorū honorē consecratī sunt. Hic orationibus suis ⁊ precibus obtinuit vbis pacem: ad Attilam personaliter accedens circa Rauennam positum cum gentibus suis vt egrederetur Italiam: quū ad vrbem Romanā diripiendā ire niteretur Attila ipse. Huius temporibus ⁊ Martiani imperatoris celebrata est quinta synodus celeberrima in Chalcedonensi ciuitate sercētorū et triginta patrū contra Eutichetē abbatem Constātinopolitanum. Qui asserebat christum post humanaz assumptionē nō ex duabus naturis existere: sed solā in eo diuinā naturā prominere: quasi humana in diuinā esset puersa. Condēnata igitur presscripta heresi: statuerunt canones. xxvij. quorum author maxime fuit sanctus Anatholius Constantinopolitanus eps. vt habet di. xvj. ca. sexta. Unde ⁊ Martianus imperator in cōsilio presens ait: vt habet dist. xcvj. nos ad fidē. Nos ad fidē confirmandā: nō ad potentiaz ostendendā exemplo religiosissimi principis Constantini synodo interesse volumus: vt inuenta veritate non vltra multitudo prauis doctrinis attracta discordet: decorum iudicātes capitula eius regulariter potius firmari per synodum q̄ nostra lege sanciri. Hec ibi. Non solum autē Eutiches abbas dānatus est: sed ⁊ defensor ei⁹ Dioscorus quondā Alexandrinus eps. Nestorius q̄ quondaz Constantinopolitanus eps: q̄ in precedenti cōsilio Ephesino fuerat hereticus condēnatus duas asserēs in xp̄o personas: iterum cū alijs hereticis reprobatus est: decretūq; est vt beata Maria mater dñi non solum christotocos: sed etiam ⁊ theotocos credatur ⁊ dicat: propter blasphemias Nestorij mētientis eā non deum sed hoiem purum genuisse. Ad improbandum autem dictos errores hoc miraculum refert Uincen. in spe. histo. lib. xxj. c. xxxv. ex gestis dicti consilij accidisse. Leone essū papa presente disputantibus hereticis cū orthodoxis: dicunt orthodoxi. Scribam⁹ in charta fidē nostram: ⁊ vos heretici in alia vestram: ⁊ ponamus eā cum sigillis nostris super corpus sancte Euphemie: ⁊ firmem⁹ sepulchrū corā imperatore: ⁊ orem⁹ deū nos sm fidē nostrā: vos sm potius perfidiam: vt deus manifestet nobis verā fidem. Quo facto orauerunt orthodoxi: ⁊ ieiunauerunt per septē dies. Post hec aperiūt oēs cū imperatore ad sepulchrū. Qō aperiētes viderunt sanctam in manu tenentē chartam orthodoxorū: et charta hereticorum erat deiecta sub pedib⁹ eius. Opuscula seu epistola ad Flauianum epm destinata scilz de mysterio fidei vsq; ad vnū iota eius est approbata. xv. dist. sancta romana. Hanc credo epl'am esse quam vt legitur ab eo editam posuit super sepulchrū beati Petri apostoli orans ⁊ ieiunās per quadraginta dies: vt si quid in ea esset quod corrigi oporteret: emendaret. Cui apparuit Petrus in capite xl. dierum dicens ei se illā emēdasse vbi erubescebat. Eidem ad sepulchrū beati Petri oranti ⁊ ieiunāti ac vt peccatorū suorum veniā Petrus impetraret petenti: apparuit petr⁹ ipse dicens. Deprecat⁹ sum pro te dñm: ⁊ ola peccata tua tibi dimisit. Solummodo de manus impositione debes inquiri. i. si bene vel aliter alicui manus imposueris. s. conferendo ordines vel beneficia. De quibusdā statutis per eum vt refert Uincen. vbi supra. Quia nō desinit per sordiculas quasdā malignus insidiari pietatis sequacibus: ac semper noui quiddam aduersus veritatem indagat: placuit nullus vsq; edificare posse neq; monasteriū nec oratorium absq; uitatis epi voluntate. In monasterijs non esse suscipiendum seruum ad monachū faciendum preter proprij dñi voluntatē. Nec monachos ecclesiasticis vel secularibus rebus cōicare. Nec licere clericū duarum pariter ciuitatum ecclesijs militare. Clerici vel monachi conspiratores proprium amittāt gradum. Hoc essū vitiū etiam apud extrinsecas leges penitus amputat. Clericū vel laicum qui epm accusat nō suscipi debere: nisi prius eorū estimatio fuerit discussa. Intra tres mēses eporū ordinatiōes fieri debere placuit. Omnē ecclesiā habentē epm etiā oeconomū habere de proprio clero. Oportet vt sit numerosa seueritas sanctionum: vbi est licentia creb⁹ culparū. Hec ibi. ¶ In decretis hec habētur inter cetera eius statuta. di. xiij. c. vlt. Sicut quedam sunt que nulla possunt rōne conuelli: ita multa sunt que aut p necessitate tēporū: aut p psideratiōe etatū oportet tēperari: illa semp cōsideratione seruata: vt in ijs q̄ diuinis preceptis cōtrarium: nec decretis sanctorum patrū inueniatur aduersum. ¶ De continentia clericorum sic ait dist. xxxij. c. j. Omniū sacerdotum tam excellens est electio: vt que in alijs membris ecclesie vacant a culpa: in illis tamen habeantur illicita. Quum essū extra clericorū ordinem constitutis nuptiarū societati ⁊ procreandorū filiorum studere sit liberū: ad exhibendum tamē perfecte p mētie puritatem: nec subdiaconib⁹ carnale cōnubiū cōceditur: vt qui habēt sint tanq̄ non habētes. i. nō vtant: imo ⁊ qui non habent pmaneāt singulares. i. contineant. In dist. xxxvij. Leo papa. Si in laicis intolerabilis videtur in scitia quātomagis in ijs q̄ presunt / nec excusatione digna est nec venia? Idē de correctionis modo: dist. xlv. licet. ij. Licet nō nunq̄ in sacerdotalib⁹ psonis accidāt q̄ sunt reprehēdenda plus tū erga corrigendos agat benevolentia q̄ seueritas: plus charitas q̄ prās: plus cohortatio q̄ cōminatio. Sed ab ijs qui que sua sunt querūt: non q̄ Jesu christi: facile ab hac lege discedit⁹: ⁊ dum dñari magis q̄ cōsulere subditis placet: honor instar superbiam: ⁊ qō prouisum est ad concordiā: tendit ad norā. Idem contra cupiditatem dist. xlvij. virū. Uirū catholicum ⁊ precipue dñi sacerdotē sicut nullo errore implicari: sic nulla cupiditate violari oportet: dicēte scriptura. Post concupiscentias tuas ne eas. Abens enim potentie auida nec abstinere, nouit a vetitis: nec gaudere concessis: nec pietati adhibere consensum. ¶ De indebitis promotionibus idē air. dist. lxj. miramur. Miramur tantum apud vos p occasionē tpis impacati: aut ambitiū presumptionē aut tumultū valuisse populare: vt indignis q̄busq; ⁊ longe extra sacerdotale meritum constitutis: pastorale fastigiū ⁊ gubernatio ecclesie crederetur. Nec est hoc consulere pplo: sed nocere: nō prestare regimē: sed augere discrimē. Integritas essū presidentiū salus est subditorum et vbi incolumitas est obedientie: ibi est sana forma doctrine. Et infra. Qō si in quibuslibet eccl'ie gradibus prudenter scienter q̄ curandū est: vt in domo dñi nihil inordinatum sit: nihilq; preposterū: q̄ tomagis elaborandū est: vt in electione eius q̄ sup oēs gradus cōstituit / nō erret? Nā tot ius familie dñi status ⁊ ordo nutabit: si qō requiritur in corpore: nō inueniat in capite. Ubi est illa beati Pauli apl'i per spm̄ dei emissa preceptio: qua in persona Thimotei oim sacerdotuz christi numer⁹ eruditur: ⁊ inde vnicuiq; nostrū dicit. Manū cito nemini imposueris: neq; cōices de peccatis alienis. Quid est essū man⁹ cito imponere: nisi ante etatem maturitatis / ante tps examinis / ante meritū obedientie / ante experientiā discipline sacerdotalē honorē tribuere nō probatis? Et quid est cōicare pctis alienis: nisi talē effici volūtatem: qualis est qui nō meruit ordinari? Sicut essū sibi boni operis cōparat fructuz: qui rectū tenet in eligēdo sacerdotale iudiciū: ita graui semetipm afficit dāno: qui ad sue dignitatis collegium sublimat indignum. Non essū in cuiusq; psona pretermittendū est: qō institutis generalib⁹ cōtinet. Nec putādus est ordo ille legitimus: qui p̄tra diuine legis fuerit precepta collat⁹. Et infra. Nec potest de eius promotione dubitari / cui p laborib⁹ multis / p moribus castis: pro actibus strenuis / celsioris loci premiū deberur. Idem. eo. c. statuim⁹. Statuim⁹ ne ijs regēda eccl'ia dñi credat: qui institutionū legitimarum nescij / ⁊ totius humilitatis ignari, non ab infimis sumere incrementum: sed a summis voluerint habere principium: quum valde iniquū sit absurdumq; vt imperiti magistris: noui antiquis: rudes preferant emeritis. Idem in penitentia circa infirmos. xxvj. q. vj. his qui ait. His qui in tempore necessitatis et in periculi vrgentis instantia presidium penitentie et modum reconciliationis implorant: nec satisfactio interdicenda est: nec reconciliatio denegāda: q̄ misericordie dei nec mēsuras ponere possumus: nec tpa definire: apud quem nullas patitur venire moras cōuersio: dicēte spū dei per pphetā. Quū conuersus ingemueris saluus eris. Et. xxvj. q. vij. c. ij. ait. Tempora penitudinis habita moderatione constituēda sunt tuo iudicio prout puersoz animos perspexeris esse deuotos: pariter ⁊ habētes etatis sensus intuitū ⁊ periculoz⁹ quoruncunq; et egritudinum respicientes necessitates ⁊c. Idez de pnia dist. v. qualitas. Qualitas lucri negotiantem aut excusat aut arguit: q̄ est honest⁹ q̄st⁹ ⁊ turpis. Uerūtū penitēti vtili⁹ est dispēdia pati: q̄ piculis negotiationis adstrigi. Difficile est aūt iter vēdēt⁹ emētisq; pmerciū nō iteruenire pctm̄. Et illicitoz venia postulāt⁹ opz ēt a licitis abstinere. Hec ille. Celebrat aūt hui⁹ sancti festū in vigilia apl'oz Petri ⁊ Pauli.

Eutiches ⁊ dioscor⁹ heretici.

Nestorius.

Miraculū ad reprobādā heresim.

§. V. Post Leonem primū eccle

siā romanā regēdā suscepit Hilari⁹ natiōe sard⁹ i catalogo romanoz pōtificū. xliij. Sedit aūt ānis sex mēsib⁹. ij. dieb⁹ x. Hic decretales p vniuersū sparsit orbē de catholica: p̄fir Dānauitq; eutychetē nestoriū ⁊ Dioscoruz⁹ oēsq; eoz sectces. Multa romanis restituit ecclesijs. Hic Hilari⁹ sic ait. xxv. q. j. Nulli. Nulli fas sit sine stat⁹ sui piculo vel diuinas cōstitutiones:

rutiones: vel aplice sedis, decreta temerare: q nos qui potentissimi sacerdotis administramus officia: aliū trāsgressionum culpa respiciet: si in causis dei fuerimus negligentes inuēti: q memineri mus (qō timere debemus) qualiter ꝓmineatur deus negligētie sacerdotū: siquidē maiori reatu delinquit: qui potiori honore fruitur: & grauiora facit vitia pctō sublimitas peccantium. Eo tpe beatus Mamercus venerabilis doctor Uiēnensis epūs claruit: qui vt ait Jo. de col. letanias triduanas ante ascensionez celebrari instituit in partibus Gallicanis. Huius causa fuit: quia apud Uiennam maxima terremotus tunc facti sunt: qui plurimas domos & ecclesias subuertebāt: nocturni sonitus & clamores audiebantur. In die pasche ignis de celo descendens palatiuz regis concremauit: lupi & alie fere ciuitatem intrantes et discurrentes plurimos deuorabant: propter que sanctus Mamertus triduanum ieiunium instituit & letanias dicendas: & sic tribulatio illa cōquieuit: q institutio postea assumpta est ab omni ecclesia & mandata: vt patet de conse. distin. iij. cap. rogationes. Hunc autem Mamercum qui et Claudianus cognominatus: Sidonius Auernorum epūs et valde literatus mirabiliter commendat: dicēs. Nemo vt Claudian? qui librum de statu anime scripsit: tempore meo que voluit affimare sic valuit. Sentit vt Pythagoras: diuidit vt Socrates: explicat vt Plato: implicat vt Aristoteles: blanditur vt Eschines: irascitur vt demostenes: vernat vt Hortensius: moratur vt Sabius: Simulat vt Crassus: dissimulat vt Cesar: suadet vt Cato: dissuadet vt Appius: persuadet vt Tullius. Jam si ad sacrosanctos patres ꝓ comparatione veniatur: instruit vt Hieronymus: destruit vt Lactantius: astruit vt Augustinus: attollitur vt Hilarius: submittit vt Joannes: corrigit vt Basilius: consolatur vt Gregorius Nazanzenus: affluit vt Orosius: stringitur vt Rufinus: vt Eusebius narrat: vt Paulinus prouocat: vt Ambrosius perseuerat. Hec ille.

Beat? mamercus epūs viēnēs. Suppli cationū ds roga tiones appellant institutio

§. VI. Quadragesimusquintus

Simplici? papa

in Romana sede Hilario defuncto intronizatus fuit Simplicius natione Tyburtin?. Qui eam tenuit annis. xv. mense. ſ. diebus. viij. Hic damnauit Petrum Eutychianistam Constantinopolitanum episcopum: multaq; sancta in ecclesia constituit: vt dicit Jo. de col. ¶ Ei autem successit in pontificio Felix. xlvſ. qui natione Roman? sedit annis. vij. mensibus. xſ. diebus. xviij. Et fuit tempore Odoacri regis Italie: & zenonis imperatoris. Sub huius autem pontificatu ab vrbe regia Constantinopolitana Petrum prefatū: quem apostolica sedes damnauerat: reuocatum aiunt ab Achatio episcopo qui eidem Petro in Constantinopolitana sede fuerat substitut?. Quo audito: vt refert Jo. de col. venerabilis Felix papa Rome congregato consilio damnauit ac depositi Achatium cum Petro. Quo damnato zeno imperator scripsit Felici pape: vt si Achatius penitens resiliret ab errore reciperetur. Tunc beatus pontifex misit duos sup hoc scz. Messenuz epm & Vitalē quendam. Ji venientes Constantinopolim non fecerunt ſm mandatū sum mi pontificis qui eos destinauerat: sed corrupti pecunia nō processerunt in facto. Quod quum Felix comperisset: facto consilio illos reuocauit: & eiecit a communione fidelium.

Felix papa.

§. VII. Post Felicem quadra-

Belasi? papa.

gesimusseptimus Romanā rexit ecclesiam Belasius natione Apher annis quatuor: mensibus octo: diebus nouem. Hic sctūs homo fuit amator pauperū: atq; ipsam vrbem a famis periculo sua munificentia liberauit. Literatissimus extitit & facundissimus: vt ex suis decretalib? apparet: sollicitus circa scripturaruz indagationē. Ipse scripsit libros quinq; aduersus Eutichetem & Nestoriū. Et aduersus Arrium duos. Et epl̄as fidei ad diuersos. Composuit etiam hymnos in modū beati Ambrosij aliquos: & prefationes et cōplures orationes que sunt in vsu. Hic declarauit scripturas vereres & noui testamēti: que scripture vltra decreta & decretales epl̄as summoz pontificū essent autētice: & quorum doctorum & que essent apocriphe. i. dubie: & que reprobate: vt patet dist. xv. sancta romana. Et que legenda essent de scripturis sacris in lectionibus matutinalibus diuersis temporibus anni. Hic sic ait dist̄inct. x. in decre. quis. Quis aut leges principuz: aut patrū regulas: aut admonitiones paternas dicat debere contēni: nisi qui per impunitum sibi tantū existimat transire cōmissum? Ipse Theodorico regi Italie cuius tpe fuit. c. sequē. Certum est magnificentiam vestrā leges Romanorū principum quas in negotijs hoim custodiendas esse precepit: multomagis circa reuerentiaz beati Petri apl̄i ꝓ sue felicitatis augmento velle seruari. Idem. ſ. q. ſ. baptizandis. Baptizādis cōsignandisq; fidelibus sacerdotes premia nulla prefigāt: nec illationib? q̄buslibet impositis exagitare cupiāt renascētes: qm̄ que gratis accepim? gratis dare mādamur: & ideo nihil a p̄dictis exigere mollianē. Idē dist. xciij. diacones. Diacones proprias cōstituimus seruare mēsuras. Absq; epo vel presbytero baptizare nō audeāt: nisi predictis ordinib? fortasse longius constitutis necessitas extrema compellat: qō etiā laicis plerūq; facere cōceditur. Sacri corporis erogationē sub conspectu epi seu presbyteri: nisi ijs absentib? ius nō habeant exercendi. Idem Anastasio imperatori qui fuit tpe illo. di. xcvſ. duo sunt. Duo sunt quippe imperator Auguste: quib? principaliter regitur hic mundus. Authoritas sacra pontificum & regalis ptās. In quibus tanto est grauius pondus sacerdotū: quāto etiā ꝓ ipsis reginib? hoim in diuino sunt reddituri examine rationē. Nosti itaq; iter hec ex illo te pendere iudicio: nō vllos ad tuam posse redigere voluntatē. Et ad hoc inducit exemplū Jnnocētij pape qui excōicauit Archadiū imperatorē: & scti Ambrosij qui excōicauit Theodosiū magnū. Idem Belasi?. dist. lxxxviij. consequens sic ait. Nuper ad nos missa relatio nūtiauit nō pretereūda plurimos clericorum negotiationibus inhonestis et lucris turpibus inhiare: nullo pudore recensentes euangelicā lectionē: qua ipse oīs negotiatores ex tēplo verberatos asseritur expulisse: neq; apl̄i verba recolentes quib? ait. Nemo militans deo implicat se negotijs secularibus. Psalmistam quoq; Dauid surda dissimulantes aure cantantē. Offi non cognoui negotiationem: introibo in potētias oñi. Proinde hmōi aut ab indignis posthac questib? nouerint abstinendū: & ab oñi cuilibet negotiatiōis ingenio cupiditateq; cessandū: aut in quocūq; gradu sint positi: mox a clericalibus officijs coganē abstinere: ne domus dei: que domus oratoris est: per officia negotiationis fiat spelunca latronum.

§. VIII. Beato Belasio ad pa-

Anastasi? papa

tres eunte: creatus est papa Anastasius secundus natione Roman?: & in ordine. xlviij. Qui sedit anno vno: mensibus xſ. diebus. xxiiij. Quo tpe multi ex clero a cōione illi? se subtraxerūt: eo q cōmunicasset sine consilio eōrum Photino diacono Thessalonicensi: qui Achatio heretico fauebat. Unde q; voluit occulte reuocare Achatium scilz ad dignitatem: sed non potuit: diuino iudicio percussus. est. dist̄. xix. Anastasius. Ubi dicit glos. q̄ asellando iste intestina emisit. Et decretalis eius destinata Anastasio imperatori que incipit: ſm ecclesie: distin. ea. vt dicit glo. est reprobata cum suo author: q; in ea videtur dicere q̄ ordinati ab heretico vt qui fuerant ordinati ab illo Archadio heretico: sine alia dispensatione exequi possent officia ordinum suoz: qō falsum est. ¶ Post Anastasium assumptus est ad summum sacerdotiū Symmachus. xlix. papa: natione Sardus: qui cathedram tenuit annis. xv. & mensib?. vij. diebus. xxviij. Hic dici constituit in diebus oñicis & festiuis: Gloria in excelsis deo. Oō Thelesphorus papa prius ordinauerat tm̄ in die natalis dici. In ordinatione autem istius Symmachi Rome tantū schisma orū est inter clerum: vt cedes non solum laico z sed clerico z facta sit. Nam in basilica cōstantiniana sancti Joānis lateranēsis iste Symmachus ordinatus est Laurentius vero in eccl'ia sancte Marie maioris fact? est papa: vel potius antipapa: quare separatus est clerus: diuisus est populus. Senatorū etiam alij fauebant Symmacho: alij Laurentio. Post multā controuersiā (vt dicit Jo. de col.) in hoc ꝓsenserūt vt sup hoc Rauennā pergerent: et regis Theodorici qui tūc regnabat in Italia: & ex Bothis descenderat: iudiciū expectarent. Qui quum ambo Rauennam venissent: hanc a rege sniam acceperunt: vt qui primo ordinatus fuisset: & in quem maior pars cōsensisset: ipse verus pontifex haberet. Unde ex hac sententia Symmachus summū obtinuit presulatū. Qui nolēs malū ꝓ malo reddere: dictum Laurentiū in Nucerina ciuitate ordinauit epm. Sed trāsactis quatuor annis: iterū Laurentius ad aliquorum suggestionē romā veniēs schisma renouauit: adherentibus sibi Festo et Probino consulibus: qui aduersus Faustum excōsulē qui Symmachū & eccl'iaz ꝓtegebat: bella in seditiones excitarunt: adeo vt cedes et homicida in medio ciuitatis fierent: adeoq; diuisus est clerus vt alij Symmacho: alij Laurentio cōicarent. Jnsuper Festus & Probinus subornatis falsis testib? miserūt Rauennam ad Theodoricū regē cōtra Symmachū petentes vt rex visitatorē daret sedi apl̄ice. Ad quoz suggestionē/rex dedit quēdam Petrū noie Altine ciuitatis episcopū cōtra canones. Et vt dicitur in decre. di. xvij. §. hinc etiam. Theodoricus rex ex diuersis puinctis ad vrbē Romanā epis precepit conuenire: vt sanctū consiliū iudicaret de ijs q̄ venerabili Symmacho apostolice sedis presuli ab aduersarijs eius dicebantur impin-

Symmachi & laurētij ob sum mū pontificiuz graue diſſidiū

gi. Ligurie autē ⁊ Aemilie seu venetiarū epi suggesserunt eum qui dicebatur impetitus debere synodum conuocare: scientes q eius sedi primum beati Petri apostoli meritus: deinde sequuta iussione domini consiliorum venerandorum authoritas singularem in ecclesijs tradidit potestatem nec antedicte sedis antistitem minorum subiacuisse iudicio. Ad hec serenissimus rex deo inspirante respōdit synodalis esse arbitrij in tanto negotio sequenda perscribere: nec aliquid ad se preter reuerentiam de ecclesiasticis negotijs pertinere: cōmittens etiam potestati pontificum vt siue proposi tum vellent audire negotium siue nollent quod magis vti le putarent/deliberarent: dummodo venerandi prouisione consilij pax in ciuitate Romana daretur. Episcopi vero in synodo residentes congregata authoritate eiusdem Symmachi dixerunt. Symmachus papa apostolice sedis presul ab huiusmodi oppositionibus impetitus: quantum ad homines respicit/sit immunis ⁊ liber: cuius causam totaz dei iudicio reseruamus. De clericis vero memorati pape qui ab episcopo suo ante tempus contra regulas discesserunt: ⁊ schisma fecerunt: hoc fieri decreuimus: vt satisfacientes episcopo suo misericordiam consequantur: et officijs ecclesiasticis se gaudeant restitui. Laurentius episcopus Mediolanensis huic statuto subscripsit. Deinde Petrus episcopus Rauennas: et post eum septuaginta quinq episcopi. Hec ibi. Et dicit ibi glos. q calumnioſe fuerat accusatus de hereſi. Et vt dicit Joannes de col'. Petrus visitator factus inuasor apostolice sedis simul cum Laurentio antipapa fuit damnatus: ⁊ Symmachus ab omni clero vt verus pontifex receptus. ¶ Apud Chartaginem tempore Symmachi Olimpium quēdam epm Arrianum in balneis sanctam trinitatem blasphemantem tribus igneis iaculis angelo emittente visibiliter ferunt combustum. ¶ Cōstantinopoli vero dum quidam epūs Arrian⁹ Eutherus nomine: Barabbam quendam baptizaret: ⁊ male distinguens trinitatem diceret. Baptizo te Barabba in noīe patris p filium in spiritusancto: subito aqua disparuit. ¶ Eo tēpore quus Trasimundus, Uuandalorum rex in Aphrica Arrianus ducētos nonaginta episcopos catholicos exiliasset: iter quos fuit Fulgentius episcopus doctor egregius: ergs eos manum sue liberalitatis benuole exercuit in Sardinia subueniendo Symmachus papa. Refert autem Gregorius in quarto dialogorum q Pascasius diaconus vir multum peritus ⁊ eleemosynis valde deditus ⁊ sanctimonie adeo vt mortuum in feretro collatum in ecclesia Dalmatica indutum: quum quidam demoniacus tetigisset liberatus est: qz nimis adhesit parti Laurentij: arbitratus ipsuz potius papam existere: post mortem inuentus est a sancto Germano episcopo Capuano quum ad Balneas propter infirmitatem accessisset: ibi deseruire anima scilicet eius in corpore aereo purgatorij penā sustinēdo: causam explicans esse predictam sue pene: petens orationibus eius adiuuari. Quo facto quia ibi amplius nō est repertus: creditur liberatus. Hic Symmachus eloquētissimus fuit vt paret ex eius decretis que multa sunt. Et dist. xl. c. f. ipse sic ait. Nō nos beatum Petrum sicut dicitis: a dño cum sedis priuilegio: vel successores eius peccandi licentiam iudicamus suscepisse. Ille perennem meritorum dotem cum hereditate innocentie trāsmisit ad posteros. Quod illi cōcessum est per actuū lucem: ad illos pertinet per quos conuersationis splendor illustrat. Quis sanctū esse dubitet quē apex tante dignitatis attollit? In quo si bona desunt acquisita per merita: sufficiunt: que a loci predecessore testantur. Aut esū claros ad hec fastigia erigit: aut qui eriguntur illustrat. Hic etiā consilium fecit in vrbe in quo sic ait: vt habetur distin. xcvj. c. f. Bene quidē fraternitas vestra legibus ecclesiasticis assueta sub diuini timore iudicij: que erant statuenda definiuit ⁊ ad iustitie cumulum peruenit: quum sufficienter vniuersa complectitur: nec adiectione indiget plenitudo: maxime de clericis quos amor diuinationis inuasit: ⁊ iugum ecclesiastice discipline fecit respuere: quorum excessus enarrare difficile est. Unum tamen quod occurrit venerando ordini nostro intimare non differo. Inter alia scripturam quandam illustris memorie Basilium quasi pro amore ecclesiastice substantie refero: in qua nullus Romane ecclesie inuenitur: ibi glo. Infirmato Symmacho papa grauiter quum timeret Symmachus ne si mortis eius casus occurreret: propter strepitus hereticorum vel aliorum iterū fieret schisma: persuasit Basilio patricio qui locum tenebat Rome regis Italie Odoacri: vt faceret constitutionem: q electio pape sine consultatione ipsius Basilij non fieret: q nulli liceret alienare immobilia ecclesiarum: ⁊ res sacras earum: quod totum Basilius fecit. Sed per consilium ista constitutio reuocatur hic: ⁊ allegatur ratio per cōsilium in dicto ca. bene. scz quia non licuit laicis: nec licet statuēdi in ecclesia preter papam Romanum habere aliquam potestatem quos scz laicos obsequendi manet necessitas. non authoritas imperandi. Et sic determinatum fuit illam constitutionem seu scripturam nullius esse momenti: cuius pia fuerit facta intentione. Et hoc vt dicitur in fine dicti ca. ne in exēplum remaneret presumendi quibuslibet laicis: q̄uis religiosis vel potentib⁹ in quacūq ciuitate quolibet mō aliq̄s discerneret de ecclesiasticis facultatibus: quarum solis sacerdotibus disponendi indiscusse a deo cura commissa est.

In magnā Arriano⁹ cōfusionem miracula duo.

§. IX. Ormisda post trāsitum

Ormisda papa

Symmachi cathedrā Petri ascēdit papa. l. natione Campanus: anno dñi. ccccc xvij. q̄ in ea sedit annis. ix. diebus. xvij. Hic audiēs Anastasium impatorē in Eutychianā heresim esse plapsus: vt refert Jo. de col'. misit Euodiū Ticinensem epm ⁊ Peregrinum messensem legatos Constantinopolim ad ipsum cum libello fidei orthodoxe quā cōfiteretur. Cui cōsentire noluit imperator: sz illos pecunia conatus est corrumpere ⁊ donarijs. Legati vero aplice sedis spretis eius muneribus: imperatori Anastasio suadebāt vt admonitionē catholice eccl'ie reciperet: ⁊ ne tantū imperiū hereſis labe macularet. At Anastasius furore repletus ptra Ormisdā papā: inter alia q̄ illi supbe scripsit: b supbe in l'is suis posuit. Nos iubere volumus alijs: non nobis iuberi. Insuper legatos cū contumelia a cōspectu suo eiecit: ⁊ illos in nauiculo fragili positos mādauit magistratib⁹ qui illos cōducebāt: ne in aliquā vrbū grecie illos exponerēt: ⁊ ne epl'as summi presulis quas ecclesijs orientalibus destinauerat/publicarent. Sed nō multo post idem Anastasius dei iudicio iusto fulminis ictu interijt. Ad Justinū seniorem succedentes in imperio Anastasio prefato: Ormisda misit legatū sanctum Germanuz epm Capuane ciuitatis cum multis alijs causa redintegrāde fidei: q̄ honorifice susceptus est ⁊ magno gaudio: ⁊ multorū corda dubia in fide solidauit: ad petitionēq̄ eius oēs quos Anastasius ob catholicam fidem exilio relegauerat: ab eo reuocauit. Hic sicait de ordinādis. dist. lxj. in sacerdotibus. In sacerdotibus eligendis vel ordinādis curam oportet habere perspicuā. Irreprehēsibiles esū esse conuenit: quos preesse necesse esse corrigendis longa debet suā vitā probatione monstrare. cui gubernacula cōmittuntur ecclesie. Nō negamus in laicis esse deo placitos mores sed milites suos probatos sibi querunt instituta fidelium. Discere prius quisq̄ debet anteqū doceat: ⁊ exemplum religiose conuersationis de se potius alijs prestare q̄ sumere. Emendationem esse conuenit populo: quē necesse est orare pro populo. Perferens memorandi criminis labem nō habet lucidam sacerdotij dignitatem. Secundum alios hic Ormisda tenuit pontificatum annis quatuor.

Anastasius ipe rator papa cō tumax.

¶ De Theodosio iuniore imperante cū Honorio. Cap. ij.

Post summos pontifices

Anastasius ipe rator papa cō tumax.

notatos: qui vsq ad tēpus Joā. primi in cathedra Petri resederunt: reuertendo ad romanū imperium: de quo intenditur magis q̄ de alijs regnis ⁊ in eo imperantibus. Defuncto Honorio imperatore: qui sororem suam Placidiam Constantio comiti suo dedit vxorem: qui multa strenue pro Romano imperio egerat. Nam Attalum qui regnum seu imperium Rome vsurpauerat: sed mox dimisso Gothis adherat et tyrānidem in Gallis auxilio Gothor⁹ ptra Romanū imperiū exercebat: p̄fatus Cōstāti⁹ in bellū ptra illū pcedēs cepit: ⁊ ad Honoriū misit. Qui Honorius imperator Romam triūphās ingredit: peunte currū eius dicto Attalo: q̄ manu abscissa: in exiliū Liparā destinat. Hic etiā Cōstanti⁹ vicarius in vrbe multa p fide christiana ptra Pelagianos egit. Ex predicta autem Placidia sorore Honorij / filium suscepit nomine Valentinianum tertium huius nominis imperatorem. Exinde Honorius prefatum Constantium in consortium regni assumit. Qui Constantius quum Tholosam redisset: vt iteruz sibi eam subiugaret: immatura morte ibi decessit. ¶ Theodosius autem iunior mortuo patre eius Archadio in oriente imperat cū Honorio auunculo suo qui in occidente erat. Hic Theodosius post mortem Honorij/solus tribus annis imperauit: ⁊ postea cū Valentiniano tertio cui imperium in occidente dedit ⁊ matri sue Placidie: ⁊ ad Italiā eos misit: impauit annis. xxiiij. Hic corpus Joā. baptiste ex Philippis exiliati a patre Arcadio Constantinopolim transferri fecit honorifice. Hic adeo clemens fuit: vt nullum se ledē tium morti adiudicaret: dicens. Utinam esset possibile etiā mortuos ad vitam reuocare. Eius curia monasterium videbatur. Matutinas laudes audiebat: codices sacros legebat.

Preclara Constātij facinora.

Theodosius iunior imperator

Ormisda papa

Theodosius iunior imperator

De his codicibus fit mentio in prohemio codicis

gebat. Uxor eius Eudoxia vt doctissima poemata plura cō posuit. Filiam habuerunt noie etiam Eudoxiam: quā Valentiniani prefato vxorem dederunt. Hic etiā codicē librum legum edidit ex cōstitutionibus antiquoꝝ principū in tres codices redactis: scilicet Hermogeniano: Theodosianoꝝ Gregorianoꝝ et aliis constitutionibus extrauagantibus: vt ait Prosper. Defuncto autem Honorio postea vno et trigin ta annis imperauerat: quidā Joannes tyrannus Italie inuasit imperiū: Castino vt putatur iubēte: qui exercitui prerat magister militum. Sed Theodosius iunior nepos Honorij nauigio cōtra hūc in Italiā mittēs Ardabarium: qui sepe cōtra Parthos dimicauerat. principē exercitus Joannē tyrannū intra Rauennā nihil hostile metuentē in fugā vertit. Qui Joānes tyrānus dum Aphricā quā Bonifacius obtinebat bello reposcit: infirmior factus occiditur. Eo igitur defuncto: et Castino in exiliū misso: qz nō videbat. Joannes sine comitiua ipsius regnum potuisse presumere: cogitabat Theodosius Augustus cui regnum Italie deberet cōmittere. Erat quidā Valentinianus tunc puer natus ex Placidia filia magni Theodosij et sorore Honorij et vxore Cōstantij ab ipso Honorio facti augusti. Hunc ergo Valentinianū Theodosius iunior assumens coronauit et ipm cum matre sua Placidia ad Italiā destinauit: illūq; imperatorem et matrē augustam designauit anno dñi. cccc. xxvij. Ab initio aūt mūdi q̄nquies millesimo. dc. xxv. fm. lxx. Aduersus aūt Bonifacium missum ab Honorio imperatore cōtra barbaros: sed ex inuidia et simulate contra Aetium se imperio rebellantē: apud Aphricā gloria et potētia pollentē/mittuntur Maiorctus et Galbio qui dum Bonifaciū obsidere parant: ab ipso superant et occiduntur. Rursus contra Bonifacium mittitur Bisulphus comes. Sed Bonifacius sentiens se totā Aphricā tenere non posse: Uuandalorū et Alanorū gētes cū eoꝝ rege Genserico ab Hispanijs in Aphricam intromittit. Qui Aphricam ingressi cuncta cedibus/rapinis: captiuis/ferro et igne deuastant: et catholicam inibi fidem Arriana feditate commaculant/vt supra patuit. Valentinianus augustus ad Theodosium iuniorem imperatorem Constantinopolim proficiscitur: filiamq; eius Eudoxiam in matrimonium accepit. Theodosius iunior Aphrice volens succurrere contra Uuandalos/tres duces scilicet Ariobindum/Ansilam/atq; Germanum cum magna classe transmittit in Siciliam. Qui longis cunctationibus negocium differentes: Sicilie magis oneri q̄ Aphrice presidio fuerunt. Cum Genserico rege Uuandalorum a Valentiniano augusto pax confecta est. et certis spaciis inter vtrūq; Aphrica diuisa. Tempore horum Theodosij et Valentiniani vt refert Gigisbertus. Uincen. et Jo. de col. Constantinopoli per quatuor menses terremotu terra fluctuante: quidaz coram omnibus orantibus sublatus in aera diuina virtute admonit? est a diuina voce vt factis letanijs canerent oēs. Sanctus deus. Sanctus fortis. Sanctus et immortalis miserere nobis. Quo facto cessauit terremotus.

Valēti nian? et ei? mater Placidia.

Gēserin? Bonifacio suadēte aphricā inuadit

Terremotus magn? Cōstātinopoli.

§. I. Anno sequenti rex Uorti

gernus cōsilio inito cū sapientibus quid agere deberet ad tutamen sui: iussit venire artifices vt ei turrim fortissimaz construerent. Sed quum opera eorum tellus absorberet: suam est ei a diuinis vt hominē sine patre quereret: et eius sanguine lapides et cementū aspergi faceret: quasi hoc facto fundamentū stare potuisset. Inuentus igitur adolescēs cui nomen erat Merlinus: qui dicebatur patrē nō habere. Adductaq; est mater eius: que pfessa est cora rege se non de hoie: sed ex spiritu in specie hois apparente concepisse: qō fuit scitz per demonē incubū. Hic autē docuit ne occideret ab incubo diabolo. modum reparande illius absorptionis. Hic autem Merlinus multa obscura reuelauit: multa futura pphetauit: apparuit em̄ sub fundamento lacum esse. Sub loco duos latere draconeꝝ: quorum vnus rubeus/populum Britonum: alter albus: gentē Saxonum designaret: et quis in conflictu suo adinuicem prealeret. Predixit etiam Aurelium Ambrosium deuicto Heugisto et pbusto Uortigero regnaturū. Fratrēq; eius Uterpedragon successurum in regno: vtrumq; veneno periturus. Arthurū vero quē apzum Lozuabie vocat: propphetauit q̄ ecclesie succurreret: q̄ insulas occidentales sibi subiugaret: q̄ Gallicanas pūncias possideret: q̄ Romano exercitui terribilē se exhiberet: et q̄ exitum dubium haberet. Prophetauit etiā q̄ sub Northmannoꝝ dñio futura esset Anglia. Et de multis alijs quevis possunt intelligi. Solet em̄ spūs dei p quos voluerit mysteria sua loqui: sicut p sybillā: p Balaā ariolū. Illo etiā tpe fm Sygisbertus christianitas apud Persas dilatata est. Nam Maruchas eps legatione functus: filiū Sidigridis regis eoꝝ oratione a demonio liberauit: propter qō maior gloria fidei accreuit. At contra ab inimicis dei maior cōtra christianos persequutio exarsit. Eudoxia quoq; vxor Theodosij imperatoris ex Hierosolymis quo voto perrexerat: Romā veniens catena qua beatus Petrus sub Herode i carcere ligat? tenebatur: sed ab angelo solut? fuit: adduxit. Et uncta catena qua idē Petrus sub Nerone ligatus stetit: facta est vnat ad cui? pactū post multū tpis quidā comes a demonio liberat? est. Et inde institutū est festū sancti Petri ad vincula: loco festiuitatis quam faciebant Romani in honorem Octauiani pro victoria habita prima die Augusti.

Gēserin? Bonifacio suadēte aphricā inuadit

Aspar.

Ricinerꝰ

Bilisinerꝰ

Festi sācti petri ad vincula institutio.

§. II. Defuncto Theodosio iu-

niore: cui? tēpore corpora septē dormientiū: qui sub Decio imperatore inclusi in spelūca martyrio coronati sunt: suscitata sunt a deo: ad pfutādū errorē exortū apud quosdā negantes resurrectionē mortuoꝝ. Qui postea Theodosio ipsi et pluribꝫ aliis loquuti sunt resurrectionē attestātes: i pace dormierūt: in pstātinopoli. Martian? sumpsit imperiū. Eo. pit autē imperare anno dñi. ccccl v. Ab initio aūt mundi fm Hebr. ēter millesimo. cccc. xvj. fm vero. lxx. interpretes et seq̄uaces q̄nquies millesimo. dc. liij. Valētinian? vero tertius imperator in occidēte. xxx. annis iperiū tenuit. xxv. cū Theodosio iuniore: et quinq; cū Martiano. Occiso aūt Valentiniano Rome a quodā Aetij milite: qdā nobilis Maximus noie inuasit iperiū. Qui vt sibi magis firmaret iperiū: Eudoxiā Valētiniani relictā in vxorē accepit. Sz nō impletis duob? mēsibus a Romanis occisus est. Et eodē anno post captā vrbē et predatā a Gēserico rege Uādaloꝝ: ipo reuerso in Aphricā Romani vt moribunde oues sibi preficiunt quēdā noie Auitū. Cū quo Martian? imperator fedus ppo suit: et q̄tuor annis Rome et Italie impauit. Ipe aūt Martian? sexto anno imperij sui occis? est. Anno igit dñice incarnatiōis. ccccl vij. ab origine autem mūdi quater millesimo. ccccxxxj. Sz fm maiorē cōputationē aliorū quinq̄es millesimo. dc. lvij. apud Cōstātinopolim Leo prim? imperator efficit: et annis. xvj. imperauit. filiūq; suū suo etiā noie nūcupatū imperij sui pforte fecit. Post modicū mortuo Auito Rome Maioriano: quidam volente exercitu apud Rauennā Romanū inuasit impiū. Qui quū circa q̄tuor annos regnasset ppe ciuitatē terdonē occisus est. Quo mortuo Geuerian? qdā apud rauennā purpura induit. Quo impante Biorget rex Alanoꝝ cū magnis copijs Italiā ingredit. Cui Ricimer patritius cum exercitu occurrens: nō longe a Pergamensi ciuitate cū eo grauissimo et difficillimo bello cōflixit: et post vtriusq; exercit? cedē rex Alanoꝝ vict? et occisus est. Geuerian? aūt prefat? quū q̄tuor annis in Italia impasset: diem clausit extremū. Et post eū toti? militie pfensu Anthemius imperij iura suscepit in Italia. Cōtra quē Geruādus q̄dam Galliarū prefect? se in Gallijs iperatorē nuncupauit. Qui ab Anthemij ducibus bello victus atq; captus: sniā capitali dānat? est. Dum autē hec in Italia gerunt: Aspar patritius Leoni augusto insidias molit? eum ab arce imperij deijcere conat? est: sed Leo exercitū qui in Sicilia erat reuocās Asparem prelio victū vna cum filio quē cesarē fecerat: occidit. Quū autē Italia intestinis fluctuationib? sic fluctuaret: Gēsericus qui adhuc Aphrice impabat. Italie etiā imperiū affectās: cū innumerabili exercitu in Italiam venire tentabat. Quo cōperto Basilicus patritius magister militie Anthemij occurrens: atq; nauali prelio cōfligens: ipsum Gensericum multis suorum amissis ad Aphricam redire cōpulit. Post hec (quibus causis nescitur) inter Ricinerē patritiū qui Mediolani posit? Ligurie preerat: et Anthemiuz imperantē Italiemagnus discordiarū fomes exortus est. Quumq; magnis apparatibus seinuicē impugnare pararent: in ipso bellico apparatu vir sanctitate conspicu? Epiphani? Ticinēsis eps se pacis reformatorē iterposuit: eosq; primum ad concordiam vocauit. Sed Ricimer barbarica perfidia insaniens (erat em̄ genere gothus) pacē irrūpens magnis barbaroꝝ copijs cōgregatis Romam tēdit: et non longe ab ipsa vrbe castra ponit per aliq̄ tpis spaciū in vrbis et toti? Italie pernicē. Leo qui Cōstantinopoli imperabat desolationi Italie cōpatiens. Olibiū quēdam cū exercitu in Italiam misit. Qui Romam veniēs adhuc viuo Anthemio regiā adept? est ptātem. Inter hec Bilisimer Galliarum rector: quum audisset Ricinerem Anthemiū impugnare: principi suo auxiliū ferre cupiēs: cōgregato multoꝝ exercitu ad vrbē pperauit: atq; cum Ricinere apud Hadriani pontem imparibus copijs confligens victus et occisus est. Quo extincto mox Ricimer multis sibi fauentibus vrbem ingredit: atq; Anthemiū qui iā quatuor annis impauerat captū occidit: partēq; vrbis prede exposuit. Sed nō diu sua perfidia atq; crudelitate letat? est. Nā post mensem tertiuz laborib? excruciat? et ipse apud vrbē interijt. Mortuo igit

Olibi⁹. Ricinere Olibius: qui apud Rauennam morabat: Romam venit atq; p̄ sui arbitrio nemine p̄hibēte disposuit. quisq; ad disponendum reipublice statum toto animo intenderet vij. mense post̄q; ad Italiā venerat/diem clausit extremum.

Glycerius. Post cui⁹ decessum Glycerius quidā p̄curante Agundibaro patricio apud Rauēnam tot⁹ Italie cōsensu imperium obtinuit. Sed nō multo post tp̄e Nepos patritius multitudine Romanoꝝ fretus Glyceriuꝫ imperiali p̄tate p̄riuauit. ⁊ apud Salonam Dalmatie vrbez ep̄m ordinauit. Sed quū inter Glycerium seu Gutherium ⁊ Nepotem intestina discordia diuaret: atq; summis viribus ij duo bellum pararent: interueniente sc̄tō Epiphanio de quo supra: cedente Glycerio iter eos federis iura firmata sunt.

Arthur⁹ Britannus. Sub isto Leone p̄mo imperante Arthurus regnare cepit apud Britones qui insulā Britannie p̄ magna parte occupabant: multis p̄eliis afflictos expulit atq; fugauit. Eo etiaz tp̄e Saracenes Egyptum incursantibus: Veneti corp⁹ beati Marci de Alexandria Venetias transtulerunt.

Trāslatio corp⁹ sancti Marci

zeno imperator

§. III. Post̄q; autē Leo p̄mus

annis. xvij. orientale imperiū tenuit: vita functus est. Zeno assequut⁹ est imperiū anno ab incarnatione. ccccl. xvij. Ab initio autē mundi quinquies millesimo. dc. lxxij. ſm cōputationē maioris numeri. Hic aliqui dicunt vt Joan. de col. q̄ Leo primus mozies imperiū dimisit filio qui ⁊ Leo dict⁹ est: quē in vita cōsortē imperij fecerat. Alij dicūt q̄ iste Leo fecūdus nō fuit fili⁹ primi Leonis: sed nepos. s. ex filia Leonis primigenit⁹ ⁊ zenone. Sed timens Leo secundus seuitiam zenonis/mris vsus cōsilio factus est clericus. Exigente autē zenone vt mater filiū p̄oderet: mulieb̄ri astutia vsa aliū ei forma similē obtulit. et impauit annis. xvij. Interea in Italia quidam Orestes ex Romanis patritijs vir magnus ⁊ potens multo cōflato exercitu. Nepotē qui vrbē et magnam partem Italie occupauerat/ ab imperiali fastigio depositum: ⁊ imperiū sumpsit p̄ filio quē Augustulum nūcupauit: ⁊ tñ ipse Orestes: q; filius quasi puer erat rex gubernabat. Cōtra Orestem autē veniēs Odoacer Tulingozum siue Syrozum ⁊ Erulozū cum maximo exercitu in Italiaz apud Ligurie partes occurrit. Qui Orestes aduersus fortissimam multitudinem nil p̄eualere se cernens: maxime quū quidā suoꝝ eum desererent: quibus agroꝝ partem poscentib⁹ refragat⁹ erat: p̄rius trepidus: tandē intra Ticinū munitionis fiducia se conclusit. Sed mox illuc aduenies Odoacer expugnatā strenue ingredit ciuitatē. Vastantur vniuersa rapinis: seuit vndiq; gladius: diuina ꝯ ac p̄riuata edificia ignis consumpsit. Captus autē Orestes Placentiā ducitur: ⁊ illic interficitur. Exinde per vniuersas vrbes barbari diffusi sine aliqua mora Italiā suo p̄prio iuri subdiderūt. Odoacer ergo cui mox victori Orestis exercit⁹ se subiecerat: p̄speros successus sibi accedere cernēs: regiaz assumit dignitatē. Deinde cum exercitu Romā veniens Augustulum deposuit: ⁊ militib⁹ agroꝝ partē dedit. Et sic p̄ hunc modū dñationē adeptus: suo ⁊ exercit⁹ nolē ciuitates p̄ lidine gubernab at. Et sic Romanoꝝ imperium toti orbi terrarū mirabile: et augustalis illa dignitas que ab Octauiano cepta est: in Augustulo p̄it. Odoacer iste insup Philegeū regē Rugoꝝ in Germania superatū occidit: ⁊ maxima preda ⁊ ingēti captiuozū numero ad Italiā reuertitur.

Orestes augustuli pater.

Odoacer.

Ab Augustulo ad carolu⁹ vsq; magnū Roma caruit imperatoribus.

§. IIII. De Theodorico qui post

Odoacrum ab eo occisum regnauit in Italia. P̄o huius pleniori informatione sciendum ſm Joan. de col. q̄ Valamir Ostrogotoꝝ rex p̄mus in obsequiū Attile regis Hūnorum militauit in Italia. Post̄q; vero Attila mortuus est, ab hūnorum dñio se suosq; p̄istine liberatis memor abduxit. Et similiter Ardaricus Gepidarum rex ceteriq; hmōi gentes subiecte fecerunt. At hūni dolētes nō solum Valamirem eiusq; exercitum a sue dñationis iugo excussisse: sed thos vt fugitiua mancipia insequentes: armis cogunt vt iamur super hūnos irruit: tantaq; cede in eos debacchatus est: vt decetero hūni Ostrogotozum arma metuerent. Leo fedus init: ac Theodoricū Tyodimeris filium ex cōcubina accepit. Occiso aūt in Assyrijs Valamiro: ⁊ Tyodimer eius germanus regia iura suscepit. Et statim Theodoricū filiuz suum obsidem datum a Leone imperatore graanter excepit. Deinde Theodoricus filius Tyodimeris annum. xvij. agens: patre inscio aliquātis adscitis satellitibus: vicinam sibi Sarmatarū gentē inuadens: optuma eoꝝ spolia patri deportauit. Tyodimer mox cunctorum suoruz miro fauore ad regni gubernacula Theodoricum assumpsit. Zeno qui post Leonē p̄mum imperiū susceperat circa annū domini ccccl. xxx. audiens Theodoricum a patre regem factum: ad se Constantinopolim euocatum magno honore ⁊ diuitijs expulit: vt eum etiam fascibus sublimaret: q̄ dignitas post imperiale fastigium p̄ma censetur: ereaq; illi statuā ante suum palatium collocauit. Theodoricus autem dum hmōi delicijs affluret apud Constantinopolim: illius milites Ostrogoti quū eis p̄pter fidei sanctionē p̄das agere more solito nō liceret: nec ab imperatore oblata stipēdia sufficerent: ceperūt egere. Execrantur fedus: vituperāt inutilem cū zenone factā pactionē. Mittunt cōfestim ad Theodoricū qui dicerēt. Quia dū ipse Greco⁹ epulis superfluit: ipsi inopie miserias sustinerent. Hortāturq; vt si sibi suisq; consulere velit: citius redeat: ne cuncta gens sua pessundetur: nouas ad habitādum terras exquirat. Zeno autez hoc audiens et valde timens: vt se ac regiones finitimas Gothoꝝ metu liberaret: Theodorico suasit vt ad Italiā transiret: ⁊ ab iniustis occupatoribus sibi vendicaret. Eiq; Italiam tribuens sacri etiā velaminis: vt moris erat dono confirmauit. Senatūq; illi populūq; Romanum commendans abire iussit. Theodoricus igitur his de causis ad suos reuertitur. Gothosq; hortat vt quū primum parati sint inde ad Italiā possidendā iter arripiāt. At vero p̄riusq; ad Italiam peruenissent: Tratillam gepidarum regem insidias sibi mollientem bello superans interfecit. Brisam quoq; Bulgarorum regem magna simul cū suis agminibus cede p̄strauit. Egressus itaq; a Thracia ⁊ Mesia Theodoricus monuit Gothos cum coniugibus ⁊ liberis ⁊ cum supellectili et oibus suis p̄ Syrmiū. Pānoniasq; ⁊ Illyricū aliasq; regiones Italiā intrauit. Quam quū ingressus esset: iuxta Sontiū amnē nō p̄cul ab Aquileia castra posuit: atq; dum vberrimis que habent eodē loco pascuis fatigata ex longitudine itineꝝ aliq̄diu iumēta reficerēt: mox ei magno cū suoꝝ exercitu totisq; Italie viribus Odoacer occurrit. Quem Theodoric⁹ libēter excipiēs: magno superatū plio: postremo in fugā puertit. Theodoric⁹ post fugatū Odoacrū inde Ueronam p̄operat. at Odoacer minoꝝ exercitu in pugna occurrit. Sed Theodoricus in pugna congressus nō procul a Verona etiā ipm Odoacrū magna cede p̄otriuit: ac cum suo exercitu dare terga cōpulit. Quidā vero ex suis militibus metu fuge dū se in Athesim amnē p̄cipites merguntur vndis implicati suffocātur. Theodoricus demū fugientes insequens. Veronā ilico cōsternatus ciuibus inuadit ⁊ occupat. Odoacer cū suis q̄ remāserāt Romā contendit. Sed obseratis sibi portis excludit. Qui dū sibi ingressum vetari videt: oia loca p̄ que iter faciebat: gladio flāmisq; cōsumpsit. Rauennā se cōfert: vt ibi se tueri aduersus hostes possit. Theodoric⁹ vero Verona digrediēs Mediolanū peruenit. Ibiq; dum consisteret: magna militum multitudo plurescq; Italie ppli cōuenere. Sed paucis interiectis diebus deditituis exercitus. Tuffa quodā noie instigante Odoacri se partibus tradidit. Ea res in tantū Theodoricum perterruit: vt se suisq; exercitū intra munitiones retinēs: demum relictis ibi matre/sorozib⁹/⁊ vniuersi vulgi multitudine: cū expeditis armatozum cuneis ad Odoacri obsidionem Rauēnam p̄fectus est. Et in eo loco cui nomen Pinetum est: castra posuit. Et per triennium fere continuum Odoacruz obsedit. Gundabatus Burgundionum rex Italie talium varietates aspiciens Liguriam cum ingenti exercitu ingressus est. Ac cuncta que rapere potuit diripiens ⁊ infinitam secum ad Gallias captiuozū multitudinē traxit Theodoricus tandem in vrbe Rauenna dum Odoacrum obsideret: hec obsidio longius remorata est: q̄ ipse cum Gothis ab initio existimarent. Itaq; Theodoricus cū Gothis triennio fere tota circa illam commorans capere nequiuit. Finitima tñ Rauenne oppida per hoc ip̄m tempus cepit omnia p̄ter Lesenā: q̄ ⁊ ipsa valido Odoacri p̄sidio tenebatur. Ad extremū fatigatis obsidentib⁹ ⁊ obsessis: pactione res composita fuit: vt Theodoricus simul ⁊ Odoacer socij dominatiōis essent. His pactis Theodoricus ⁊ Gothi Rauennam intrauerunt: neq; posthac vlle partes Italie illi clause fuere. Uerū hec regni societas nō diuturna p̄mānsit. Quum ei occultas inter se suspitiones haberēt: p̄ueniēs Theodoric⁹ inuitatū ad cenā Odoacrū occidit. ¶ Theodoricus igitur post Odoacrū occisum solus cū Gothis per Italiam dñatur. Fuit autem eius dñatio nō admodū dura: et partē agroꝝ vt nuper Odoacer diuiserat: p̄ suis retinuit. Leterum ciuitates p̄ seipsas ⁊ p̄ ciues earum gubernari p̄misit.

Uaria theodorici cuz Odoacro certamina

Theodoricus potitur Italia.

Ipse

Ipse vero regni sedē Rauēne constituit: ibiq; inhabitauit triginta quinq; annis in Italia regnās solus. Sed Romam mox post mortē Odoacri pfectus: a Romanis cum gaudio receptus est. Quib⁹ ille subsidiū tritici singulis annis. cxx. milia modiorum concessit. ¶ Interea Epiphanius eps sctitate plen⁹ (vel vt sentiūt alij German⁹ presul Tycinensis) a Theodorico in Gallias missus ad Gundabatū pro captiuis redimēdis: ob sctitatis sue reuerētiā sex milia captiuor⁹ dono sibi concessa in Liguriā secum reduxit. ¶ Saxones cuz Britannis illo tēpore diu terra mariq; quuz ancipiti palma pugnarent: tādez potentiores per longū insula potiti sunt.

Saxones britāniam occupant.

Theodoricus vt sui regni vires stabiliter confirmaret: interea Aldeflondiā Ludouici Francor⁹ regis filiā in matrimoniū sibi iūgit. Uuandalor⁹ regi Henrico Amafredā germanā suā matrimonio sociat. Eius Amafrede filiam Amalabergā Thuringorū regi Ermefrido in matrimonium sociat. Theodicodo q̄ filias ex concubina natas: alteram Atalarico Uisigothor⁹ regi: alterā Sigismūdo Burgundionuz regi psociat. Amalasuntā vero tertiā filiā Eutarico ex Alemānorum stirpe veniēti euocato de Hispania tradit. Et sic Italie z occidētalis ptis nulla gens affinis ptermissa est: q Theodorico aut cōiunctionis affinitate/aut pactiōis federe non sit sociata. Post hec Theodoricus nec segnis otio⁹ fuscp̄ pmāsit. Nā anno dñi. cccccxv. Siciliā totā cū oīb⁹ adiacentibus insulis regno suo adiunxit. Dalmatiaz quoq; sibi subditam fecit. Quinetiam per hec tempora magno cum exercitu alpes Rhodanūq; transgressus in vlteriorē Galliam contra Francos trāsiuit. ¶ Cum autem Theodoricus rex Gothorum rēpublicā in Italia opprimeret: temporib⁹ prioribus Boetius senator clarissim⁹: vt infra dicetur de sapientia eius: amator reipublice in multis regi se p iustitia opponebat. Quumq; z propter generis nobilitatem/z eloquētiam apud oēs de eo magna esset opinio: etiam ab ipso rege timebatur. Quarevt credif suboznatis quibusdam: vt ipsum de crimine lese maiestatis accusarēt: direrunt q ipse pdita ciuitate Romana Anastasiū principē in Italiam euocaueratvt rempublicā de manu Theodorici liberaret: quā ob rem sumpta occasione ipm cū quibusdaz alijs Romanis nobilibus apud Papiā exilio relegauit: vbi in carcere positus librum de philosophie cosolatione scripsit: vbi demuz ab eo interficitur. Symmachus quoq; patritius socer Boetij: qui z ipse cum eo rempublicam illustrabat: a Theodorico occiditur. Qui Theodoricus hereticus erat z Arrianus. Et Joannem. s. papam incarcerauit diutina maceratione carceris occidens. Sed quaz citissime animaduersio diuina sequuta est. Nam horribili et inopinata morte Theodoricus multis peccatis pollutam animam repentina morte exhalauit. Quam quidam solitarius vir magne virtutis vidit in visione spūs in medio Joānis pape z Symmachi ab eis in vulcam ollam que proxima erat/demergi. Quo mortuo Rauenne Gothi Atalaricum quez ex filia eius genuit quia filios non reliquit: cum eadem Amalasunta matre sua regno Italie preficiunt. Qui Atalaricus quum in Italia Gothis quatuor annis imperasset: immatura morte subtract⁹ est. Cuius mater Amalasunta Theodorici filia post eius obitum. Theodotum quendam sibi socium adsciuit in regnum. Qui collati beneficij immemor: non multo post tempore in balneo strangulare eam fecit. Cuius mortem grauissime tulit Justinianus qui imperabat in oriente: et aduersus Theodotum iuste commotus est: de quo Theodoto dicetur infra in sequenti titulo.

Boetij z Symmachi i exilium mittūt.

Theodoricus morte miserabili perit.

§. V. Defuncto zenone Anastasius in imperio successit.

Anastasius imperat.

Cepit autem imperare anno dñi. cccxcij. Ab initio mundi quinquies millesimo. dcxcj. Et imperauit annis. xxv. Hic ab Anterico quodam depzauat⁹/ Romanum imperium Euticiana heresi maculauit: quam ob causam etiā catholicos psequut⁹ est. Et q: admonitus a papa Ormisda p legatos: noluit se ab heresi separare: sed proterue respōdit pape: z legatis iniurias intulit: dei iudicio ictu fulminis pcussus interijt. Sub hui⁹ etiā Anastasij imperio: rex quidā Saracenorū potentissimus ad fidē catholicā venit. Qui quū baptizari deberet: ipsum Euticiani heretici vellent ad credulitatem sui dogmatis trahere: hoc exēplo illos cōfudit: dicēs se literas accepisse in quib⁹ asserebat Michaelē archangelū esse defunctū. Illis autem respondētibus hoc esse impossibile: quum angeli sint natura impassibiles. Quō igit (inquit) rex fm vos nudus crucifixus est christus: nisi duarū esset naturarum: quandoquidē nec angelus mortuus est? ¶ Tempore quoq; Anastasij in principio sui regni Latus Lōgobardorū rex septim⁹. Erulos ad internitionē vsq; deleuit: z eorū regē Rodulfum caprum interfecit: z regnauit annis. x. Sed postea Uuasdulfo Latum patruū suū interemit: z regnum Longobardorum inuadens ipsum. xviij. annis tenuit. Hic ptra Gepidas bellum intulit: z Sueuos vicit anno dñi. cccc. ante vero Latum rex Longobardorū sextus dict⁹ est Dafon: qui regnauit annis. v. Et ante ipm quintus fuit Godohoc qui regnauit annis. xij. Sub quo Longobardi nouarū sedium auidi Rugorum regionē eo q̄ fertilis esset z pene deserta: occupauerūt. Nonus aūt in regno Longobardorū fuit Ulterius Uuasdhoms ex filia nepos: qui regnauit annis. vij. Trasimūd⁹ q̄ fratri suo Herico vel pri in Aphrica Uuādalor⁹ regi successerat: ei⁹ sequut⁹ pfidiā i psequutiōe ecclie claudis catholicorū eccl'ijs. cc. z. xx. epos iterū in Gardiniā relegauit. Sed Trasimundo defuncto Uuandalorū rege Arriane perfidie: Hildericus eius filius ex captiua imperatoris Valētiniani filia ortus adeptus est regnum. Qui nō pris heretici pessimi qui eū adiurauerat in morte vt nūq; catholicis adhereret: sequut⁹ est errorē z monita: sz catholice mris fidei imitat⁹ est. Qui Hilderic⁹ adepto regno oēs epos q̄s relegauerat pr: ab exilio reuocauit: z eccl'ias reformari pcepit.

Gothi Atalarico regnāte.

§. VI. Atalaricus igitur puer

Amalasuntā filia Theodorici genitus z ex Eutharico pre ex Alemannor⁹ stirpe pueniēte: Theodorico regi sine virili prole decedenti cum matre successit in regno Italie. Qui quuz puer esset: tota cura z gubernatio regni mris erat vi due existētis. Regina itaq; pueri curā suscipiens/ literis latinis eruiendū tradidit z mozib⁹: pceptores literarū quos dā: z ex grecor⁹ senioribus hoies grauissimos circa puerū esse iusserat. Ipsa vero seuere admodū gubernationē regni exercebat. Gothor⁹ iniurias: etiā Theodorici facta quedam retractās z ad mitiorē formā reducens. Inter q̄ z illud fuit q̄ Boetij z Symmachi filijs p̄monia reddidit iam a Theodorico publicata: asserens eos falsis delationibus ac temere a rege creditis fuisse damnatos. Theodotum vero consobrinū suū: q̄ magnas in Tuscia possessiones habens: multa vicinorū predia p tyrānidē occupauerat: ad restitutionem ablatorū faciendā cū acerba increpatiōe coegit. Hec regine seueritas/ multos Gothorum sibi inimicos reddidit. Itaq; simul conspirantes quidā Gothorū pceres: fouere puerū contra matris potēriam statuerūt. Quare ad reginā veniētes nō placere Gothis direrūt vt rex cor⁹ sub magris z pceptoribus viuat: nec vt senioribus traditus obtēperet: decere magnū regē equos z arma: iuuenū exercitia: nō seniorum frigiditatē/ aut magistrorū sedulitatem imitari. His essi et corpus z animum regis effeminari illis autem vigorem et peritiā crescere. Non eum factū esse regē vt disciplinā literarū populum doceat/sed vt bello z armis potēriam extollat. Hec tñ reginam non laterēt quorsum tenderent: tñ ne refragari eorū postulationi videret: cōcessit. Adolescens̄q; equaliū conuersationi traditus: breui admodū tpe ad lasciuiorē vitam scortaq; ac libidines z ceteras hmōi voluptati trāsuectus est: matri vero vsq; adeo repugnās z aduersatus est propter malos suasores: vt neq; audire illam: neq; alloqui dignaretur. Regina igit quum se per has artes ab aduersarijs oppugnari ac regno spoliari videret: nō tulit dolorē ingētis spūs femina: sed tres Gothorū pceres qui authores suasoresq; malorū consilior⁹ puero erāt: missis clam percussoribus occidi fecit. Ipsa vero adolescēte sibi recōciliato gubernationem resumpsit. Ipse autez Atalaricus ex superiori vite lasciuia in varias egrotatiōes plapsus: post quartum annos regni sui: vite autē sue. xviij. defunctus est.

Amala

Amalasiuntā seruat filiū

Amalasiuntra post filij obitum cōmodius sibi processuram gubernationē regni arbitrata si socium z adiutorem haberet. Theodotū cōsobrinū suū in consortiū regni assumpsit. Erat autem Theodotus literis grecis z latinis eruditus: multāq; philosophie operā dederat. Ceterū natura imbecillis z inconstans multis vitijs laborabat. Is ergo ad regnū beneficio regine assumptus: statim ingratitudinem z perfidiam ostēdit. Secreto essi cū inimicis regine cōspirans cpramq; in Uulsini lacus insulā relegauit. Nec multo post per filios agnatosq; eorū quos regina in seditione filij occidi fecit: eā interfici vel strāgulari permisit. Hec malignitas z perfidia Theodoti multos Gothorū turbauit: nec multū a seditione aberant. Que quum intellexisset Justinus imperator: tēpus idoneū ratus Italie liberande/ mentem et cogitationes suas ad has partes conuertebat.

Theodotus.

§. VII. Hac tempestate Clodoueus apud Francos regnabat vir probus z in armis strenuus: sed adhuc idolorum cultui deditus. Hic Clotildem regis Burgundionū sorore puellaz christianissimam duxit vxorem. Quum autē hec primo intra cubiculi secreta silentia clausa cum viro suo esset/ anteq; secum maritali copula

Clodoueus Frā corū rex quo mediante fidē xpiana recepit

iungeretur: dixit viro. O dñe mitanteq̄ mihi maritali iugaris vinculo: vnum p̄ceor: vt in regem t dñm verum Iesum christū celi t terre creatorē qui te creauit t pprio sanguine redemit: t in spīm sanctum illuminatorē t confirmatorem oim iustorum credas. Et his agnitis idola vana et muta relinque: t eccl'ias sanctas quas destruxisti instaura. Sed rex qui adhuc multis bellis ferus erat et semibarbarus: p̄o tunc eius monita irrisit. Quum autē postea concepisset ex eo et peperisset filiam: volebat ipsa regina Clotildis paruulum baptizari: quod ille vt gentilis recusabat. Sed tantum institit regina apud regē: vt ab eo obtineret p̄cibus eum baptizari. Qui baptizatus celitissime mortuus est. Dixitq̄ Clodoueus regine. Nūc apparet quia vtilis est deus christus: quia eum per quem fides sua multum poterat sublimari: in vita conseruari non potuit. Cui illa. Immo in hoc a deo meo me diligi multū aspicio: quia primum fructum ventris mei ipsum cognosco recepisse: qui regnum suum tuo multo melius/filio meo largitus est. Concepit scō t peperit: quē sicut primū cū multa instantia baptizari fecit. Qui baptizatus mox infirmatus est ita vt de vita eius diſperaret. Cui rex. Vere debilis est hic christus deus tuus: qui nullū baptizatum in noīe suo in vota cōseruare potest. Nam si mille genueris et illos baptizueris: oēs peribunt. Sed puer conualuit orationib⁹ matris: qui post eum regnauit. Conabaturq̄ mulier sancta inducere virum suū ad fidē: sed ille resistebat. Contigit autē non multo post vt Clodoueus cum Alemannis bello congrederet. Quūq̄ illo p̄elio iam exercit⁹ eius cederet: t nō sine strage multorū iā a facie hostiū fugeret: staretq̄ rex sup hoc attonitus. Aurelianus quidā ex eius comitibus christianus dixit ad regē. O Francorū princeps: reuoca in te animum. Crede in deū celi quem vror tua p̄dicat tibi: et absq̄ dubio victoria tibi dabitur ex hostibus. Ad quā vocem subito immutatus est cor eius: t eleuatis ad celū oculis/dixit cum lachrymis. Dñe Jesu christe quē vror mea p̄dicat et adorat: qui in te sperātib⁹ subuenis: in hac mea necessitate tuū adiutoriū postulo: promittens tibi q̄ victoriam si dederis de hostib⁹ meis credā in te: et in tuo nomine aquis baptismatis renouabor. Inuocaui nuncusq̄ deos meos: et non auxiliātur mihi. Ad hanc vocem Franci subito quasi diuinitus animati p̄elium reparant. Et qui iam a facie hostiū cateruatim fugerant: facta impressione fugere hostes compellūt. Quos insequuti Frāci multos occiderūt: multosq̄ capiunt. Sed et eorum rex in bello corruit. Igitur Clodoueus hac miraculosa victoria potitus in Franciam rediit: atq̄ q̄ gesta sunt vrori retulit. Statimq̄ accersitus beatus Remigius epūs Remensis ad regem venit. Instructusq̄ sufficienter in fide: ad ecclesiam vt baptizaretur accessit. Sed quum sctm̄ christma deesset: subito columba niuea e celo la-
Sacrū christma celo delatum.
psa ampullam rostro christmate plenam attulit: de quo beatus pontifex regem inunxit. Hodie adhuc hec ampulla in Remensi ecclesia religiose seruatur: t inde Francorum reges in coronatione inungūtur. Baptizato autem rege: totus ille populus Francorum fide recepta baptizatus est. Eo tēpore prima synodus a Francis iussu Clodouei regis Aurelie celebratur: in qua multa ecclesie vtilia decernunt. Hic gloriosus rex postq̄ per oēs Gallias longe lateq̄ dilatauit regnū: Parisijs moritur: t in ecclesia sancti petri quā ipse t vror sua Clotildis edificauerat/sepelit: cuius regnū
Syno dus Aurelia.
quatuor filij eius sic partiti sunt. Nam Theodoricus sedem regni sortitus est Remis. Clodomirus Aurelie. Childebertus Parisijs. Clotharius Suessione.

§. VIII. Quū venisset rex Clodoueus Parisios

ait ad reginā t ad populum suum. Satis mihi durus videt q̄ Bothi Arriani partem Galliarū optimam tenent. Eamus igit t cū dei adiutorio eiciamus eos de terra. Cui regina. Faciam⁹ prius ecclesiā in honorē bti Petri apli: vt in bello sit tibi auxiliator. Oō rex dixit se facturum in reuersione. Cū suo igitur exercitu Clodoueus se mouens: direxit se Pictauos: ibi esse tūc rex Bothor Alaricus cōmorabat. Trāsiens autē per territoriū Turonense direxit rex nuntios ad basilicā beati Martini cuz muneribus: t equū suū quē amabat plurimū etiā misit. Quū autē intrassent nuntij limina ecclesie beati Martini: primiceri⁹ me virtute ad bellum t. Qui nuntij dimissis muneribus: t orationū suffragiū petētib⁹: cū letitia reuersi sunt. Quūq̄ vadare deberet non inueniret p̄opter inundantiam pluuiarum: deprecatus est dñm vt vadum illi ostēderet. Mane autem facto cerua mire magnitudinis eos dñi nutu p̄cedens vadū ostendit. Illaq̄ vadāte pp̄s sequut⁹ est vadum.

Aduenientē autē rege apud Pictauos: dum procul ab ecclesia sancti Hilarij tentoria sua fixisset: ea nocte fax ignea visa est exijsse: apparuit nēpe sup ipsa tētoria in auxiliū Clodoueo regi cū virtute beati Hilarij. Precepit ergo rex exercitui suo: vt nec cibū nec'quicq̄ stipēdij de pagano ipso acciperet: nec etiā spolia. Fortiter ergo dimicāte eo cū suis copijs militario decimo pcul a Pictauis cōtra regē Bothorz Bothi cū rege suo nimis collisi terga verterunt: et Clodoueus victor extitit. Deinde ciuitatez Turonicam ingressus multa munera ecclesie bti Martini tribuit. Equū vero suū quē prius ad ecclesiam ipsam trāsmiserat/ab illis recipere seu redimere voluit: datis p̄o eo argēti solidis centū. Quibus datis equus ille nullaten⁹ moueri potuit. Ad ille. Date ait alios centū solidos: q̄s quū dedisset: statiz equus solut⁹ abijt. Cūc rex cū letitia abijt t ait. Vere beatus Martinus bon⁹ est in auxilio: sed carus in negotio. Ab Anastasio imperatore accepit tunc codicillos Clodoueus rex in ecclesia beati Martini. Qui corona aurea in capite suo imposita: ascenso equo aurū t argentū in atrio p̄sente pp̄lo multuz erogauit manu p̄pria. Hec Grego. Turonensis.
Alarico Bothorū rex a Clodoueo debellat⁹.

§. IX. Pro maiori declaratione

de Clotilde t Clodoueo rege viro eius t gestis eorum. Nota sm Uincē. post Grego. Turonēsem: q̄ quū Gundenchus regnaret in Burgundia: quia ex genere Athanarici fuisse perhibetur: quatuor filios habuit Gundobandū Godegisillū Childericū t Godomarū. Gundobandus igit Childerici cum fratrē suum interfecit gladio: vxorem q̄ Childerici ad collum ligato saxo in aquā p̄cepit demergi. Filias quoq̄ duas ei⁹ quarū vna senior vocabat Alducurina. Hanc mutata veste exilio cōdemnauit. Juniorē Clotildē noīe secum domi retinuit. Demum Clotildis ista desponsata est Clodoueo: t per modū occultū ei assentiēti p̄misit p quēdam sibi annulū nesciente Gundobando. Post qō Clodoueus misit ad Gondobandū legatū p sponsa sua Clotilde: qō quū ille negaret Clotildē esse spōsam eius: reperto annulo Clodouei misso Clotildi de cōsilio Burgundionū timēs iram Clodouei: eā licet quasi inuitus tradidit t destinauit in coniugem Clodoueo. Ipsa autem Clotildis vror facta Clodouei de duobus rogauit eū. Primū: vt verū deū coleret: quū tūc paganus esset. Scōm: vt requireret portionē p̄ris sui t matris: quos Gundobādus auunculus ipsi⁹ Clotildis interfecerat: t simul sanguinem eorū vindicaret. Primū igit non tūc: sed postea fecit: scōm vt impleret misit Aurelianū iterū ad Gundobandū p̄pter thesaurum regine Clotildis. Qui ira cōmotus ait. Nunquid in manus Clodouei tradetur regnū meum aut Thesauri mei? Recede a me Aurelianus ait. Mandat tibi dñs meus rex vt ei citissime remādes thesauros vroris sue. Sinautē cū exercitu suo tibi occurret. Tūc Burgundiones dato consilio dixerunt regi. Da nepti tue de facultate tua q̄ ei contingit: q: sic iustum esse decernit: habeasq̄ fedus cum Clodoueo t gente Francorum: ne forte irruant sup terrā nostrā: q: pp̄s ille ferocissimus t sine deo est: qō totū fecit Gundobandus: per manus Aureliani maximam partem Clodoueo mittens ex thesauro suo t supellectili neptis sue. Mortuo autem Gundobando: regnauit in Burgundia p eo filius eius Gigismūdus. Mortuo autem Clodoueo: quatuor eius filij diuiserunt inter se regnū equaliter: scz Theodoricus/Clodomirus/Childebertus/et Clotharius. Primus scz Theodoricus habebat filium nomine Theodobertū strenuū t vtilē eleuatiq̄ sunt in potentia magna. Almaricus quoq̄ filij Alarici regis Bothorum sororē sibi ad cōiugiū a predictis fratrib⁹ petijt t obtinuit. In diebus illis Clotildis regina Parisios veniens: rogauit filios suos vt iniuriā eius indignantes patris et matris sue mortē vindicarēt. Qui ira magna cōmoti cum exercitu magno Burgundiā petierūt p̄tra Sigismundum t Godomarū reges filios Gundobandi. Tunc tp̄is edificabat Sigismūdus rex monasteriū sctō martyrū Agaunensium scz Mauricij t sociorū ser milliū sexcentorum. lxvi. in Burgundia. Cōmoto igit exercitu Burgundionū cōtra Clodomirū regem t Childebertum t Clotariū fratres eius filios Clodouei: illiscq̄ inter se pugnātibus: Burgundiones sunt cesi. Insequut⁹ est eū Clodomirus: t cōprehēdit eū t vrorē eius t filios: captosq̄ in pagū Aurelianensem adduxit: eosq̄ in bas in Aureliano: deprecabat Clodomirum vt nō occideret eos: sed ille noluit eoz audire. Interfecit aūt Sigismundus: t vrorē eius t filios proiecit in puteū. Hic Sigismundus ei⁹ nouercevsus consilio. Qui postea competenti penitentie se adijciens t martyribus Agaunēsibus se deuouēs
Bigismūdus regnat in Burgundia.
Clotildis quā alischzo tildē appellāt: nubit Clodoueo.

q̄ pu

q̄ dignus fuerit venia creb̄a post mortem eius per ipsum multis concessa gratia sanitatū testatur: ⁊ per eum febrici-tantibus indulta curatio. Cuius festum recolitur. iij. Kalē. Maij. Iterus Clodomirus occiso Sigismundo congressus cum fratre Sigismūdi scz Godomaro percussus ⁊ mortuus est: vt scribit Grego. Turonensis in hystoria Francoꝝ. Q̄ videntes Franci: nimio dolore ⁊ ira commoti: Godomarus persequētes exterminant ⁊ occidunt: omnesq; regiones devastantes a puero vsq; ad senē oēs peremerūt ⁊ reuersi sunt. Clotharius hoc audiens vxorem eius accepit in coniugū Bunthencham nomine: que scilicet fuerat vxor Clodomiri fratris sui. Tres autem filios Clodomiri orphanos: scilicet Theodonaldum Buntharium ⁊ Clodoualdum Clotildis regina nutriebat secum illos retinens. Eo tempore Theodoricus ⁊ Theodobertus filius eius ⁊ Clotarius rex cum Francorum exercitu Rhenum transeuntes in Thoringiam diriguntFrāci infesti trāseūt rhenū. contra Hermenefredum regem Thoringorum. Hec audientes Thoringi fossata fecerunt sub dolo cooperientes ea cespitibus. Quumq; ad bellum ibi conuenissent intelligentes quod equi eorum ibi corruissent indignati sunt valde. Tantaque cedes de Thoringis fuit: vt ipse fluuius cadaueribus eorum repletus/Francos super eos tanquam super pontem traduxerit: ⁊ conculcabant eos: vastantesque omnem regionem illam ⁊ captiuos adducentes omnia depopulati sunt. Hermenefredus quoque rex per fugam lapsus vix euasit. Hermenefredo autem fuerunt duo fratres. Badericus: ⁊ Bertharius. Et fm Hugo. floriacēn. Clotharius rex inde rediens Radegundam Berthary regis filiam ⁊ Hermenefredi neptē secū adduxit: rea sibi legitimo matrimonio copulauit. Sed illa post modicum relicto marito ad tempus: intra pictauensem vrbē vestē suscepit religiosam: in qua perseuerās vitā suā laudabiliter finiuit. Theodoricus autem rex frater Clotharij prefati vt dicit Grego. Turonensis: data filia Herminefredo regi ad Tulpiacū ciuitatē fecit eum ad se venire. Quumq; supra murū ciuitatis colloquerentur: impulsus de muro corruit ad terram ⁊ mortuus est. Et huius infantes simul Theodoricus iussit interfici.Rade gunda.

℣.X. Childebertus autē frater

Clotharij ⁊ Theodorici/quū esset apud Aruernis misit soror eius vxor Amalrici regis Bothorū nuncios ad eum: et significauit ipsi quanta mala et Amalric⁹ fecisset: ⁊ qualiter ei insidiaret ꝓpter fidē catholicā. Nā quū ad ecclesiam christi iret ⁊ orationē faceret: stercora ⁊ multos fetores ꝓiciebat sup eam: atq; intantū eā verberabat vt sanguinem vomeret: quem illa in sudario suo collectū miserat fratri suo dicens. Vindicate dulcissimi fratres laborem meū: iniuriā. Quū autem hec audisset Childebertus: ira magna commotus/congregans exercitum maximum in Hispaniam perrexit ꝓtra Amalricū pugnare. Qui Amalricus in fugā conuersus eū pcussit: ⁊ mortuus est. Tunc Childebertus deuastata Hispania Toletū vrbē ingressus. Thesauros magnos inde abstulit: ⁊ cū sorore sua inde reuersus est: q̄ tū in itinere languore superueniente mortua est. ⁊ postea sepulta Parisijs iuxta patrē suū Clodoueū. Childebertus autem inter reliquos thesauros calices multos: ⁊ alia ad ministeria ecclesiarum ex auro facta per ecclesias fecit distribui. Clotildis autem regina post mortem viri sui/frequenter pergens Turones ad sepulchrū scti Martini dño seruiebat: raro Parisios veniēs: secumq; nutriens filios Clodomiri mortui vt dictum est. Quum autem esset Parisijs videns Childebertus q̄ filios fratris sui seniores nimis diligeret: cogitans quod eos reges faceret: dixit Clotario fratri suo. Mater nostra eleuare vult filios fratris nostri. Consilio igitur accepto ꝑtractare debemus quid debeamus facere. Aut enim tondeamus eos: aut interficiamus: ⁊ regnum patris eorum inter nos diuidamus. Miserunt igitur ad reginam Parisijs Arcadium nobilē virum ⁊ industrium dolose dicentes. Dic matri nostre vt mittat nobis filios fratris nostri: vt eos reges cōstituamus. At illa hoc credens letanter misit. Quib⁹ venientibus apprehendit Clotharius puerum seniorem et ꝓiecit ad terram: ac defixit in asellem eius cultrum ⁊ mortuus est. Frater eius iunior hoc videns ꝓiecit se ad pedes Childeberti dicens flendo. Succurre mihi pijssime pater: ne ⁊ ego peream sicut frater meus. Tunc Childebertus motus lachrymis eius ait. Obsecro te frater charissime vt huius mihi vitam concedas: ⁊ quantumcunque volueris pro huius vita dabo tibi. At ille ira succensus ait. Aut eice eum a te: aut certe pro eo morieris. Tu es qui hoc malum perpetrasti: ⁊ modo vis eum liberare? Hec audiēs Childebertus ꝓiecit eum a se: ⁊ Clotharius eum interfecit: ac pueros nutritios eorū iugulauit: ascēsisq; eqs abscesserūt. Regina hec audiens nimio furore attrita/cum magno cetu psallentium ⁊ immēso luctu Parisijs corpuscula eorū sepeliri fecit. Horū vnus erat. x. annorū: alius. xvij. Tertius vero nose Clodoaldus effugit: ⁊ per auxilium virorū fortium liberatus est. Qui postea relicto regno terreno/ipse propria manu se totundit: ⁊ clericus factus in bonis operibus ꝓficiens presbyter demū ordinatus est. In diebus illis mortuo Theodorico filio Clodouei/suscepit regnū eius filius ipsius Theodobertus. Posthec childebertus ⁊ Theodobertus nepos eius mouentes exercitum cōtra Clotharium tre disponunt. Ille hec audiens ⁊ videns q̄ eorum potentie non posset resistere: confugit in insulā: totāq; spem suam in dei pietatem transfudit: sed Clotildis regina mater eorum beati Martini sepulchrū adijt: ibiq; in oratiōe ꝓstrata: tota nocte vigilans/deprecabatur dñm: ne inter filios ciuile bellū consurgeret. Quumq; conuenissent cū copijs magnis vt in die sequenti eū interficerēt: mane facto in loco in quo erant congregati orta est tēpestas maxima tentoria disrumpens cū immissis fulguribus: atq; cuncta subuertit irruentibus imbribus cum tonitruis validis. Illi vero ꝓstrati in terram corruentes cesi grādinibus validissimis ⁊ grauiter vulnerati corruerunt: ⁊ nullū eis regumē remānsit nisi sol⁹ clype⁹ hoc maxime timebant: ne cōburerentur igne celesti. Q̄s ⁊ equi eorū ita dispersi sunt: vt vix in. xx. stadijs reperirētur ⁊ multi eorum nō sunt inuenti. Tunc ergo illi ꝓstrati penitentiā agentes venā precabantur a deo: q̄ talia contra sanguinem suum agere voluissent: super Clotharium vero nec vna gutta pluuie descendit. Illiq; mittētes nuntios pacem ⁊ concordiā petierunt. Qua data ad ꝓpria sunt reuersi. Post hec Childebertus ⁊ Clotharij collecto magno exercitu iterū in Hispaniā se dirigūt. In quā ingressi ipsam terrā vastantes incenderūt: ⁊ interficiētes ppl'm: ciuitatem Cesar augustā obsederūt. Populus aūt qui ibi tenebatur obsessus: indutus cilicijs ⁊ cinere aspersō capite in tantā humilitatē ad deū cōuersi sunt: vt cū tunica beati Uincentij martyris muros ciuitatis psallendo circūirēt. Quod hi reges audientes apprehenso vno rustico de ciuitate dixerūt. Vade dic ep̄o ciuitatis/vt cū fiducia veniat ad nos: mihil dubitans. Quod quū fecisset: statim eps cum muneribus occurrit eis. Childebertus autem postulauit sibi dari ab ep̄o reliquias beati Uincentij. At ille dedit stolā eius. Memoriati ergo reges acquisita maxima parte Hispanie cum multis thesauris ⁊ spolijs reuersi sunt. Et Childebertus ecclesiam beati Uincentij Parisijs edificauit. Horūq; post dutinā infirmitatē sepultus est ibi. Clotildis aūt regina bonis operibus pollens apud vrbem Turonicā plena dierū migrauit ad dñm. Delatumq; fuit inde corpus eius cum magno honore Parisios a filijs eius Childeberto ⁊ Clotario sepultā iuxta virum suum Clodoueum.Exercitus frā coꝝ iterū ruit i Hispaniam. Beati Uincentij edes Apō parisios cui diuersi germani ō ꝓtis i diez hodiernuz manet appellatio.

¶ De regibus Persarum ⁊ quot annis singuli eorum rexerunt. Ca.iij.

Ꝓro regni Persarum

transferre se ad alterū locum posset: sed mira dei potentia cateruā hostilē sisteret. Cessante itaq; nimbo sctūs Anian⁹ ad Attilam p̄o ppl'o sibi commisso rogaturus accessit. Sed a perfido sp̄retus contrario ciuitatis claustro se retulit. Posterā die apertis portarum repagulis: Attile proceres vrbem ingressi sunt. sorteq; ad diuidendum populum missa: plaustra onerabāt de populi substātia. Quumq; sanctus populum admoneret vt nec sic de deo desperarent repente more prophetico translatus est a domino ad locum vbi Agetius (seu ſm alios Aetius dictus patritius) qui rempublicā in Gallijs gubernabat cum exercitu suo: et pariter cuz Thorsomondo rege Gothorum degebat. Itaq; militi aulico ostensus ait. Vade dic filio meo Agetio: q̄ si hodie ad ciuitatem adesse distulerit veniendo: iam crastino nihil proderit. His dictis statim recessit. Quumq; miles Agetio nuntium retulisset: ille letus de victoria iam securus diuina reuelatione commonitus: vna cum Thorsomondo et suo atq; Gothorum exercitu concitus Aurelianum pergit hostes imperatos reperit: magnamq; stragem super eos exercuit. Itaq; Hunnorum alij succubuerunt gladijs: alij timore coacti tradebant se gurgiti Ligeris finem mortis sortituri. Sanctus vero Anianus bona p̄o malis reddens: plures per p̄eces suas eripuit: quos coram se cruciandos aspexit. Letabatur autem in christo quod nulla ex suis ouibus defuisset e numero: nisi qui de domino desperassent contra eius p̄ceptum: et se populo barbarico tradidissent. Prostrata igitur acerba barbarie: tanta vbertas frugum in Aurelianorum tellure surrexit: vt dupliciter populus exultaret in domino: de erep̄tione impie ferocitatis: et de diuine gr̄e largitatis. Hic sanctus quum factus episcopus Aureliane ciuitatis ipsius menia ingressurus esset: petijt ex Aggripino qui militibus p̄erat: vt oēs quos p̄ varijs criminibus in carcere tenebat inclusos: ob gratiam sui introitus redderet absolutos. Quod quum ille resistendo omnino negaret: lapis magni p̄deris ab alto cecidit: eiusq; verticem lesit. Qua percussione p̄stratus: et famulorū manib⁹ ad domū deportat⁹ p̄o p̄ria: cōcitissime agnouit q̄ō idcirco plaga sup eū descēderat: q; q̄ vir dei postulauerat p̄stare noluit. Sed quū sanguis ex eius capite fluere non cessaret: et p̄dictus pontifex eū gr̄a charitatis visitaret: mox vt eius vulneri manu p̄pria signum crucis apposuit: triuū sanguinis stringens eum ab interitu liberauit. Et dum vnū correctū p̄o p̄ria oratione sanauit: p̄o reliquis quos ante petierat impetrauit. Idem sanctus quum ecclesiam quam p̄decessor eius beatus Onuertius fundauerat: altiori culmine pueueret: qui p̄erat artificibus de tecto corruēs / incurrit mortis p̄iculū: ita vt oi quassato corpore. vix yltimo spiritu palpitaret. Sed sanctus dei sacro signo crucis oratione sanitati restituit.

§. VII. De passione vndecim millium virginū.

Historia §f. milliū virginū

Vrsule cū socijs. Hoc loco chronicoz suorum Sigisbertus describit harū passionē: q; sub Hunnis passe sunt: qui isto tpe maxime inualuerūt in terra. Sed longe ante ex historia eaz apparet eas passas. Nam et ipsi Hunni etiā longo ante tpe ceperūt sua loca originalia deserentes per orbē discurrere. Igitur quū sancta Ursula vnica filia esset Dionoti nobilissimi et ditissimi Britannoz p̄incipis: pulcherrima et magni ingenij: dū nubilis a filio regis Anglie ad nuptias peteret: et patrē suum valde christianum super hoc anxiari videret: tū q; filiam suā deo deuotaz ad nubendum cogere rationi consonū non erat: tum contra q; non assentiendo pagani feritatē expauescebat: ipsa diuinitus inspirata patri suasit vt tyrāno assentiret. ea tamē cōditione ppo sita: vt ipse filius regis Anglie decē virgines etate forma et genere electas sibi traderet: et tā sibi q̄ singulis earū mille virgines adiungeret. et paratis ad numerū ipsarum vndecim triremibus. i. nauibus indutias triennij sibi daret ad dedicationem sue virginitatis. Et ipse iuuenis sponsus ijs tribus annis instrueret in fide. Nouo vsa consilio spiritussancti: vt aut difficultate ppositе conditionis animum eius a p̄posito huiusmodi auerteret: aut hac opportunitate omnes coetus suas secū deo dicaret. Quia vero res a domino agebatur: iuuenis omnibus p̄positis assensit: et patrem ad idem induxit. Et baptizatus sponsus omnia petita accelerari mādauit: et virgines ad Ursulam sponsam destinauit. Cui pater virginis accepto consilio / ordinauit vt filia sua viros haberet directores: quorum suffragio ipsa cum virginibus gubernaretur in spiritualibus et temporalium necessitate. Confluebant hinc inde multi ad tam mirum spectaculum: etiam episcopi. Inter quos fuit Pantalus Basiliensis episcopus qui eas Romam vsq; perduxit: et inde reuersus cum eis martyrium sumpsit. Sancta quoq; Gerasina regina Sicilie: et soror Darie matris sancte Ursule / re sibi nuntiata / cum quatuor filiabus et parulo filio Hadriano relicto regno in manu filij illuc pergens: se eis vsq; ad martyrium sociauit. Triremibus igitur et sumptibus p̄paratis recedēs de Britannia hoc collegiū sacratissimum Coloniam ciuitatem applicuit. Ibiq; Ursule reuelatum est a domino per angelum quod Romam pergerent. indeque illuc reuertentes ipsa cum sponso suo et omni societate per martyrium ad gloriam peruenirēt. De Colonia ergo ciuitate ad Basileam nauigio venientes: abinde Romam pedestres applicuerunt. Quas omnes papa Cyriacus et Clerus cum letitia et honore suscepit: qui et ipse de Britannia erat et consanguineas inter illas nonnullas habebat: et ipse virgo existens. Ei autem reuelatum est quod martyrij palmā cum eis esset consequuturus. Quū ergo aliquādiu Rome morā traherēt: fecit papa Cyriacus aliquas nondū baptismi gratiā p̄sequutas sacro fonte lauari. Demū manifestās voluntatē suā coram omni clero suo papatui renūtiauit: quū anno vno rexisset eccl'iam: et mensib⁹ circiter trib⁹: nonus decim⁹ post Petrum apostolū. Qō nimis egre clerus accepit: vt relicta sede Petri post illā multitudinem pergeret mulierum nescientes consilium domini. De consilio tamen et suasione sua alium elegerunt Antherum nuncupatum: de catalogo pontificum illum Cyriacum remouentes. Quū aūt dictum sacrū collegium Rome maneret duo iniqui p̄incipes Maximus et Aphricanus gentiles timentes ne ex tanta multitudine fidelium ad quam et alij iungebantur: nimis christiana religio augeret: exploratо loco quo tenderent: miserūt nuntiū ad Julium cognatū suum p̄incipē regis Hunorū: vt quū Coloniā applicarent: illuc applicās totā illā multitudinē trucidaret. Egress⁹ igitur de vrbe beatus Cyriacus papa cum dicta multitudine virginū. ac etiā associatis eis pluribus epis sanctis: Coloniam p̄ficiscebatur. Interea sponsus Ursule Ethereus: mīe ei⁹ christiana effecta: ac etiam patre iā defuncto: in regno succedēs admonit⁹ est ab angelo / vt sponte Colomā occurreret: et ibi cū ea martyriū sustineret. Sed tā iuuenis fidelis effectus diuinā gratiā ita gustauerat: vt spretis carnalibus nuptijs celestes appeterent: et mori p̄o xp̄o sibi optatissimum foret. Montis igitur angeli acquiescens cū mīe et sorore Florētina: et epis Clemēte et Marculo cū nepte sua et alijs multis Coloniā deo disponente ex vna pte: et Ursula cum Cyriaco papa: et .xi. milibus virginibus ex alia simul applicuerūt. Ad quas egressas de nauibus Hūni qui tūc Coloniā obsidebāt: vt lupi in oues oēs illud sacrū collegiū martyrio ad celū transmiserūt. Alijs aūt occisis: veniētes ad Ursulā stupētes de eius pulchritudine / p̄ncipi suo obtulerūt viuā. Cuius pulchritudinis amore captus: et consolatus de virginum occisione p̄misit eā in coniugium se habiturum si ei assentiret. Qō in illā recusantē tyrannus indignans sagitta in eā directa / martyrem fecit. Inter illas autem fuit vna Cordula dicta que timore humano deuicta: remānsit illa nocte in naui. Sed a deo confortata die sequenti se manifestans occisa est. Que postea cuidā apparuit: mādās vt die sequēti fieret festū de ea. Passe sunt aūt ſm alios anno dñi ccxxvij. tempore Antheri pape et Maximiani imperatoris. Et si dubiū sit de tempore passionis: nullo modo dubitat ecclesia de martyrio earum.

¶ De regno Longobardorum. Capitulum.ix.

Vlorū qui postea patria lingua Longobardi a lōgis barbis vocati sunt: ſm Vincen. in specu. histo. lib. xvij. certā quidē originē legimus: sed certū originis tēpus eorum nō inuenimus. Nā reges regnasse super eos legimus: quorū etiā nōa didicim⁹. Sed annos regni eorū p̄ tpa distinctos non inuenimus. Hi in Scandinauia Scythie insula degentes: quū ita multiplicati essent vt eos terra sua capere nō posset: egressione tertie ptis minuere multitudinē consilium habuerūt. et quina exire deberent missa sorte quesierunt. Tertia ergo pars Virulorum seu Lōgobardorum prout missa sors elegerat: ducibus Agion et Ibor Scandinauia insula egressi de loco in locum ibāt incerti et vagabundi: et multis sepe bellis impetiti. Viriliterq; quia p̄o anima res erat illis: salutem libertatemq; suam defendebant. Porro Agion et Ibor mortuis regnauit primus super eos Agelmundus. xxxiij. annis. Qui dum ageret se iusto securius: a Bulgaribus cum multis suorum est extinctus. Lamissio regnauit scōs sic dict⁹: eo q; a lama. i. voragine fuit extract⁹. Nā cū materei⁹. vij. vno p̄tu enixa quū eos in piscinā p̄oiecisset: et rex Agelmundus iter faciens eos pasta reuoluerent: is scz Lamissio fortiter hastā ei⁹ tenuit: p̄pter qō inde leuatus et ab eo nutrit⁹ eo virtutis p̄cessit: vt in regno ei succederet: et necē eius in Bulgares vltus sit. Lethu tertius. Wildeoch quart⁹. Gudeoch quintus

mulier vno p̄ tuscepē pepe rit.

fuit. Ex quo autē Rugilā profecti sunt: vsq; ad annos qua-
draginta. talis fuit rerum gestarū eorū cōsequētia. fm. Si-
gisbertū. Sub Gudeoch ⁊ filio eius Claffone rege sexto in
Rugilā habitauere. Sub Tattone septimo rege in campis
Affeld habitauerunt. vbi tertio anno Rodulfo Herulorum
rege Tattone peremptore: et regno Herulorū destructo: Lon
gobardorum creuit potentia. Tattonem Uuasco peremit:
et regnū octauus obtinuit annis quadraginta fm chroni.
Filiūq; suū Ualtrarith successorē regni relinquit: q regna-
uit annis septē. Post hūc Audoin decem et septem annis.
Albuinus filius eius annis xxxj. scz. xxv. in Pānonia. et sex
in Italia. Cleph quob⁹. post quez fuerūt sub duobus annis
decē. Post hec Aucthari regē statuerunt. Quē ob dignita-
tē Flauiū nuncupauerunt. a quo deinceps oēs Longobar-
dorum reges Flauij nominati sunt. Huicanm sex annotan
tur. Agilulphus annis viginti quinq;. Adaloaldus filius
eius annis quinq; Ariperth annis nouē. Huius filij de re-
gno contenderunt vno anno. Quorum Godobertum Ber-
moardus dux Taurmatium dolo peremit: eiusq; regnum
arripuit: et sororem eius duxit vxorē regnans annis nouē.
Post hūc Pertaricalcus filius Ariperth annis decēseptē.
Cuniperch filius eius annis. xij. Cui successit filius eius
Linthperth habens tutorē Ausprandū. Quē Regūbertus
dux Taurinensium bello superauit: et regnauit anno vno.
quo mortuo Ariperth filius ei⁹ annis nouem. cū quo filius
Ausprandi conflixit. eoq; fugiente et in fluuium demerso
regnum recepit. Sed eo post tres mēses mortuo: Linthpra
dus filius eius regnauit annis triginta duobus. Rascis se-
ptem. Quo monacho effecto: Aistulphus frater ei⁹ septem
annis. Quo iudicio dei percusso: Desiderius regnauit an-
nis decem et octo. In quo deuicto et capto Ticini id est pa
pie a Carolo magno finitum est regnum Longobardorum:
et liberata Italia de manibus eorum. Sed de ijsque sunt
gesta ab his et precipue Totila qui fuit rex eorum: ple-
nius dicetur inferius.

Extinctus est regnus Longobardorum. Ca. x.

Longobardi sub Alboino in Italiam transeunt.

Sub Clepho Longobardi Italiam occupant.

Sub Auctharo Longobardi Flauij nominati sunt.

Sub Agilulpho Longobardi Italiam occupant.

Sub Ariperth Longobardi Italiam occupant.

Sub Pertaricalco Longobardi Italiam occupant.

Sub Cuniperch Longobardi Italiam occupant.

Sub Linthperth Longobardi Italiam occupant.

Sub Rachis Longobardi Italiam occupant.

Sub Aistulpho Longobardi Italiam occupant.

Sub La pie a Carolo magno finitum est regnum Longobardorum: roloma et liberata Italia de manibus eorum. Sed de ijsque sunt gno. gesta ab his et precipue Totila qui fuit rex eorum: ple-
nius dicetur inferius.

¶ De psequutione facta in aphrica ptra xpianos. Ca. x.

Quia inter barbaras nationes: que cuz regibus suis insurrexerunt ex diuersis locis contra Romanū imperiū et contra veros fideles: fuerunt Uuandali: de quoz origine dictum est supra: qui mouerunt magnā psequtionem contra ecclesiam in Aphrica: nunc de ea plenius videndum. Honorius itaq; succedens in regno Uuandalorum in Aphrica patri suo Genserico in primordio regni vt habet subtilitas Barbarorum: cepit mitius et moderatius agere: et maxime circa religionem christianam. et vt narrat Uincentius in specul. histo. lib. xxj. cap. lxxuij. vt se religiosum ostenderet: solicitus querebat hereticos Manicheos: ex quibus incendit multos: plurimos autem deuexit nauibus transmarinis quos pene omnes Manicheos sue religionis inuenit: et precipue presbyteros et diacones Arriane hereseos. Unde magis erubescens amplius in illis exarsit. Dedit autez licentiā zenone imperatore atq; Placidia per edicta libri rogantibus: vt Carthaginēsis ecclesia sibi quez vellet epm ordinaret. que iam per viginti quatuor annos tali ornamento fuerat distituta. Destinauit ergo p notarium suum edictum quod publice legeretur. vt iuxta petitionem zenonis imperatoris/ecclesia Cartaginensis proprium sue religionis habere episcopum. Quod duz edictum presentibus nobis ecclesie legeretur: cepimus gemere eo quod mediantibus dolis malorum futura esset persequutio preparata. Et ita legato respondim⁹. Si ita est: interpositis his cōditionibus periculosis: ecclesia non vult epm habere. Gubernet eā christus q̄ semp dignatus est gubernare. Quam suggestionem legat⁹ accipere neglexit. simul et populus vt tunc fieret vt ignis exarsit. cui⁹ erat clamor intolerabilis vt nulla posset ratione sedari. Ordinato itaq; Eugenio epo viro sctō deoq; accepto sublimis nata est letitia: et gaudius cumulatū eccle dei. exultat multitudo catholica sub barba ra natione de ordinatiōe pōtificis reparati. Cepit enim vir dei ille per cōuersationē bonā venerabilis et reuerēdus ha beri: ijs etiā q̄ foris sunt. ⁊ ita esse oib⁹ grat⁹: vt si fas esset: aiam suā p vniuersis ponere eū delectaret. Pecunia apud eū nūq; māsisse. pbat: nisi forte tali hora offerretur: qū sol diei explicās cursuz nocturnis tenebris ordinē daret. ⁊ loculis trū reseruabat quātū dei sufficeret: nō q̄tū cupiditas expetisset: deo nro q̄tidie subinde ingēria ⁊ maiora donāte.

Eugenius ordinat epūs carthaginē sis.

§. I. Sed quum fama eius esset

vbiq; celebris atq; manifesta: ceperunt Arrianoz epi inuidia graui rorqueri. quotidianis et precipue cyrilleis eū calumnijs infectantes. Quid plura? Suggerunt regi de illo q̄ in suo nequaq; sederet throno: nec dei verbum ad populū faceret consuetum. Deinde quoq; mares vel feminas in habitu barbarico incedentes in ecclesia conspici prohiberet. Ille respondit vt decuit. Domus dei omnibus pater. intrantes nullus poterit repellere. ⁊ maxime quia ingens fuerat multitudo catholicorum nostrorum in habitu illo inceden tium: ob hoc quod domui regie seruiebant. At vbi ab homine tale accepit respōsum: statuit in portis ecclesie collocari torzores. Qui videntes femina vel masculum incedentes in specie sue gentis illico palis minoribus dentatis electis in capite crinibusq; in eisdē collocatis: ve pementius stringentes simul cū capillis omnem pelliculam capitis auferrebāt. Nonnullis dum hoc fierent: statim oculos amiserunt. Alij ipso dolore defuncti sunt. Mulieres vero post hanc penam/ capitibus pelle nudatis precone precunte per plateas ad ostensionem ciuitatis ducebantur. quod sibi que magis patiebantur lucrum maximum computabant. Quorum plurimos nouimus nec scimus aliquem eorum tunc a recto itinere destitisse. At vbi isto modo fidem infringere non valuit: alium cogitat vt nostre religionis homines in aula eius constituti nec annonis nec stipendijs solitis potirentur. Addidit quoq; ⁊ laboribus eos conterere rusticanis ⁊ dirigit viros ingenuos ⁊ admodum delicatos ad campum vticensem: vt sub ardentis solis incendio cespites messium secarent. vbi omnes cum gaudio pergentes in domino letabantur. In quorum contubernio quidam fuit aridaz habēs manū: que per annos quamplurimos nullum ei prestiterat obsequium. qui quum veraciter se excusaret operari nō posse: magis violenter iussus est pergere. Sed vbi ad locum vē tum est: ⁊ presertim pro eo orando omnes ingemuerunt: pietate ouina illa arida incolumis confestim restituta est manus. Hinc iam Honorici persequutio doloris atq; parturitionis nostre sumpsit initium. Ipse autem Honoricus qui sese iamdudum bene ostenderat: desiderans post obitum suum filijs quod contingit, regnum statuere Theodoricus fratrem filiosq; eius cepit crudeliter insequi. quorum nullum dimitteret nisi ei moz desideriū sui volū tarē auferret. Primo sciens vxorem dicti fratris Theodorici astutam: credo ne forte maritum aut maiorem filium: quia prudens et sapiens videbatur/consilijs acrioribus aduersus tyrannuz armasset: crimine impositio gladio eaz interfici iubet. Post ea occiditur ⁊ ille filius magnus literis institutus. cui fm ci ius institutionem Genserici eo quod maior omnibus esset: regnum inter nepotes maxime debebatur. Accenditur adhuc tas. crudelius aliquid perpetrare: adstante vulgo in media ciui tate pro gradibus platee noue epm sue religionis nomine Jocundum quem patriarchā vocitabant: precepit incendio concremari: ob hoc q̄ in domo Theodorici germani regis acceptissimus erat cuius forte suffragio memorata domus regnum poterat obtinere tūc etiā Gentinū maiorē filium/ cum vxore nomine Gondagis absq; solatio serui ⁊ ancille crudeli exilio delegauit. Fratrem vero Theodoricum post occisionē vxoris ⁊ filij: nudū atq; destitutū similiter exiliauit. Post cuius mortem filiū qui superat infantulū: duasq; filias eius adultas impositas asinis longus affligēdo proiecit. Sed ⁊ comites nobiles cōplures gētis sue obiectiōib⁹ falsis infectans: ob hoc q̄ germano fauerēt: alios gladio iugulauit: alios incendit. Imitator existens Genserici fratris qui sui fratris vxorem ligato pondere lapidū in Ausagam fluuium circensem fecilosuz iactādo demersit: ⁊ post necem matris etiam filios interfecit. Sed ⁊ multos ei Genserius moriens sacramento interposito p̄mēdauerat: quos ille im memor: fidei/ ⁊ sacramenti violator: diuersis penis ⁊ incēdio trucidauit. Nam Heldicum quē pater posuerat p̄positū regni: iam annosum atq; veteranum cum dedecore capite trūcauit: eiusq; vxorē cū alia nose Cheuarica i medio ciuitatis incendit. Quarū corpora per vicos ⁊ plateas trahi mandauit que tota die iacentia rogatus a suis episcopis vix vespere sepeliri concessit. Hec per quinq; vel amplius perpessi sunt annos: quib⁹ hec supplicia sufficere poterant ad eternam mercedez: si catholici fuissent ⁊ fidei sue memorata ista proferrent. Sed ⁊ istud silere nequuimus: vt impietas regis etiam in suis minime sileretur: qui non solum episcopū suum Jocundum flammis adussit: sed etiam presbyteros ⁊ diacones suos. i. Arrianos: qualis ille erat: ch plurimos incēdit: ⁊ insuper bestijs mancipauit.

§. II. Amputatis igitur in breui

omnibus quos timebat: ⁊ solidans sibi vt putabat regnum quod breue fuerat ⁊ caducum: ex parte odiosus atq; secur⁹: vniuersa tela furoris in persequutiones ecclesie catholice vt leo rugies cōuertit. Ante persequutionis tū tempestatē/ multis precuntibus signis ⁊ visionib⁹ imminēs demōstratum

Uisa p-
sequu-
tionem
aphrica
nos po-
stéria.

tū fuit malū. nā ferme ante biennium q̄ fieret: vidit quidā Fausti ecclesiā solito in ornatu fulgētē. ⁊ dū lectaret cando-re tanti fulgoris cereiscq; fulgēribus: subito luminis illius extinctus est fulgor. ac tenebris succedētibus aduersarius naribus natus est fetor. ois illa albatorū turba q̄ visa fue-rat in ecclesia expellentibus quibusdā ethiopibus minata est foras. Uidit ⁊ quidam presbyter basilicā dicti Fausti re-fertam turba innumerabilium populorum: ⁊ post paululū euacuatā ⁊ repletam multitudine porcorum atq; caprarum. Quintinianus quoq; venerabilis episcopus vidit se supra quēdam montem stare: de quo conspiciebat gregem innu-merabilium ouium: ⁊ in medio gregis due erāt olle nimium bullientes. Aderant autem ouium occisores: quarum car-nes ollis bullientibus demergebant. Et quū ita fieret: om-nis illa multitudo ouiū cōsumpta est. Reor ego illas duas ollas succensas. Succesam et Larensem duas esse ciuita-tes: in quibus multitudo prima fuit congregata: ⁊ a quib⁹ incendium initium sumpsit. Aut honoricum regem et Li-rillam episcopū eius. Quid vltra? Cēset primo tyrānus ius-sione terribili: vt nemo in eius palatio militaret: neq; age-ret actiones: nisi se Arrianum fecisset. Quorum ingens nu-merus vigore inuicto ne fidem perderet/militiaq; tempora-lem abiecit: quos postea domibus proiectos: oiq; substan-tia expoliatos/in insulis Gardiniam ⁊ Siciliam relegauit. Quod etiā statuere p totā Aphricā festinauit: vt nostrorū episcoporū defunctorū fisci sibi substātiam vēdicaret. Qui autē defuncto succedere poterat: nō ante ordinaretur: nisi prius fisco regali quingentos solidos obtulisset. Sed hoc edificium vbi cōstruere nisus est diabolus: statim illud de-struere dignatus est christus. Suggerūt enim ei domestici sui dicētes. Si illud seruauerit preceptio vestra: nostri epi-scopi in partibus Thracie et alijs regionibus cōstituti: pe-nā incipient pati. Precepit deinde sacras virgines cōgre-gari dirigens Uandalos cum sue gentis obstetricibus ad inspiciēdū ⁊ cōtrectādum cōtra ius verecundie et pudoris vbi nec matres aderāt: nec aliqua catholica matrona: cre-mātes graui suspēdio atq; ingētia pōdera pedib⁹ colligan-tes. Laminas quoq; ferreas ignitas dorso: ventri: māmil-lis: laterib⁹ apponebāt: quib⁹ inter supplicia dicebāt. Dici-te q̄ episcopi vobiscū concumbūt: et cleri vestri. Quarum acerbitate penarum plurimas scimus tunc extinctas. Alie que remanserunt cunctis arescētibus facte sunt curue. Ni-tebatur enim semiram inuenire: per cuius aditus publicam sicut fecit faceret persequutionē. Et ita factēs nullo modo inuestigare potuit quo modo christi ecclesiam macularet.

§.III. Quibus autē prosequar

fluminibus lachrymarum: quādo episcopos: presbyteros: diacones: ⁊ alia ecclesie membra ad quatuor milia nongen-tos septuaginta quinq; ad exiliū heremi destinauit? In qui-bus erāt podagrici plurimi: alij per etatē annosam lumine priuati tēporali in quorum erat numero Felix habirtan⁹ eps habēs iam in episcopatu. xliij. annos. qui paralisi mor-bo percussus nec sentiebat quicq̄: nec loquebatur. de quo nos maxime cogitantes q̄ non posset iumēto portari: sug-gessimus vt a suis repeteretur: vt saltem eius propere mo-rituram Carthagini esse iussisset: eo quod ad exilium nulla ratione posset perduci. Qui ita fertur tyrānus cum furore diriisse. Si animali sedere non potest: iungantur boues in-domiti: qui eum colligatum funibus trahendo perducant quo ego precepi. Quē ex trāsuerso super burdonē vinctum quasi quēdam ligni truncū toto itinere portabamus. Con-gregātur vniuersi in Succesam et Larēsem ciuitates: vt il-luc occurrētes Uauri sibi traditos ad heremū producerent. Superuenientes igitur comites duo: subtilitate dānabili blādis sermonibus cum dei confessoribus agere ceperunt. Quid vobis inquiunt (videtur vt ira pertinaces sitis: vt do-mini nostri preceptis minime obtemperetis: qui esse poteri tis in conspectu regis honorabiles: si eius festinetis facere voluntatem? Statim illis ingenti vociferatione clamantibus christiani sumus: trinitatem in vnum deū inuiolabiles⁊ confitemur. includūtur grauiori quidem: sed adhuc latiori custodia: vbi nobis copie dabantur et introire ac verbum admonitionis fratribus facere ⁊ diuina mysteria celebra-re. Ibi ⁊ infantuli fuere q̄ plurimi: quos genitrices mater-no sequebant affectu: alie gaudentes: alie retrahētes. Alie gaudebant se martyres peperisse: alie moliendo diluuio re baptizationis nitebātur a confessione fidei renocare. Nul-lum tamē tunc blandimenta vicerunt: nec carnalis pietas aliquem inclinauit ad terram. Nam quedam que tunc fece-rit breuiter delectat referre. Dū enim iter ageremus cū dei exercitu comitātes: ⁊ forte magis noctibus promouerem⁹ propter solis ardorem: conspicimus mulierculam sacculū et alia vestimēta portantē: manu infantulū vnū tenentem: atq; his sermonibus cōsolātem. Curre domine me⁹. Uides vniuersos sanctos quomodo pergunt ⁊ festinant hilares ad coronam. Quam quum nos increpamus quod importuna videretur: aut viris pro seruo iungi aut exercitui christi so-ciari, respondit. Benedicite benedicite: ⁊ orate pro me ⁊ isto nepote paruulo meo cum quo ad exilium pergo. Non inue-niat eum solum inimicus: et a via veritatis reuocet ad mor-tem. Ad hec verba repleti lachrymis/nihil dicere valuimus: nisi vt fieret voluntas dei.

§.IIII. Sed vbi aduersarius

q̄ iā forte vicebat. Partibor spolia: replebo animā meā: in-terficiā gladio meo: dominabit manus nullus potuit occu-pare. requirit angusta ⁊ teterrima loca in quorū cōclauib⁹ dei exercitū coarctaret. Tūc eis etiam visitationis humane negata est cōsolatio. Puniunt: ⁊ fustibus grauiter affligū-tur. Iactant cōfessores christi angustia coarctāte vnus su-per aliū vt agmina locustarū: ⁊ vt ppie dicā vt preciosis-sima grana frumētorū. In q̄ cōstipatione secedēdi ad natu-rale officiū nulla ratio sinebat loci: sed stercoris ⁊ vrine vi-gēte necessitate ibidē faciebāt vt ille tūc fetor ⁊ horror vni-uersarū gēa penarū superaret: ad quos aliqū datis ingenti bus munerib⁹ a mauris dormientib⁹ Uandalis vix clam admissi sumus intrare. Qui introeuntes veluti in gurgite luti vsq; ad genua cepim⁹ mergi. illud tūc hieremie viden-tes completus. Qui nutriti sunt in croceis: amplexati sunt stercora sua. Quid multa? precepti sunt vndiq; perstrepē-tibus Mauris ad iter vbi destinati sunt preparari. Exeun-tes itaq; die oīca limina habētes vestimenta stercoribus ⁊ facies simul ⁊ capita: a Mauris tū crudeliter minabantur: hymnū cū exultatione domino decātantes. Hec est gloria in omnibus sanctis eius. Aderat enim tūc ibi beatus pon-tifex Cyprianus Uuindiziliēn. episcopus consolator egre-gius: qui singulos pio ⁊ paterno fouebat affectu: non sine fluminibus currētiū lachrymarū: paratus pro fratrib⁹ ani-mā ponere: ⁊ se vltroneū si dimitteret passionib⁹ tradere. qui totū quod habuit egētibus fratribus in illa necessita-te tunc expēdit. Querebat eñ occasionē qualiter cōfessori-bus sociaretur ipse animo ⁊ virtute confessor. Qui postea per multos agones ⁊ squallores carceris in exilium quod desiderabat cum exultatione perrexit. Quante ⁊ tunc mul-titudines de diuersis regionibus ⁊ ciuitatib⁹ ad videndos dei martyres cōcurrerunt populorum: testantur vie vel se-mite que agmina visentium nequaq̄ capiebant. per verti-ces montium et valles concurrentes turba fidelium inesti-mabilis descendebāt: cereos in manibus gestantes: suosq; infantulos vestigijs martyrū obijcientes ita voce clama-bāt. Quibus nos miseros relinquitis dum pergitis ad co-ronā? Qui hos baptizaturi sunt paruulos fonte aque per-ennis? Qui nobis penitētie manus collaturi sunt: ⁊ recon-ciliationis indulgētia obstrictos peccatorū vinculis solu-turi? Uobiscum ⁊ nos libeat pergere si liceret: vt tali modo filios a patrib⁹ nulla necessitas separaret. In his vocib⁹ ⁊ laudib⁹ null⁹ iā pergere admissus est cōsolator: sz attrahe-bat multitudo ad currendū: vt vbi tūc nauis erat preparata laboriosam caperet mansionem. Quorū quū senes defi-cerēt: ⁊ alij forte etsi iuuenes delicati: ceperūt primo hasti-lij cuspidibus ad currēdū ⁊ lapidib⁹ tundi. vñ magis defi-cientes amplius lassabant. Post vero imperatū est Mau-ris: vt q̄ ambulare nō poterāt: ligatis pedibus veluti cada-uerīs alialis mortui traherent p dura ⁊ aspera loca. vbi pri-mo vestimēta postea mēbra singula carpebant: q: per gla-dios acutos petrarū huic caput conterebat: alij latera scin debant. ⁊ ita inter trahentiū man⁹ spūs exhalabant. quorū numerū colligere nequaq̄ valuimus multitudine coercen-te. Reliqui vero habiliores ad solitudinis loca perueniūt: in quib⁹ collocati horden ad vescēdū vt numēta accipiunt. vbi etiā venenatorū aialiū atq; scorpionū tāta esse dr̄ mul-titudo: vt ignorantib⁹ incredibilis esse videat. q̄ solo flatu etiā pcul positis veneni virus infundat. Scorpione autem percussum nullū dicūt aliqū euasisse. quorū feritas virulēta vsq; ad presens christo defendēte: nulli seruor⁹ ei⁹ nocuisse docet. Sed quū alij alunt hordeaceis granis: postea ⁊ hoc ablatū est quasi non posset deus qui manna pluit patribus in deserto: pascere ⁊ nunc tali exilio mancipatos.

§.V. Cogitat ille seuissimus ty-

rannus Honoricus aduersus ecclesiā dei: vt qui mēbra ali-qua absciderat: totū laniādo perderet corp⁹. Nā die ascen-sionis dñi legato zenonis imperatoris rege non presente: legēdū media eccl'ia Eugenio epo dirigit preceptū tali te-nore cōscriptū. q̄ etiā vniuerse Aphrice veredarijs discur-

Cyprian⁹ nuseps

rentib⁹ destinauit. Rex Honoricus Uuandalorū ⁊ Alanorū vniuersis epis homousionis. Nō semel: sed sepi⁹ cōstat esse phibitum: vt in sortib⁹ Uuādalorū sacerdotes vestri quēt⁹ nō facerēt: ne sua seditione animas subuerterent christianas. Quam rem spernentes plurimi nunc reperti sunt contra interdictū missas in sortibus Uuandalorū facere asserentes se integram regulā fidei tenere. Et quia in quinquis nobis a deo concessis scandalum esse nolum⁹: ideo dei prouidentia cū consensu sanctorum epōrum nostrorū hoc nos statuisse cognoscite: vt ad diez kalēdarū Januariarū proxime futurarū: omissa omni excusatione formidinis omnes Carthaginē veniatis: vt de ratione fidei cū nris venerabilibus epis positis inire conflictū. et de fide homousionorū quam defenditis/diuersis scripturis ppie approbetis quo possit agnosci an integrā fidem teneatis. Huius autez edicti tenorē nos qui aderamus cognoscentes: simulcz legentes ingemuimus. eo qō future persequutionis furorē indicaret: et presertim vbi dixit. In prouincijs nobis a deo concessis. Tunc sancto Eugenio rationabile videbatur: si corū barbarorum suggerendo molliretur. Nitebaturcz regi suggere consortes sue religionis etiam transmarinos vocari debere agnoscat inquit) clementia regis nos disputationē legis cum adiutorio dei nullaten⁹ declinare vel fugere: sed sine vniuersitatis assensu non debere asserende fidei nostre causas assumere. Hoc autem agebat Eugenius: non quod deessent in Aphrica qui aduersariorum obiecta refellerent: sed vt illi venissent qui alieni ab eorum dominatu maiorem fiduciaz libertatis haberent: pariterez oppressionis nostre calumniam vniuersis terris ⁊ populis nunciarent. Ille ergo qui necrebat dolos audire noluit: rationes agens argumentationibus crebris: vt quoscunz episcoporum audierat eruditos: varijs infectationibus agitaret iam ad exilium Uimanensem Donatianum impositis .cl. fustibus miserat episcopos. necnon Subsecutensem presidum virum acutum. Tunc et venerabiles Mansuetū Germanum Fusculū et multos alios fugauit. Duz hec gerunt imperat vt nre religionis illorū mēsa nullū cōmunez haberet: necz cuz catholicis omnino vescerent. Que res nō eis prestitit aliquod beneficium: sz nobis maximū cōtulit lucrum. Sed quū ignis rez psequutionis accenderet: et flāma infestatis vbicz regis arderet: ostēdit dns quoddā miraculum. Fuit in eadē ciuitate scz Carthaginensi/quidam cecus cūctis pene notissimus noie Felix. Cui in somnis reuelatuz est a domino vt iret ad seruū suum Eugeniū epm: ⁊ illa hora qua benedixerit fontē vt baptizētur accedentes ad fidez: contingat oculos tuos: et lumen recipies. Qui primo et scōo admonitus: timēs illusionē fieri neglexit accedere: sed tertio apparēs grauiter increpauit. Qui subito data manu eum ducēri ad Eugenium accessit: visionem et iussionem exprimens. Quumcz Eugenius ex humilitate se excusaret: asserens se peccatorē: ille pia importunitate in petitione perseueranit. Cuius precib⁹ deuictus Eugenius accedit ad fontem baptismalē: ⁊ facta oratione cū ingenti gemitu: postea ait ceco. Jā tibi dixi frater homo peccator sum. Bz q̄ te visitare dignatus est, prestare dignet ꝺm fidē tuā. Et signo crucis facto super oculos visuz restituit. Rapit Felix inquiritur quō lumē recepit: et totū ex ordine narrat. Oō quū regi innotuisset: dicūt epi Arrianorū hoc Eugeniū per maleficia egisse. Et q̄ obnubilare non poterant cecitate illius notissima: voluissent si valuissent eum necare.

Felix cecus ab Eugenio visum recepit.

§. VI. Appropinquabat iam futurus ille dies calumniosus kalendarum ab eo statutus. Conueniūt nō solum vniuerse Aphrice: verumetiaz insularum multarum epi: afflictione et merore cōflicti. Fit silentium diebus multis quousqz peritos quoscz ⁊ doctissimos viros erinde separaret: calumnijs oppositis necādos. Nam vnū ex ipso choro doctorum nomine Letum strenuum atcz doctissimum virū post diuturnos carceris scalores incendio concremauit: existimans qō tali exemplo timorem religuis incuteret ⁊ lesuram. Tandem venitur ad disputationis conflictum ad quā elegerāt aduersarij. Uitantes igitur nostri vociferationis tumultus: ne forte post modum Arriani dicerent qō eos aliquis nostrorum oppresserit: delegant de se qui pro omnibus respōdeant decem. Collocat sibi Birilla cū suis satellibus in loco excelso superbissimū thronū adstantibus nobis. Direruntcz epi nostri. Ille tpe est tractāda loquutio: vbi superba nō dñaꝫ potestatis elatio. Conuersicz nostri Birille direrunt: propone quod disponis, Birilla dixit: Nescio latine. Nostri direrūt, episcopi. Semp te latine esse loquutū manifeste nouim⁹. m ō excusare nōdebes presertim q: tu huius reincendiū suscitasti. Si aūt nostrā fidē cognoscere desideratis: hec est veritas quaz tenemus. Regali essi imperio fidei catholice quā tenem⁹ / pcipimur reddere rationē: ideocz aggredimur pro nrarū virium mediocritate fidē auditorio quā credim⁹ ⁊ pdicam⁹ breuiter intimare. Et primū de veritate substantie pris et filij qō greci homousion dicūt: exponēdum nobis esse cognouim⁹. Jtacz patrem ⁊ filium ⁊ spūsctū ita in vnitate deitatis essecta profitemur: vt ⁊ patrē in sua ppietate persone subsistere: ⁊ deus filiū nihilominus in ppria extare psona: atcz spūsctū sue persone ppietatē retinere: fidelicōfessione fateamur. Non enim eū asserētes patrē quem filiū: necz filium confitentes qui pater sit aut spūsanctus: necz spūsanctum accipimus vt aut pater sit aut filius: sed ingenitum patrem: ⁊ de patre genitū filiū: ⁊ de patre ⁊ filio procedētē spūsanctum: vnius credimus esse substantie: vel vnius essentie: quia in geniti patris ⁊ geniti filij: ⁊ procedentis spiritussancti vna est deitas: tres vero personarū proprietates. Et quia contra hāc catholicam ⁊ apostolicam fidem heresis exorta nouitatem quādam induxerat: asserens filium nō de patris substantia genitū: sed ex nullis extātibus. i. ex nihilo eū substitisse. ad hāc impietatis professionē que cōtra fidē emerserat refellēdam ⁊ penitus abolēdam: homousion sermo grecus posit⁹ est: quod interpretatur vnus substantie vel essentie: significans filium ex nullis extāntibus nec alia substantia: sed de patre natū esse. Qui ergo putant homousion auferēdū: ex nihilo volunt asserе filiuz extitisse. Sed si ex nihilo non est: ex patre sine dubio est. Et recte homousion. i. vnius cuz patre substantie filius est. Ex patre autē esse. i. vnius cū patre substantie his testimonijs approbatur. dicente apostolo. Qui quuz sit splendor glorie ⁊ figura substantie eius. Et in euangelio christus. Ego in patre: et pater in me est. Et iterū. Ego ⁊ pater vnū sum⁹. qō nō tm̄modo ad vnitatē referr̄ volūtatis: sed ad vnā referr̄ eādemcz substātiam: quia nō dicit. Ego ⁊ pater vnū volumus: sed vnū sumus. Verum quia in filio duas fatemur esse naturas. i. deum verū et hominē: quicqd excellētis potētie sublimitatis de eo referunt scripture: ad memorandam eius diuinitatem tribuendum sentimus. Et quicquid infra honorem celestis potentie de eodē humilius narrant: non verbo dei: sed homini deputamus assumpto. vt illud. Pater maior me est. quod ad humanitatem refertur tantū. Et illud. Pater si fieri potest transeat a me calix iste ⁊c. Ceterū de spiritusancto dicit apostolus. Diuisiones gratiarum sunt: idem autem spiritus ⁊c. subdens. Omnia hec operatur vnus et idem spiritus diuidens singulis prout vult. vnde non dubie claret spiritum sanctum et deum esse et sue voluntatis authorez. Una itacz religio: vna glorificatio trinitatis: vt audiamus apostolus sicut audierunt Corinthij. Gratia domini nostri ⁊ charitas dei scilicet patris: et cōmunicatio sancti spiritus sit cū omnibus vobis. In singulari dicit. ad innuendū essentie vnitatem. Hec igitur est fides nostra euangelicis et apostolicis traditionibus/et omniū que in mundo sunt catholicarum ecclesiarum societate fundata: in quo per gratiam dei permanere vsqz in finem confidimus et speramus. Hic noster libellus quum legeretur oblatus veritatis lumen nequaqz sufferre cecis oculis poterant: insanientes vocibus infremerentes grauiterez ferentes quare nos nomine nostro catholicos direrimus. Statimcz mentientes suggerunt regi de nobis: quod strepitum fecerimus audientiam fugientes. Qui eadem hora accensus ⁊ credens mendacio festinauit facere quod volebat. Jācz conscriptum decretum habēs: et occulte cuz decreto per diuersas pronuncias suos homines dirigens: episcopis Carthagini positis vna die vniuerse Aphrice ecclesias clausit: vniuersamcz substantiam episcoporū ⁊ ecclesiarum suis episcopis scilicet Arrianis munere cōdonauit. nesciens quoꝺ quid loqueretur: necz de quibus affirmabat: legez quā christiani imperatores nostri contra eos ⁊ contra alios hereticos per honorificētiaz ecclesie dederant catholice: aduersum nos illi proponere nō erubuerunt: addentes multa de suis sicut placuit tyrānice potestati. Post hec edicta feralia veneno toxicato transuersa: iubet cunctos episcopos qui Carthagini erant congregari: quorum iam ecclesias substātiācz ⁊ domos ceperat in hospitijs spoliari: et spoliatos extra muros propelli: nō animal/non seruus/nō mutanda que ferebant vestimēta penitus dimittuntur. Addidit adhuc vt nullus quempiam illorum hospitio reciperet: aut alimoniā prestitisset. Qui autē miseretur. Sapiēter etiam tunc proiecti episcopi fecerunt: vt licet mendicantes inde non abirent: quia si recederent: non tantum violenter omnino reuocarentur: sed ⁊ mentirētur eos sicut mēriti sunt fugisse cōflictum: maximecz quia vbi reuertertēbatur iam nequaqz fuerat ecclesie substātia vel domibus occupatis. Dū ergo gementes in circuitu murorum

nudo

nudo sub aere iacerēt: factum est vt rex impius ad piscinas exisset. Cui vniuersi occurrere maluerūt dicentes. Ut quid taliter affligimur? pro quib⁹ malis forte cōmissis ista perpetimur? Si ad disputationē summus cōgregari: quare spoliati? Quare traducimur? Quare deferimur? Et sine ecclesijs/ꝛ domibus nostris extra ciuitatem fame ꝛ nuditate laborantes/medijs stercoribus volutamur? Quos ille rorans oculis aspiciens prius q̄ suggestionem illorū audisset: iussit super eos cuz sessoribus equos dimitti: vt tali violentia non solum possent conteri: verumetiam et necari: quorum multi tunc contriti sunt et precipue senes.

Honorici i christianos, eposim pietas.

§. VII. Deinde iubētur illiviri

dei ad quendam locum qui dicitur edes memorie occurrere: nescientes fraudem illis aptatam. quo quum venissent: charta eis ostenditur inuoluta. Diciturq̄ illis ita callidate serpētis. Dominus noster Honoricus licet doleat q̄ fueritis contemptores: vt adhuc voluntati eius obedire non tardetis: et eius efficiamini religionis cuius est ipse: nunc tamen de vobis bonum cogitauit. Si iuraueritis ita vt q̄ ista charta continet faciatis: dimittet vos ecclesijs ꝛ dom⁹ bus vestris. Ad quod vniuersi responderunt episcopi. Semper dicimus: et diximus: et dicturi sumus: christiniani sumus episcopi sumus. apostolicam fidem vnam et veram tenemus. Accelerauerunt quoq̄ illi a rege destinati scripture illis propalare tenorem: qui huiusmodi sermonibus fuerat coloratus. Sic enim calumniose series continebat. Iurate si post obitus domini nostri regis filium Wilberith de sideratis esse regem. Vel si nullus vestruz ad regiones trāsmarinas epistolas dirigat. Qui si sacramentū huius rei deberitis: restituet vos ecclesijs vestris. Cogitauit tunc multorum pia simplicitas contra prohibitionem diuinam iuramentum dare: ne in posterum dei populus diceret: quod vitio sacerdotum qui iurare noluerunt non fuerunt ecclesie restitute. Alij autem astutiores episcopi sentientes dolum fraudis: nequaq̄ iurare voluerunt: dicentes hoc prohibitū esse euangelica authoritate a domino dicente. Non iurabis omnino. Quibus ministri regis. In partē secedāt (inquiūt) qui iurare disponunt. Qui quum secederent: scribentes ad fuerūt notarij quid quis diceret: ꝛ ex qua ciuitate esset. Similiter factum est illis qui non iurauerunt. Statimq̄ pars vtraq̄ custodie mancipatur. Postea vero fraus que celabatur apparuit. Nam iurantibus dictum est. Quia contra preceptum euangelij iurare voluistis: iussit rex vt ciuitates et ecclesias vestras nūq̄ videatis: sed relegati colonias ad excolendum agrum accipietis. ita tamen vt non psallatis neq̄ oretis nec ad legendum codices manibus gestetis. Non baptizetis. non ordinetis. aut aliquem reconciliare presumatis. Similiter non iurantibus ait. Quia regnum filij domini nostri non optatis: idcirco iurare noluistis: ob quam causam iussi estis in Corsicam insulam relegari: vt ligna profutura nauibus dominis incidatis. Addiditq̄ bestia illa sanguinem sitiens innocentum: episcopis nondum ad exilia directis per vniuersas Aphrice prouincias vno tempore torrores crudelissimos destinare: vt nulla remansisset domus ꝛ locus vbi non fuisset vlulatus. vt nulli etati: nulli parceret ꝛ seruj: nisi ijs qui eorum succumberent voluntati. hos fustibus: alios suspendio concremabant. Mulieres etiam precipue nobiles/contra iura nature nudas omnino in facie publice cruciabant. Ex quibus vnam nostram Dionysiā curtim ꝛ breuiter nominabo. Quum igitur viderent eā barbari non solum audacem esse: sed etiam ceteris pulchriorē: ipsam primo nisi sunt fustibus aptare spoliatam. Que quū pateretur: diceretq̄. De deo sum secura. qualiter libet cruciate. verecunda tamen membra nolite nudare. amplius illi magis furentes celsiori loco vestimentis exutā constituūt: spectaculum eam omnibus facientes. Que inter ictus virgarum dum riuuli sanguinis toto iam corpore fluitarent: libera voce dicebat. Ministri diaboli quod ad opprobrium meum facere putatis: ipsa laus mea est. Et quum esset scripturarum diuinarum plena: aptatis arctata penis ꝛ ita iaz martyr alios ad martyrium cōfortabat: que suo sancto exēplo pene vniuersam suam patriā liberauit. Hec quoq̄ quū filium suum vnicum admodum adhuc tenere etatis ꝛ delicatum nomine Maiorizum/timore penarum formidolosum conspiceret: verberās eū nutribus oculorum ꝛ increpās auctoritate materna ita cōfortauit: vt matre fortior reddere tur. Memēto ait fili mi: q̄ in nomine trinitatis in matre catholica baptizati sumus. Nō perdamus indumentuz nostre salutis: ne veniēs inuitator vestem nō inueniat nuptialē: et dicat ministris. Mittite in tenebras exteriores. Illa pena timēda est q̄ nunq̄ finit. illa desiderāda vita q̄ semp habet. Talibus igitur solidans filiū verbis velociter martyrē fecit. Amplexāsq̄ illa hostiā suā quātū potuit voc⁹ dño gratias agens ad gaudium spei future in sua maluit domo sepelire. vt quoties super sepulchrū ei⁹ trinitati preces effunderet: alienam se a filio nunq̄ esse confideret. Sed ꝛ Dionysie germana nomine Datiua: atq̄ Leontia filia sancti Hermani episcopi: cognatusq̄ Datiue venerabilis medic⁹ Emelius: religiosus quoq̄ Certius confessione trinitatis preclarus: ꝛ Sibidensis eps Bonifaci⁹: quanta perrulerint quali busq̄ cruciatibus euiscerati sint: qui valet ex ordine dicat.

Dionysia prochristo passa.

Maiorici⁹ Dionysie filius.

§. VIII. In ciuitate Leusitana

nō valeo que gesta sunt nuntiare: quia ꝛ ipsam quantitatem martyrū vel etiam confessorum/homini impossibile est supputare. vbi quedam matrona auctrix sui nominis Victoria: dum in conspectu vulgi continuato suspendio cremaretur a marito iam perdito filijs presentibus/taliter rogabatur. Quid pateris o coniunx? Si me despicis: vel horum quos genuisti miserere. Impia paruulorum mater quare obliuisceris vteri tui: ꝛ pro nihilo ducis quos cum gemitu peperisti? Ubi sunt federa coniugalis amoris? vbi societatis vincula ob que inter nos dudum honestatis iure tabule conscripte sunt? Respice queso filios ac maritum. ꝛ regie iussionis festina implere preceptum: vt imminentia adhuc tormenta lucreris: simul ꝛ mihi doneris ꝛ liberis nris. Sed illa nec filiorum fletus: nec serpētis audiēs blādimēta: affectum oculorū altius eleuās a terra: mūdum cū suis desiderijs contēnebat. Quā quum iam cōtinuato suspēdio ausilis humeris etiam qui cruciabant aspicerēt mortuā: deposuerunt prorsus omni tempore graminatam. Que postea retulit quandam sibi virginem adstitisse atq̄ tetigisse membra singula ꝛ illico fuisse sanatam. Qualiter autem Adrumitane ciuitatis ciuem Victorianū tunc proconsulez Carthaginis predicē nescio deficiētibus verbis. quo in Aphrice partibus nullus ditior fuit. Qui etiam apud impium regem pro rebus semper sibi commissis fidelissimus habebatur: mandatur ei a rege familiariter. dicitur quod eum habiturus esset pre omnibus charum: si eius precepto faciles commodasset assensum. Sed ille vir dei missis ad se tale dedit cum fiducia magna responsum. Securus sum de christo deo ꝛ domino meo. Et hec regi dicatis. Subrigar ignibus. adigat bestijs. excruciet omni tormentorum genere. si consensero: frustra sum in ecclesia baptizatus. Nam si hec presens vita sola fuisset: et aliam que vera est non speraremus eternam: nec ita fecissem ad modicum temporaliter gloriādum: et ingratus existerem qui mihi suam fidem contulit creatori. Ad quod tyrannus excitatus quantorum tormentorum ꝛ quantis eum afflixerit penis: humanus sermo non poterit explicare. Qui tripudians feliciterq̄ consummans martyrialem coronam accepit. Quid Tambadensem ciuitatem gesta quis queat certamina martyrum explicare? vbi duo germani sibi securi de domino inuicem iurauerunt: vt rogarent torrores vt vna pena pariq̄ supplicio torquerentur. Et dum primo suspendio molibus lapidum pedibus alligatis tota die perderent: vnus eorum petiuit se deponi ꝛ sibi inducias dari. Cuius frater alius metuens ne fidem negaret: de suspendio clamabat. Noli noli frater non ita christo iurauimus. Accusabo te quum ante thronum eius terribilem venerimus: quia super corpus eius ꝛ sanguinem iurauimus vt pro eo inuicem patiamur. Ista dicens et alia/confortauit germanum ad prelium passionis. Qui clamans ingenti voce dicebat. Adhicite supplicijs quecunq̄ vultis: ꝛ penis christianos arctate crudelibus. quod frater meus facturus: etiam ego. Quantis iam laminis adusti sunt ignitis: qualiter singuli exarati: quibus cruciatibus torti/ipsa res docet quod eos ipsi torrores a sua facie proiecerūt dicētes. Istos imitatur vniuersus populus: vt nulli⁹ ad nostrā religionem penitus conuertatur. et precipue quia nulli horres: nulla penarum restigia in eis penitus videbantur. In Tracensi vero quod gestum est Mauritanie maioris ciuitate ad laudem dei dicere festinemus. Dum sue ciuitati Arrianum episcopum ex notario Cyrille ad perdendas animas ordinatum vidissent: omnis simul ciuitas euectione valida prorimam ad hispaniam confugit relictis paucissimis qui aditum non inuenerant nauigandi. Quos Arrianorum episcopus primo blandimentis: postea minis compellere cepit: vt eos faceret Arrianos. Sed fortes in domino/nō solum suadentis insaniā irriserunt: verūetiā publice mysteria diuina in domo vna cōgregati celebrare cepe rūt. Quod ille cognoscens occulte Carthagini relationem aduersus eos direxit. Que quum regi innotuisset: comitem quēdam cū iracundia dirigēs: precepit vt in medio foro congregata illuc omni puincia: linguas eorū et man⁹ dextras abscinderet radicitus. Sed spūsancto prestante ita loquuti

Victoria martyr.

Victorianus martyr.

De duobus fratribus martyribus.

Honoricus christianos, eposim pietas.

De istis sunt ꝛ loquunꝫ linguis absciſſis vt pri⁹. Et si quis incredu-
hꝫ i.l.ſ. lus voluerit esse: pergat nunc Cōſtantinopolim ꝛ ibi repe-
C. de of. riet vnum de illis subdiaconis reparatū. ob quam causam
Pfe. afr. venerabilis nimium in palatio xenonis imperatoris habe-
vbi di- tur ꝛ precipue regina magna cū reuerētia veneraſ. Bz ꝗs
cit Ju- cōgruo sermone possit esse qui aut coaceruare dignitates
ſtinia- penarū: quas ex iussu regis sui etiā ipsi Uuandali in suos
nus im hoīes exercuerunt? In Carthagine quoq; res hodie posita
perator in promptu demonstrat: alios sine manibus: alios sine ocu
Uidi- lis: alios sine pedibus: alios truncatis auribus: alioſq; vi-
mus ve deas nimio suspendio scapulis euulsis caput qꝫ eminere
nerabi- solebat in medio scapularū fuisse demersum. Nonnulli in al
les vi- tum suspensi ruptis funibus de illa altitudine suspensio-
ros ḡra nis ictu valido corruentes: plurimi arcem cerebri cum ocu-
dicitus lis amiserunt: alij cōfractis ossib⁹ statim spīm emiserūt alij
exciſis post paululum exhalauerunt. Et hec in p̄ſentia legati xeno
linguis nis imperatoris gesta sunt. Qui veniens Carthaginem sese
mirabi p̄ defensione catholicā ecclesiarū venisse iactabat: vt illi
literto- ostenderet tyrannus se neminē formidare: ac opprobriū
menta ipsius reipublice. Tunc etiā sctō Eugenio pastore Cartha
sua lo ginensi iā in exilio cōstituto: etiam vniuersus clerus: eccl'ie
quebā Carthaginensis cede inediaq; maceratus / fere quingenti
tur. vel amplius: inter quos ꝯplurimi erant lectores infantuli
gaudentes in dominō: procul exilio crudeli traduntur.

§. IX. Parentes igitur vniuer-

si dorsa sua verberibus: alacres ad exilium pergunt. Qui-
bus adhuc in itinere longioris vie cōstitutis / distinanꝫ epi
scopi Arrianorum homines immisericordes ac violēti: sug-
gerentes vt illud quod eis forte miseratio christiana victui
contulerat p̄futurum: crudeliter auferretur: quando vnuſ-
quisq; eorū libentius forte cantabat: Nudus exiui de vtero
matris mee: nudū etiam ad exiliū oportet pergere: quia do
minus nouit esurientibus cibum porrigere. Nā ꝛ Uuādali
duo sub Bēserico sepius cōfessores comitāte matre cōtem-
pris oībus diuitijs suis: cū eisdē clericis ad exiliū perrexe-
runt. De multitudine autē pergentū cōfessorum. i. Cartha
ginensis ecclesie clericorum / suggerente quodam ex lectore
Temporibus quoq; patrum imperatorū insignis repertus est in sanctitate vite ꝛ diuina sapientia: Paulin⁹ Nolane ciuitatis epūs: que p̄ pauca miliaria distat Neapoli Campanie. Hic vt dicit Vincen. spe. histo. multa composuit versu breui. Et ad quendam epithaphij vice cōsolatorium libellū super morte christiani ꝛ baptizati infantis. Et ad Seuerum plures epistolas. Et ad Theodosium imperatorem ante episcopatum panegyricuz super victoria tyrannorum: eo maxime q̄ plus oratione ꝛ fide q̄ armis vicerit. Fecit ꝛ sacramentum hymnorum. Ad sororem quoq; epistolas multas. De contemptu mundi ꝛ de diuersis disputationes ꝛ tractatus edidit. Precipuum tamē eius omnium opusculorum est liber de penitentia: ꝛ de laude generali omnium martyrum. Claruit etiam potestate aduersus demones: eos de obsessis corporibus expellendo. Singulare exemplum eximie charitatis ad proximum narrat de eo beatus Gregorius in libro tertio dialogorum ca. ſ. Quod vidētur contigisse ex supradictis tempore zenonis imperatoris: quando scilicet occiso Valentiniano tertio imperatore Genſericus rex Vuandalorum in Aphrica vocatus ab vxore relicta Valentiniani vt dictum est supra intrans Italiam cepit vrbem ꝛ spoliauit eam pene omnibus bonis: ꝛ postea descendens in Campaniam ciuitates etiam illas exposuit rapine incendijs ꝛ cedibus: ꝛ cum plurimis captiuis reuersus est in Aphricam. Dicit ergo Grego. vbi supra. Quū seuientium Vuandalorum tempore fuisset Italia in Campanie partibus depopulata: multiq; essent ex ea in Aphricam regionem traducti: vir domini Paulinus cuncta que ad episcopi vsum habere potuit: captiuis indigentibusq; largitus est. Quum iā oīno nihil superesset quod largiri potuisset petentibus: die quadā vidua venit que a regis Vuandalorū genere suū filium in captiuitate ductū fuisse perhibuit: atq; eius precium pro redimendo eo a Paulino postulauit. Sed vir dei petēti femine quid daret inquirens: nihil apud se q̄ se inuenit: petētiq; femine rñdit dicēs

Mulier quid possim dare nō habeo: sed memetipsum tolle: me seruum iuris tui esse profitere: atq; vt filium tuum recipias me vice illius in seruitium trade. Quod illa ex ore tanti viri audiens/irrisionem potius credidit quā compassionem. At ille vt erat vir eloquentissimus et apprime studijs exterioribus eruditus: dubitanti femine citius persuasit vt audita crederet ⁊ pro receptione filij se in seruitio episcopum tradere non dubitaret. Perrexit igit̄ vterq; ad Aphricam. Procedenti autē regis genero qui eius filium detinebat captiuum: vidua se ei obtulit: ac prius petijt vt ei donare filium suum debuisset. Quod quum ille barbarus typo superbie turgidus audire despiceret: vidua ait. Ecce hunc hominē pro eo vicarium exhibeo: mihiq; vnicū filiū redde. Quūq; ille venusti vultū hominē despexisset: quā artē nosset inquisiuit. Cui Paulinus. Artem q̄dē nullā scio: sed excolere horum bene scio. Quod vir gentilis libenter accepit. Suscepitq; eum in seruum: ⁊ mulieri vidue filiū reddidit. Indeq; vidua ad propria remeauit. Paulinus autem excolendi hortum curam suscepit. Quūq; idem regis gener crebro ingrederet hortum suum ⁊ hortulanū dum requireret sapientem valde hominem esse videret: cepit amicos familiares deferre: ⁊ sepi⁹ cū suo hortulano alloqui: atq; eius sermonibus delectari. Cui Paulinus quotidie ad mensam olera virentesq; herbas deferre consueuerat: ⁊ accepto pane ad curam horti remeare. Quumq; diutius hoc ageret quadam die suo dño secretius loquenti ait. Vide quid agas de re: q̄ rex citius ⁊ sub omni celeritate est morit̄ur⁹. Qō ille regis audiens: q̄ pre ceteris ab eodem rege diligebatur: ei minime tacuit: sed quid a suo hortulano sapiente scilicet viro agnouisset indicauit. Quod quūz rex audisset: illico respondit. Ego vellem hunc de quo loqueris hominē videre. Cui gener ait. Virentes herbas mihi ad prandium deferre consueuit: has eum huc ad mensam deportare faciam vt quis sit qui mihi hoc loquutus est agnoscas. Factumq; est. Et quum ad prandendum discubuit. Paulinus ex suo opere olera queq; et virentia delaturus aduenit. Quumq; hunc rex subito conspexisset: intremuit: atq; accersito ei⁹ dño sibi p filiam propinquo: ei secretū quod prius absconderat reuelauit dicens. Uerū est qō audisti. Nam nocte hac in somnio sedentes contra me in' tribunalib⁹ iudices vidi: inter quos etiam iste simul sedebat: ⁊ flagellum quod aliq̄n acceperaz: eorum mihi iudicio tollebatur. Sed percūctare quisnam sit. Nam ego hunc tanti meriti virum popularem vt cōspicitur esse non suspicor. Tunc gener regis Paulinum secreto tulit quisnam esset inquisiuit. Cui vir dei respōdit. Seru⁹ tuus fuit: quem pro filio vidue vicarium suscepisti. Quumq; instanter ille requireret vt; nō quis esset: sed quid in terra sua fuisset/indicaret: et hoc frequēti⁹ erigeret: vir dñi magnis coniurationib⁹ cōstrictus: eṗm se fuisse testatus est. Quod possessor eius audiēs valde pertumuit: atq; humiliter obtulit dicens. Pete quod vis quatenus ad terram tuā cum magno munere reuertaris. Cui vir dñi Paulinus. Unum est qō mihi beneficiū impēdere potes: vt omnes ciuitatis mee captiuos relaxes. Qui cuncti prius in aphricana regione requisiti: cū onustis frumento naubus pro venerandi viri Paulini satisfactione in eius comitatu larati sunt. Post nō multos vero dies Uuandalorū rex occubuit: ⁊ flagellus qō dispensante deo ad suam perniciē pro fidelium disciplina tenuerat: amisit. Sicq; factum est vt oipotentis dei famulus Paulinus vera prediceret: ⁊ qui se in seruitio solū tradiderat cum multis a seruitio ad libertatē rediret. Illū vez imitatus: qui formā serui assumpsit: me nos serui essem⁹ petit: ⁊ ex seruitute ad libertatē gratie ⁊ glorie nos eriperet.

Pauli⁹ p fi lio vidue ser uitutē subijt. Pauli⁹ nus p di ⁊ Uuandalorum regnum qualiter disponere debeas prouidere mor tē regis vuanda lorum.

¶ De Sidonio epō Aruerñ. Cap. xiij.

Sido⁹ ni⁹ apol linaris.

Eloxuit circa illud tēpus vt scribit Uincētius' spe. hist. li. xxij. Sidonius Apollinaris apud Auernorū vrbē ex prefecto factus episcopus: vir ꝑm seculi dignitatē nobilissimus et literali disciplina peritissimus: de quo ait sic Helinandus. Hunc Sidonium Bennadius in libro virorum illustrium ni fallo: appellat Saluianus Massiliē. presbyterū: cuius cū multa laude meminit in hunc modū. Saluianus Massiliē. ecclesie ꝑsbyter: humana ⁊ diuina litera tura instructus: ⁊ (vt absq; inuidia loquar) episcopo: ruz magister: scripsit multa scholastico ⁊ aperto sermone: ex quibus sunt ista que legi. De virginitatis bono ad Marcellū. lib. iij. Aduersus auaritiam. lib. iiij. De presenti iudicio. lib. v. Et pro eorum merito satisfactionis ad Salomō eṗm. lib. j. Expositionis extreme patris ecclesiastici. lib. j. Ad Claudiū eṗm Uien. epistarū. lib. j. Et in more Breuiarij de principio Geneseos vsq; ad conditionem primi hominis hexametris versib⁹ li. j. Homil. ex his factas quantas nō recordor. Hec Helinādus. Uincē. vbi supra. Hic Sidonius vir ingeniosus/⁊ coturnate eloquētie/multas scripsit epistas difficiles: ex quibus he morales sunt excerpte sententie. Sidonius ex primo libro suarum epistolarum. Non minus est morū naturaliū personā suā excolere q̄ villā. Amico reuerentia debet etiā afflicto. Roma Domicilio legū: gymnasiū literarū: curia dignitatū: vertex mūdi: patria libertatis. Nō grādis alicui gloria datur: si deteriorū collatione claresc̄at. Ex scō lib. idem. Hoc ipsum q̄ copia tui iurgantibus concedis: indiciū est bene iudicaturi. Quis enim se non ambiat ad arbitrium eligi: aut precio aliquid indultur⁹ aut gratie: Sniam tuam nec victus accuset vt stolidus: nec victor irrideat vt argutus. Ueritatisq; respectu impendunt tibi addicti: reuerentiā: gratiam liberati. Uitanda sunt plerunq; cōsilia medicorū assidentiū ⁊ dissidentiū: parū docti ⁊ satis seduli languidos multos officiosissime occidūt. Quidam iusiasq; cōmune supergressi summā beatitudinē summā potestatē putāt: hoc ipso satis mirabiliores: q̄ parum intelligūt se inquietissimo famulatui subiacere. Naz sicut hominibus reges: ita regibus dominandi desideria dominantur. Non magis cordi esse debet aut voluptati ager cū reditibus amplis: q̄ vicin⁹ equalis moribus bonis. Ex tertio lib. idē. Barrulo non respōdere conuiciū est. Plurimū laudis iuuenes moribus suis applicāt: quoties de negotiorū meritis ambiētes ad peritorū consilia recurrunt. De detractoribus ⁊ murmurantibus qui scilicet sic oicunt de aliquo: idem sic ait. Est hic locus nec dicas. Ridiculus nec letus. Arrogans nec constans. Curiosus nec perspicax. Tempora presentia colens: preterita carpens futura faciens. Beneficij si rogaturus est impetrandus petitor. Derogator negati. Emulator accepti. Callidus reformati. Querulus flagitati. Garrulus restituti. At si rogandus: simulator parati. Dissimulator petiti. Uenditor ꝑstiti. Publicator occulti. Calumniator morati. Inficiator soluti. Osor iemuniorum. Sectator epistolarum. Laudabilem proferens: non de bene viuente: sed de bene pascente sententiam. Inter hec tñ auariss̄imus ipse: quem non tam pascit panis bonus q̄ alienus: auidus bibendi: auidior detrahendi. Rabido pariter ore spirans cenum: spumans vinum: loquens venenum ita viuens paucis est voluptati: nullis amori: omnibus risui. ¶ Idem ex quarto libro. Sodales vetustos munq; pro consequentiū nouitate fastidias. Aliter essi videberis sic vti amicis quasi floribus: tandiu gratis quandiu recentibus. Bonum publicuz semper euertunt studia priuata. Idem ex libro quinto. Exactissimum virum posse senseri arbitror: de quo ciuis malus bonum tacere nō possit. Perfecta dilectio non tam debet recolere quid officiorum soluerit: quam meminisse quid debeat. Et hec quidē malis moribus vis: vt innocentiam multitudinis deuenustent scelera paucorum: quum tamen ex diuerso bonorum charitas flagitia multorum virtutibus communitatis nequeat excusare. Quis non exacerbescat quum videat fordidari virtutem criminatione vitiorum? Si eligimus humilē vocatur abiectus. Si erectum: superbus. Si minus institutum propter imperitiam creditur irridendus. Si aliquatenus doctum: propter scientiam dicitur inflatus. Si seuerum: tanq̄ crudelis horretur. Si indulgētem facilitate culpatur. Si simplicem: despicitur vt brutus. Si acrem: vitatur vt callidus. Si diligentem: suspitiosus decernitur. Si remissum: negligens iudicatur. Si solertem cupidus. Si quietum: ignarus. Si abstemium: anarus. Si bene pascentem: gulosus. Naturali vitio firum radicatumq; est pectoribus humanis: vt qui non intelligunt artes: non mirentur artifices. Monasterialibus disciplinis egre subditur: vl̄ cer uicositas ꝓpl̄or⁹: vel luxuria clericorū: vt vera laus ornat: ita falsa castigat. Quidam barbarissimus est morum: sermo iucundus ⁊ animus afflictus. Ad nectar celestium poculoꝝ puenitur p amaritudinum calices terrenarum. Si quantālibet nobis anxietatē vite pñtis ꝓpinet affliction: parua toleramus. si recordemur quid biberit ad patibulū q̄ imitat ad celū.

¶ De Lassio dozo monacho. Capitulū. xiij.

Eodē tēpore floxuit Lassiodorus: vt ait Helinandus. Hic prius fuit senator: postea monachus sed ante monachatum Theodorici regis Italie cācellarij. Et ex parte eius multas fecit epistolas ad diuersas personas de negocijs secularibus. Idē vt dicit Uincē. specu. hist. super psal. cōmentatus. cl. tractat⁹ fecit. Libri quoq; de ratione aie elegāter ꝓposuit. Et librum de orthographia. Ipse j. Omnis splendor rhetorice eloquētie: oēs modi poetice locutionis; oīs varietas decore pronūtiatiōis a diuinis scriptoribus

ptoribus sumpsit exordiū. Idē Cassidorus in prologo epistolarum. Declinanda est suasio que plus habet periculi quam decoris. Aliter multa salutis lectione satiatis: aliter mediocri gustatione suspensis: aliter a literarum sapore ieiunis persuasionis causa loquendū est: vt plerunq; sit peritie genꝰ vitare qđ placeat doctis. Idē in epistola tertia. Conuentus sapientium dignitas (st imperantium. Facilis recti persuasor est innocens iudex: sub cuius predicabili conuersatione pudet mores probabiles non habere. Idē in epistola septima. Iniquum valde est vt de vna substantia quibus competit equa successio: alij abundanter affluant: alij paupertatis incommodis, ingemiscant. In epistola nona. Decet quemq; honorem quem gerit nomine moribꝰ exhibere. Idē in epla. xij. Animus dolosus non arbitriū sequit imperantis: sꝫ suas potius voluntates explicat. Debemus oēs bene gerentibus vt eos laudis nostre comitetur assensus. Nā equoꝝ cursus clamoribus incitant: et insonantiū manibus agitur vt a mutis animalibus velocitas expectetur: quantū etiā hoies stimulari posse credimus: quos ad laudis auiditatē natos singulariter inuenimus? Idem epistola. xiiij. Omnibus libenter prebeamus assensum: quoties est vox iusta petentium. Non decet esse difficile beneficium quod non patitur largitate detrimentum. Idem in epistola. xv. Peruie sunt semper iniurie facultates absentium: et quodammodo videt occasio in delictum trahere: que non potest animi peruadentis insultatione terreri. Idē in epistola. xx. Regnātis facultas tūc ditior fit: quū remittit et acquirit nobiles thesauros fame neglecta vtilitate pecunie. Quod in iuuentute nō discit in etate matura nescitur. Maior in conseruandis rebꝰ quā inueniēdis cautela adhibenda est. Maiora principem decet tribuere: qđ seruientem videatur accepisse. Procliuior semp ad misericordiam via bonis mentibus patet. Idē latet subtio laudabilis fortitudo: et dum se probandi non habet spatium: occulta est tut tota meritorum. Hec ille.

¶ De Boetio qui beatus Seuerinus dicitur. Capitulū. xv.

DE Boetio qui et beatus Seuerinus a quibusdam dicitur. Eo qđ pro iustitia tuenda cōtra hereticos Arrianos composuit lib. de trinitate a Theodorico rege Gothorum etiā Arriano quū in Italia regnauit: incarceratus Papie et interēptus est: licet non adscribatur in catalogo sanctorū: sicut plurimi alij qui fuerunt maximi meriti coram deo: hoibus aūt minus noti. De quo sic inquit Uinc. spe. histo. lib. xxij. ca. xv. Boetius multa cōposuit. Tēpore namq; eius vt legit) orta est heresis de trinitate. Sed congregata omni synodo ipse se subtraxit: ne sibi ꝓpter facūdiam eloquentie cause imponerentur agende. Ob quam causam quum suspectus a christicolis haberet: cōposuit cōtra ipsos hereticos de sancta trinitate librū vnum. Quando autem rex Gothorū Theodoricus Romanā rempublicā armis inuasit: Boetius plus omnibus ei restitit. Postmodum apud eū accusatus: qđ solicite laboret: vt senatū et rempublicam ab eius manibus eriperet: cum pluribus alijs proscriptus atq; in exilium missus Papie incarceratus est. In carcere autem positus quasi de rerum mutatione doleret: vt cō
Quo tē pore bo etiꝰ occi sus est.
solationis medicinas tanto dolori nō tam sibi quam alijs quereret: librū ibi edidit de cōsolatione philosophie. Ostendens gloriam/dignitatem ceteraq; terrena non vera bona: sed nihil esse: et nulli appetenda: nec de eorum amissione dolendum: nec de eorum adeptione gaudendum. Tandem longo exilio et carcere fatigatus: ab ipso Theodorico peremptꝰ est: Anno domini quingentesimo vicesimo primo 6m chroni. Preter hec que dicta sunt: inuenitur scripsisse librum de disciplina scholarium. Et librum de musica. De logica libros topicorum et diuisionum: libros quoq; categoriarum: syllogismorum et hypotheticorum. Commenta quoque super libros Aristotelis. ¶ De eo autem sic ait Sigisbertus. Eo tē pore Symmachus patritius rempublicam Romanaꝫ illustrauit: et cum eo gener eius Boetius vir consularis: conspicuus in vtraq; lingua eruditione omnium artium liberaliū quas pene oēs a greco in latinū transtulit eloquium et exposuit. Allegantur etiam a doctoribus et alij duo libri vt ab eo conscripti: scilicet liber de duabus naturis in christo et liber de hebdomadibus. ¶ Hic quedam excerpta ex libris eius ponuntur: precipue ex libro de philosophica consolatione. Ex libro hypotheticorum sic ait. Nullum bonū est qđ non pulchrius eluceſcat. si plurimorum notitia comprobatur. Hoc in se obtinet proprium munus amicitia: vt nolit habere solitarias cogitationes. Nam quod honeste quisque cogitat: nulli promptius qđ ei qui diligitur confitetur. In libro de philosophica consolatione sic ait lib. j. Studia philosophorū infructuosis affectuum spinis vberem fructibus rationis segetem necant: hominumq; mentes assuefaciunt morbo: non liberant. Talia tibi conuoleramus arma: scilicet virtutum: que nisi prior abiecisses: inuicta te firmitate tuerentur: inquit philosophia Boetio. Idem. Stultorum tametsi est numerosus exercitus: tamen spernendus est: qꝫ nullo duce regitur: sed errore tantum temere ac passim lymphante raptatur. Si operam medicantis expectas oportet vt vulnus detegas. Hoc conscientie libertas habet pro tuēdo iure spreta potentū semp offensio. Hoc tñ dixerim vltimā esse aduersa fortune sarcina: qđ nō miseris aliqō crimen affigit: qui perferunt meruisse credunt. Idem in metro.

Quantas rerum lubrica versat
Fortuna vices? premit insontes
Debita sceleris noxia pena.
At peruersi residēt celso
Mores solio: sanctaq; calcant
Iniusta vice colla nocentes.
Latet obscuris condita virtus
Clara tenebris.

¶ Tu quoq; si vis Lumine claro. Cernere verum
Tramite recto Carpere callem: Audia pelle:
Pelle timorem Spemq; fugato. Nec dolor adsit.
Nubila mens est Uinctaq; frenis: Hec vbi regnāt.

Idem in lib. ij. Ois subita rerum mutatio nō sine quodam quasi fluctu contingit animorū. Rerum exitus prudentia metitur. Quis est em̄ tam compositę felicitatis: vt non aliqua ex parte cum status sui qualitate rixetur? Nemo facile cum fortune sue felicitate concordat. Inest enim aliquid singulis quod inexpertus ignoret: exptus horreat. Locus iste quem exilium vocas: incolētibus patria est. Adeo nihil est miserū nisi quis putes. Cōtraq; beata sors ois est equanimitate tolerātis. Quis em̄ ille est tam felix: qui quū dederit impatientie manus: statum suū mutari non optet? Paucis munimisq; natura contenta est: cui? satietatem si superfluis vrgere velis: iniucundum quod infuderis fiet: aut noxium. Pluirmis adminiculis opus est ad tuendam suppellectilis preciose varietatem: verum qđ illud est cos permultū indigere: qui permulta possident: cōtraq; minimū: qui abundātiam suam nature necessitate metiūtur. Cetera animalia suis finibus contenta sunt: vos aūt deo mēte consimiles a rebus infimis excellētis nature ornamēta captatis: nec intelligitis quanta conditori vestro iniuriam faciatis. Ille genus humanum terrenis omnibus prestare voluit: vos dignitatem vestram infra infima queq; detruditis. Nam si omne cuiusq; bonum eo cuius est constat esse precios̄ius: quū vilissima rerum vestra bona iudicatis: eisdem vosmetipsos vra estimatione subiicitis. In omni aduersitate fortune infelicissimū infortunij genus est fuisse felicē. Quā multis amaritudinibus humane felicitatis respersa est dulcedo: que et si fruenti incūda videatur: tamen quo minus habeat quum velit retineri non potest. O preclara opum mortalium beatitudo: quā qui adeptus fuerit: securus esse desistit. Nonvirtutibus ex dignitate: sed ex virtute dignitatibus honor accedit: et collata improbis dignitas non modo non effecit dignos: sed prodit potius et ostentat indignos. Nos nisi ad populares auras inanesq; rumores recte facere nescimus et relicta conscientie virtutis prestantia: de aliens premia sermunculis captamus. Quidam quū adortus esset contumelijs quendam: qui non ad vere virtutis vsum: sed ad superbam gloriam falsus sibi nomen philosophi induerat adiecit iam se sciturum an ille esset philosophus: videlicet si illatas iniurias patienter toleraret. Tunc ille patientiam parumper assumpsit: acceptaq; cōtumelia velut insultans. Jam tādem (inquit) philosophū me esse intelligas. At alter nimius mordaciter. Intellexeraꝫ (inquit) si tacuisses. Ego plus hoībus reor aduersaꝫ qđ prosperam prodesse fortunā. Illa semper speciem felicitatis blanda mentitur: hec semp vera est. Illa fallit: hec instruit. Postremo felix a vero bono blanditiis deuios ducit: aduersa plerūq; ad vera bona reducēs vnco retrahit. An hoc etiam inter minima estimandum putas: qđ amicorum tibi fidelium mentes hec aspera: hec horribilis detegit: hec tibi sodalium vultus certos ambiguosq; secernit: illa discedēs suos aufert: tuos relinquit. ¶ In tertio libro idem ait. Omnis mortalium cura quam multiplicium studiorum labor exercet: diuerso quidem calle procedit: sed ad vnum beatitudinis finem nititur peruenire: quo quis adepto nil vltra desiderare queat. Est enim cuncta mortra se cōtinens bona. Liquet ergo beatitudinem esse statum omnium bonorum congregatione perfectum. Quem vt diximus mortales omnes diuerso tramite adipisci conātur est em̄ hominum mentibus veri boni naturaliter insita cupiditas: sed ad falsa deui? error abducit. Nulla pestis efficacior ad nocēdum qđ familiaris amicus. Si tuam non habes

splendidum te aliena claritudo non efficit. Voluptatū appetentia est plena anxietatis: satietas vero penitentie. Pecuniā ne congerere conaberis: at eripies habenti. Dignitatibus fulgere vis: vanti supplicabis. Et qui preire ceteros honore cupis: poscendi humiliare vilescas. Potentiam ne desideras: subiectorum insidijs obnoxius periculis parebis. Gloriam petes: sed per aspera queq; distractus securus esse desistes. Voluptariam vitā deges: ḡs nō spernat: et abijciat vilissime rei scz corpis seruitiū? Quis legē det amātibus: Maior lex amor sibi. Quod quisq; pre ceteris petit: id summū bonū iudicat. O dora dorate id est gloria q̄d aliud facta es ḡ auriū inflatio magna: Qui falso predicant suis ipsi est necesse laudibus erubescant. Si voluptas corpora lis beatos facit: beatiores sunt pecudes hoibus: quarū ois ad explendam lasciuiam festinat intentio.

O qui perpetua mundum ratione gubernas
Terrarum celiq; fator: qui tempus ab euo
Ire iubes: stabilisq; manens das cuncta moueri.
Quem non externe pepulerunt fingere cause
Materie fluitantis opus: verum insita summi
Forma boni liuore carens: tu cuncta superno
Ducis ab exemplo: pulchrumq; pulcherrimus ipse
Mundum mente gerens simili sub imagine formas ꝛc.

¶ Ex lib. iij. Nihil est quod nō possit omnipotens: sed malum facere nō pōt: ergo malus nihil est. Sicut pbis pbitas premium est: ita improbis nequitia ipsa supplicium. Miserum est voluisse prauā: potuisse miserius: quo voluntatis misere langueret affectus. Triplici ergo vrgentur infortunio qui scelus volunt: possunt et perficiunt. Si nequitia miseros facit: miserior est diturnior nequam. Infeliciores sunt mali impuniti ḡ supplicia luentes: Quis in eorum supplicio nulla spes correctionis: nullus respectus habeatur exempli. Nam pena ratione iustitie bona est: impunitas merito iniquitatis mala. Illata iniuria non recipientis: sed inferentis miseria est. ¶ Idem ex quinto libro. Qui recto vultu celum petis erigisq; frontem in sublime: feras animus quoq;. Eternitas est interminabilis vite tota simul et perfecta possessio. Magna vobis si dissimulare non vultis: indicta est necessitas probitatis: quum ante oculos agitis iudicis cuncta cernentis. Hec ille.

§. I. De Symmacho patritio

cero boetij: qui quū esset optim⁹ ciuis Roman⁹: a Theodorico rege Italie et heretico iniustissime interemp⁹ est. Hic vt refert Uincen. specu. histo. vbi supra fecit librum epistolarum vnum: vnde pauce sentētie extracte sunt que hic notantur. Omnis ostentatio nō caret suspitione mendacij: qz quicquid assumitur: pprij nō putatur. Facit affectio tenerior vt si querela procluior. Mollis est animus diligētis: et ad oēm sensum doloris arguit. Si negligēti⁹ tractes: cito marcessit vt rosa. Si duri⁹ teneas: liq̄scit vt lilia. Semper natura gaudet eḡlib⁹: et familiare sibi est: oē qđ sile sibi est. Natura rerū est vt q̄ balbutiūt plus loquent. Affectāt em copiam sermonis pudore defectus. Quorum mens honesta est: imbecilla frons est. Justa coniectura est: qui amicorum pondere et estimatione colligitur. Pro optimis viris quisquis interuenit: nō magis illorū videtur amare cōmodum ḡ suum cōmendare iudicium. Leuatur egritudine animus: quoties in officia amicus dirigitur. Minus est alienā sententiam spernere ḡ a propria discrepare. O di paruo corpore longa velamina. Illa vestis decenter induitur: que non trahit puluerem: nec in humum demissa calcatur. Scio senes ad capescendos labores segnes fieri: sed quia crescunt vitia cum tempore: aptius est negocijs intimandis viue vocis indicium. Superuacui laboris est commendare conspicuos: vt si in sole positis facez preferas. Ex meo animo meliori amicitiam non posse sentire officiorum facietatem. In re aperta piget esse prolixum. In arduis autem rebus valet multum longior diligentia. Reuera ois affectio impatiens est etiaz iuste et legitime rarditatis. Mediocribus scriptis amicorum benignitas scit fauere: aliorum autem inuidia nescit ignoscere. Patriā defectu alimentorum laborantem periculosum est inhabitare: crudele et impium deserere. Non deest nobis vsus aduersa tolerandi. Nam crebro ictum fortune ferre didicimus. Sicut in vestitu hominum ceterocq; vite cultu loco ac tempori apta sumuntur: ita ingeniorum varietas in familiaribus scriptis negligentiam quandam debet imitari. in forensibus aūt accuere arma facundie. Bonis familiare est studia bona cumulare quorum gratiā sentiunt non perire. Hec ille.

¶ De beato Eucherio Lugduneñ. episcopo. Hilario et Honorato Arelateñ. episcopo.

Capitulum. xvj.

De quibusdam sanctissimis

et doctissimis eps. Et ꝓmo de sctō Eucherio Lugduneñ. epo: et sancto Hilario qui fuit Arelateñ. eps dictū est supra in precedēti titu. Hi duo scilicet Eucherius et Hilarius ambo nobilissimi et eloquentissimi viri floruerunt eo tempore quo et sanctus Germanus altisiodorensis eps. de quo in seq. capi. dicetur. Et Eucherius quidem vt ait Uncē. specu. histo. lib. xxj. ca. xx. ex nobilissimo senatorum genere intra speluncam inclusus: reuelante angelo pontifex factus est. Hilarius autem multos sermones ad populum splendidissimos composuit: cuius natalis dies est. iij. nonas Maij. Et vt ait Ennadius. Eucherius scripsit ad Ualentinianum propinquum suum de contempru mundi: et secularis philosophie epistolam vnam scholastico et rationabili sermone: et aliam ad personam filiorum Saloni et Ueram postea episcoporum obscuram. Sed et quedam opuscula sancti Cassiani lato tensa sermone angusto reuoluens verbi tramite in vno coegit volumine: que tam ecclesiasticis quam monasticis studijs sunt necessaria. ¶ De Hilario dicit Gennadius quod fuit in sanctis scripturis doctus: et paupertatis amator: et erga prouisionem pauperum non solum pietate mentis: sed et corporis sui labore solicitus. Nam ꝓ reficiendis pauperibus etiam Rusticationem contra vires suas: vt homo genere clarus et longe aliter educatus: exercuit. Sz nec in spūalibus laborare neglexit. Nam et in docendo gratiam habuit: et absq; personarū acceptiōe in omnibus castigatū opus predicationis ingessit. Ingenio vero morali etiā quedā parua edidit: q̄ erudito animo et fidelis lingue iudicio sunt. In quib⁹ precipuo et ad multorū vtilitatē necessario opere vitam sancti Honorati pcessoris sui composuit. Qui Eucheri⁹ et Hilarius clarue rūt imperātib⁹ Ualētiniano et Martiano. ¶ Dicit ergo Hilarius ḡ hic Honoratus in adolescētia baptismū arbitratu ꝓprio cōcupiuit: et maturo cōsilio sanus mortez expauit. Honoratus.

Itaq; catheçuminus lasciuiā respuebat: clericos vt patres honorās: et puerili interdū sensu pauperes iuuās. Hunc iaz baptizatū pater eius terrene pietatis suspitiōe solicit⁹: timens sibi a christo preripi: conatur eū a studijs iuuētutis illicere: venatibus et ludis varijsq; mūdi voluptatibus irretire. Fastidiebat adolescēs quo grādeu⁹ oblectabaḳ pater: tali se semp adhortatione ꝓpellēs. Delectat hec vita: sed decipit. Itaq; reuersus iugo se dominice seruitutis subdidit: intelligēs summū esse captiuitatis iugū licētiā iuuētutis. Cō sis igitur capillis et veste mutata sic repēte ex alio alter ostē ditur: vt nō aliter ḡ se ornatum filio pater lamentaret. Ornabile decurrit/renititur/cōminatur/nec tamen vllo horum puerilia cum freta concutitur. Tyroni suo domin⁹ consolator adstitit: eiq; vnū ex germanis suis in collegā suscitauit: qui eius exemplo conuersus: senior iuniorē sequutus est. Quumq; simul multis virtutibus emicarent: et oēm simul patriam adornarent: cepit alter alterum laudi obijcere: et glorie exponere. Sed dum vnusquisq; sub vmbra alteri⁹ obscurari volebat tanḡ repercussa claritas super vtrumq; superabat. Gloriaz itaq; suā pauētes: in hac vita per mercedem se recepisse putabant: et humana et conuersationem et gratiam fastidientes heremi amore flagrabāt. Oibus igit̄ erogatis de terra sua exeunt: et ne quid iuuenili ausu temere ab eis inceptum putaretur: senē perfecte grauitatis sanctū Lapzasium eratis sue custodem assumunt. Queritur ergo latebra peregrinationis. Fugitur fama virtutis. Et vbicūq; itur: ibi alia velut nollent fama variabatur. Deniq; germano suo in christo viro Uenantio defuncto: sanctus Honoratus ad heremū: vbi Arelatensi propinquam peruenit: vacantēq; insulā ob nimietatē squallozis et inaccessam venenatorum animaliū frequētia petit propter secreti opportunitatē. Ingredīte eo fugit horror solitudinis: cessit turba serpentum. Ibiq; multis ad eum confluentibus: factus est pater multorū monachorum: multisq; admirandis virtutibus fulgens: de aduenis et peregrinis recipiendis magnopere solicitus erat: et pauperibus largiter erogans nihil sibi suisq; preter victum presentium dierum ac vestitum reseruabat. Unde quum vnum quadam vice iam ex multis aureorum milibus arca proflua ac munifica retineret: hunc etiam ipsum in multarum rerum defectu constantissime pauperi dedit: et mihi ac alijs adstantibus ait. Certū est iam appropinquare qui deferat. Uix trium aut quatuor horarum spacium transierat: et mox qui verbis suis fidē faceret occurrit. Mei ḡ gratia patriam quam fastidierat: accessit meḡ durum et indomitum vir tandem suis pijssimis exhortationibus simulq; lacrymis ac precibus ad deum conuertit: secumq; ad heremum perduxit. Et primum quidem lacte postea vero cibo sapientie enutriuit. Tamen in hac ecclesia dum regimen

Lauda Lapzasius. Uenā tius.

accepisset

accepisset: sub illo floruit xpi ecclesia: sicut monasteriū ante floruerat. Somno tandē vltimo excipit: mutoz̄ interea variis visionibus somnus cōcutitur: quoz̄um facies erat q illi sancto occurerent officia sanctoz̄. Et vere ille in eodem medie noctis puncto ecclesiā in occursu sancti coz̄poris conuentus impleuit: vt nō nisi angelicis nuntijs suscitatus putaretur. Sicq cum honoze traditur sepulture.

De sancto Germano episcopo Altisiodozen. & Amatoze eius precessoze. Capitulum.xvij.

IN gallijs quoq mirabilis ostensus est cunctis in sapientia: in austeritate vite: in miraculis beatus Germanus eps altisiodozen. Hic vt ait Uincen. spe. histo. lib. xxj. c. ciij. ex gestis eius: parentibus splēdidissimis procreatus: & ab infantia studijs liberalib' institutus: post auditoria quoq Gallicana Rome iuris sciētiā acquisiuit. Deinde tribunalē pfectura pfessione aduocatiōis ornauit: in quo actu multiplici laude splendens: sublimen genere moribus & diuitijs vtrobiq sortit' est: protinusq respublica eū ad honorē presumpsit insignia. Quiq territoziū altisiodozēse gubernaret: mos erat tyrūculoz̄ poti' venatiōis industrijs indulgere christiane religioni operā dare. Erat autē arboz pinus in vbe media: ad cuius ramusculos ferarum ab eo deprehensarum capita pro admiratione venationis nimie dependebant. Quem sanctus Amatoz eps ciuitatis his frequenter cōpellebat eloquijs. Desine queso vir bonozum splendidissime hec iocularia que christianis offensa: paganis vero imitanda sunt exercere. Ille autem admonenti se nullo modo voluit obedire. Quum autem quadam die in sui iuris predia secessisset: sanctus amatoz illam arbozem cum radicibus excidit: igniq concremādaz illico deputauit. ossa illa vero dependentia longius a ciuitate proijci precepit. Quod quum audiret Germanus: ira animum accensus est: ita vt sancte religionis oblitus: cuius iam munere fuerat insignitus: moztem beatissimo viro minitaretur. Et ne christianoz̄um conuentus ei furenti resisteret: turbas suoz̄ sibi coaddunans ciuitati improuisus aduenit. Hec omnia dū a quibusdam cognita sancto Amatozi panderentur: ait. Ego me indignū iudico testem fieri fuso sanguine saluatoz̄i. Diuina igitur reuelatione finem suum: & Germanū sibi successurum preuidens / Heduam profectus est: vbi Julius reipublice rectoz̄ & gubernatoz̄ Gallie presidebat quem sic alloquutus est. Finem meuz domino mihi innotescente cognoui. Et q̄ non est alter qui regimen sancte ecclesie suscipiat: nisi illustrissimus Germanus sicut mihi reuelauit deus: posco celsitudinem tuam vt mihi eundē tonsurandi tribuas licentiam. Cui prefectus. Licet inquit reipublice necessarius sit tamen q̄ deus vt tua beatitudo testatur: sibi eum eleget: cōtra eius mandatū venire non possum. Tūc sanctus Amatoz voti cōpos ad vbē suā cum letitia redijt. Subesse autem illo ecclesiā quū & populus ingredi vellet: sic eum alloquutus est. Exonerate filij manus iaculis: q̄ hec est domus orationis: nō Martis stadio preliantis. Quod etiā fecerūt. Eunc videns Germanū eps nihil horroris truculenti portantem: precepit ostijs vt fores ecclesie claustris arctarent. Ipse vero glomerata secū turba clericoz̄ injiciens manus Germanū apprehendit: & inuocato noie dñi: cesariē eius capiti detrahēs: reiectis secularibus ornamētis: habitū religiōis cū honore premotiōis induit: talib' eum verbis exhortans. Satagere te opz̄ frater: q incōtaminatū tibi custodias commissum honorē: q̄ tibi deus oipotens pastorale p̄misit officium. Populo quoq adhortato vt voluntati dei de electione Germani consentiret: oīs turba consentiens: ad confirmationem persuasionis eius respondit. Amen. Ipse aūt sanctus Amatoz cepit acrius coz̄poris sui dissolutione fatigari. Sed nec inter dolores a predicatione cessabat & dicebat. Prohibete lamenta. Ibi profecto luctuage voces emittende sunt: vbi meliozi deterioz̄ fuerit successus. Huius autem non solum vita proderit vobis: sed & moz̄s. Tūc precepit. ad ecclesiam se prouehi: vt ibi spiritum redderet datoz̄i: vbi die & nocte solebat eidem profiteri. Et ascendens pontificalem thronum: fere hora diei tertia emisit spiritum. Continuo chorus sanctoz̄um successit: & spiritum eius cum hymnis et laudibus in specie columbe multis cernentibus ad celum prouexit. Et quum coz̄pus ad sepulturam duceretur: quidā paraliticus iam. xxx. annis tali morbo detentus: quū aquis quibus coz̄pus eius mortuum perfusum fuerat perfundi mereretur. Germano tunc presbytero iubente hoc fieri: hoc peracto statim sanatus est. Ipse idem sanctus Amatoz quū esset iuuenilis etatis literis optime eruditus coactus est a parentibus quandam virginem desponsare. Sed quuz tempus copulationis vrgeret: se mutuo adhortantes votum virginitatis fecerunt. Et ecce angelus domini adfuit quis eis duas coronas attulit: eoz̄ū propositum laudans: et ad perseuerandum adhortans. Postro puella se virginum cetui tradidit. Amatoz vero in clericatu tantis preconijs virtutum emicuit: vt post decessum sancti Eladij mereretur in pontificatu substitui. Factus autem episcopus multis clarens miraculis multos doctrina predicationis ad fidem cō uertit. Uidens aūt ecclesiam esse paruam: & tantam non posse capere multitudinē xpianoz̄ quāta concurrebat: petijt a quodā ciue Altisiodozēsi sctūs Amatoz noie Ruptilio: vt sibi quoddā domicilium: p amplianda basilica cōderet. Qō facere renuit: sed infirmatus grauiter postea cōcessit: vbi basilica cōstructa est: in qua sctm Germanū tonsurauit.

§. I. Postq autē Germanus susc

cepit sacerdotiū inuitus & coactus repēte mutatur ex omnibus. Deseritur mundi militia: celestis assumitur. Uxor in sozorē mutatur. Substātia in pauperes erogat. Et die aūt qua sacerdotij sumpsit exordiū: vsq ad vite erminum: nunquam panem frumenti: non vinum: non oleum: nō legumē: non salem ad vsum condiendi saporis accepit. Sane die resurrectionis vel dominice natiuitatis potiones singule sumebantur: in quibus vini sapoz̄ aquis nimijs diluebat'. In refectionibus primū cinerē prelibabat: deinde panem hozdeaceū sumpsit: quem tamen ipse excussit & moluit. Indumentū semper cuculla & tunica: nec hyeme adiectio: nec estate leuamen est admissum: quod vtrūq tandiu vsui fuit nisi forte donatum est: donec attritiōe nimia solueretur: cilitio semper interius inherente. Spatium vero lecturi sui trabecule dolatiles ambiebant iniectos cineres vsq ad marginē continentes. Qui tamen quotidiana impressione densati inconfecti solam duritiē preferebant. Stratum omne subiecto cilitio & superposito vno tantum sagulo fuit. Caput autem ab humeris per cerūicis confinium nulla subleuauit adiectio. Ita promus prostrata adterram membra damnauit. Noctibus nunquam vestitum raro cingulum: raro calciamenta detraxit. Redimitus lauro semper et capsula sanctoz̄um reliquias continente: iugis gemitus et oratio perseuerans. Hunc absolute definio inter tot cruces longum traxisse martyrium. Omnibus sine acceptione persone hospitium prebuit: pedes omnibus manibus suis lauit. Quumq vita eius & fama multis fulgeret miraculis: ex Britannijs directa legatio Gallicanis episcopis nuntiauit Pelagianam hereseq in locis suis late populos occupasse: & fidei catholice succurri debere. Ob quam causam synodus vniuersa collecta est: omniumq iudicio duo preclara regionis luminaria Germanus Altisiodozensis episcopus & Lupus Tricassinus episcopus precibus ambiuntur. Negocium ab iis deuotissime suscipitur. Quibus parisiace vbis territoziū promeantibus: ciues obuiam procedunt: tantoq benedictionem virorum experiunt: eisq debitam veneratione impendunt. In vico cui nomen Nemetgodozi hospitati sunt. Quumq beatus Germanus multitudinem confluentē verbi salutaris exhortatione refoueret: puellā quādam noie Genouefam inter alios adstantes eminus conspexit: & nescio quid in ea celeste vel angelicū auspicatus: tali eam preconio extulit: ei? genitoz̄es sic affatus. Beat' (inq̄t) vos dies illa effecit: qua tante prolis parētes vos esse contigit: cuius natiuitatis ipsis quoq angelis letitiam peperit. Erit essi precioſi apud deū meriti & spūalis perfectione pro posito. Plura quoq in laude virginis prosequutus: tandez ipsam suaui benignitate cōplectitur: & inter lenia blandimēta percūctatur an sanctimonialis vite celibatū velit suscipere: & xpi sponsalitio titulari. Illa tanti sponsi noie delectata: titulum virginitatis amplectitur: seq huius professionis iamdudum adstringi desiderio profitetur. Interea gressum diuertit idē sanctus ad ecclesiam maximo populorum agmine prosequente. Ibiq inter sanctos psalmos ac prolixā oratiōnē manus dexteram super caput virginis imdefesse tenuit. Deinde in crastino quum illa ad eū redijsset: & ipse eā de pridiana pfessione alloquutus fuisset: ipse vultū in terrā defixit: moxq nūmum ereum diuina fortitan alitū sententia expressione crucis insculptū inspexit: ac protinus a terra collegit quez loco muneris Genouefe tradidit ac semper collo suspensum ob sui memoriā ferre precepit. Ceterū inq̄t alia mūdialis pulchritudinis ornamēta nunq̄ tuis vel collo vel digitis inseri patiaris. Ita fatus virgini valefecit: & vt sui memoz̄ esset admonuit: commendatisq eā parētibus iter ceptum cum beato Lupo prosequutus est.

§. II. Quadam die diabolus in

sidiator casualibus laqueis preparatis: Germani pedem lapsus occasione cōtriuit: ignorans illius merita sicut beati

Sanctꝰ amatoz diuum germanum sibi succeſſoꝛē iſtituit.

De ſctā Geno uefa.

Job afflictione mentis propaganda. Et dum aliqñ vno in loco infirmitatis necessitate constringit: in vicinia qua manebat casuale exarsit incendium: qđ consumptis domibus que illic palustri arundine regebãtur: ad illud habitaculuz in quo beatus vir iacebat flabris stimulãtibus se iaciebat: sed hospitium sancti viri expauescẽs flãma vltra citraq; desciens multas patefecit virtutes infirmi. Et quum debilitate sue nil pateretur remediũ adhiberi: quadã nocte cãdentem mueis vestibus videt adesse personã: q̃ manu extensa videretur iacentem extollere: eumq; firmis vestigijs imperabat consistere. Post quam horam ita fugatis doloribus recepit sanitatez vt die reddito intrepidus subiret itineris laborem. ¶ Interea Saxones pictiq; bellum aduersus Britones iunctis viribꝫ suscepẽrũt: et illi trepidi sanctorum antistitum auxilium petierunt. Qui pmissum maturantes aduentũ: tantũ contulerũt fiducie: et maximus crederetur exercitus: aduenisse. Itaq; apostolicis ducibus christus militabat in castris: intantum vt quotidianis p̃dicationibus instituti certatim ad gratiam cõuolarent baptismi. Jta baptismate madidus procedit exercitus: et cõrepto armorum presidio dei auxilium expectatur. Hec institutio vel forma castrorũ hostibꝫ nũciatur: quivictoriã quasi de inermi exercitu presumẽtes: assumpta alacritate festinant. Germanus dux exercitus et signifer oẽs admonet: vt voci sue vno clamore respondeant: appropinquantibꝫ hostibꝫ alleluya ter tio repetitum sacerdotes exclamẽt. Sequitur vnus clamor oĩm: et repercusso aere montium inclusa multiplicãt. Hostile agmen terrore prosternit: et ruisse super se nõ solũ rupes circundatas: verũetiaz ipsam celi machinã contremiscunt. Vix sufficere pedũ pernicitas credit passim fugiunt: arma proiciunt: gaudentes vel nuda corpora eripuisse discrimini. Plures etiaz timore precipites mortui sunt. Sicq; hostibus sine sanguine superatis: collectis spoliis christiani triumphant: et sancti antistites ad propria redire festinant hereticis illis confutatis. ¶ Non multo post nunciatur prefatos hereticos Pelagianos in Britannijs iterum pullulasse: rursumq; ad sanctum Germanum preces omnium deferuntur: vt causam dei quam prius obtinuerat: tueretur. Adiuncto itaq; sibi sancto Seuero Treuerensi episcopo: libenter annuit dum laboribus delectatur: et christo se gratanter ĩmpẽdit. Jamq; eo aliquantulum pgresso: vnus de discipulis eiꝰ qui eũ de Hybernia sequutꝰ fuerat: ad hãc ipm delectꝰ expeditionẽ: q; cũ ipso exire nequiuerat: post eũ profectus est. Quumq; ad Ternodorum venisset: tibi decumbens paulopost defunctus est. Quum autem sanctꝰ Germanus cũ socijs suis hereticos sicut et antea confudisset: et ad propria remearet: contigit eum ad eundem deuenire locuz. Cognoscensq; per spiritum ibi decessisse discipulũ: accedẽs ad locum in quo fuerat tumulatus: iussit reuelli sepulchrũ: vocansq; eũ ex nomine quid ageret: et an secũ adhuc militare cuperet: requisiuit. Mox vitalt resumpto spiritu defunctꝰ resident: cunctaq; sibi ꝓstare suauia: ac se nolle huc vlterius reuocari respondet. Cui sancto annuente vt queiscere: ille capite depositoiterum obdormiuit in christo.

Sãctꝰ Seuerus eps Treuerensis.

§.III. Germanus itaq; quum

Britannie predicaret: die quadã regis Britannie palatium cum suis discipulis introiuit: et directo ad regem nũcio prouehementi frigore et superueniente nocte hospitiũ postulauit. Sed quũ rex immitis concedere noluisset: Germanus cum discipulis suis sub diuo consistens: miuẽ et grandinem patienter sustinebat. Jamq; nocte veniente subulcus regis regressus a pascuis acceptam in palatio prebendã suaz ad proprium tuguriũ referebat. Js vbi sanctũ Germanũ conspexit frigore cum discipulis rabescentem: persone dignitate permotus: ozo (ait) quisquis es oñe: vt tibi et socijs parcas: et veniens ad hospitiuz meum officium mee pauperta tis benigne suscipias. Quumq; Germanus ad eum humiliter declinasset: porcarius ille vxorem suam monuit vt vnicum vitulum quem habebant occideret: et hospitibus cenaturis apponeret. Post cenam igitur Germanus mulierem euocat: rubetq; vt ossa viruli diligenter collecta sup pelleꝫ eius ante matrẽ in presepio componat. Quo facto vitulus sine mora surrexit: matriq; coadstans comedere fenum cepit. Tunc Germanus hoc audiens: rogat hospites suos vt saluo iure hospitij hoc interim beneficium acceptarent. Facto autem mane Germanus ad palatium progreditur et regem egressurum de palatio prestolatur. Exeunti festinus occurrit: et cur ei sero hospitiuz negasset potenter inquirit. Rex stupore defixus et sancti authoritate attonitus: respondere non potuit. Tunc Germanus ait. Egredere: et regnum melioꝛ ĩmitte. Illo hesitante Germanus cunctantem impellens. Egredieris (inquit) et sicut dominus definiuit: nequaq; regia potestate deinceps abuteris. Rex autem authoritatem celestem in presule reformidans: cum coniuge et liberis indifferenter exiuit: et vlterius ingredi nõ presumpsit. Tunc Germanus subulcũ venire fecit: et vniuerso stupente palatio regem constituit. Et extunc reges ex subulci genere prodeũtes: ostendunt gentibus Britonum deo res humanas mirabiliter ordinante per beatum Germanum.

Forte britões q̃ hic di cunctnõ eꝫ ferrẽt aio lz vera sunt.

§.IIII. Quum vero de Britãnia

remearet per Augustudunũ trãsiens ad tumulũ sancti Cassiani pontificis peruenit. Quem quum quomodo se haberet inquireret: ille statim e tumulo audientibus cunctis dixit. Dulci quiete perfruor: aduentum redemptoris expecto. Cui beatus Germanus respondit. Quiesce per longum tẽpus: et pro nobis attẽtius intercede: vt obtinere sacre resurrectionis gaudia mereamur. ¶ Hic autem Cassianus ex nobili genere in Alexandria natus: a sancto Zenone vbis episcopo eiusdem episcopo diuinis literis eruditus deum ab infantia coluit: et omnia pro christo deserens in Ortensi vbe ecclesiaz in honorem sancti Laurentij: sicut ab eo in visu doctus fuerat cõstruxit. Tunc Jouinianus imperator qui successit Juliano apostate: deum timens elegit eum conclamante populo in Ortensi vbe episcopum. Sed quum eam aliquãdiu in omni sanctitate rexisset: vale dicens omnibus omnia dereliquit: et cum paucis clericis peregrinationez assumpsit. Intransq; mare ad Massiliam nauigauit: et inde seuiente persequutione hereticorum et paganorum Augustudunum peruenit a sancto Simplicio episcopo gratãter exceptus. Qui cũ eo p triennũ manẽs: postea migrãte Simplicio ad dñm: oĩs clerus et ppls Cassianum ipm epm ibi elegerũt. Cui dñs tantã gram cõferre dignatꝰ est: vt assidue p eũ miracula ostẽderet cecis visum: surdis auditũ: debilibus sospitatẽ ꝓferẽdo. Cõsummatisq; annis. xx. i dicto cpatu migrauit ad dñm Jesum christũ in gloria resurrecturus cũ ceteris sanctis.

Sãctus Cassianus.

§.V. Jdem sanctus Germanus

quũ redisset in Gallia: quadam die imminente iam vespera comitatui suo nudus pede cuculla vacuus viator accessit: cuius etiam nuditati condoluit. Qui dolose inherens contubernio iungitur mansioni: et inter occupatos custodes qui deo non animalibus vigilabant: iumentum quo senioꝛ vehebatur predo nocturnus arripuit. Die reddito amissio euentionis agnoscitur: et vt sacerdoti animal non deesset: vnus ex clericis in peditẽ exequite mutatur. Et dum iter agitur circunnecti comites beatũ virum intuentur contra morem conceptam letitiam vultus obumbratione velantem. Tunc vnus authoritate concepta: causam letitie percunctatur. At ille. Paululum (inquit) immoremur q̃ infelicis illius laboꝛ et irridendus est et dolendus quem mox videbitis estuantez. Quumq; sanctissimi: respiciunt post se captũ animal peditem deducentem. Quumq; expectassent accelerantem ille statim vestigijs sancti prouolutus: crimen quod commiserat cofitetur: et ita totius noctis spatio irretitũ fuisse se retulit: vt longius prodire non posset: nec euadendi viam aliã inuenisset: nisi vt ablatuz animal restitueret. Ad hec sanctꝰ. Si hesterna (inquit) die nudo tibi tegumẽ dedissemus furãdi necessitas non fuisset: Accipe quod deest. Redde quod nostrum est. Et ita confessor criminis non solum veniam pro pena commissi: verũetiam premium pro benedictione fuscepit. ¶ Altera vice quum iter carperet: occurrunt pauperes eleemosynam petentes. Consulit diaconem quantum esset in sumptibus. Cui tres tantum aureos esse respõdit. Quos ille totos statim dari precepit. Ad hec diaconus. Vñ hodie victuri sumus? Cui ille. Pauperes suos pascet deus tu qñ habes presta pauperibus. Diaconus quasi prouidus duos erogat vnũ reseruat. Post paululum equites quidaz post eũ venientes obtulerunt ei munus ducentorũ aureoꝛum solidoꝛum. Deinde conuersus ad diaconem ait. Accipe que traduntur: et intellige te fraudem fecisse pauperibus. Nam si totum quod dixi indigentibus contulisses: remuneratoꝛ noster hodie. ccc. reddidisset. Contremuit diaconus secretum reatus sui innotuisse pontifici. ¶ Hospitatus autem in quodam loco quum post cenaz mensa iterum pararetur admiratus interrogauit: cui denuo pararetur. Cui quum dicerent quod bonis illis mulieribus que de nocte incedunt. Illa nocte sanctus Germanus statuit vigilare. Et ecce vidit multitudinem demonum ad mensam in forma hominum venientem. Qui eis precepit ne abirent: et cunctos de familia domus excitans: quesiuit an illas personas cognoscerent. Qui responderunt omnes vicinos et vicinas suas esse. Tunc sanctus ad domos singulorum de vicinia illa misit: demonibus mandans interim ne discederent. Euntes autem misi a sancto viro ad domos vicinoꝛum: repererunt eos in

lectis

lectis suis dormientes. Adiurati ergo demones a sancto dixerunt omnibus audientibus se demones esse qui sic hominibus illudebant. ¶ Quum autem homo dei alpes Italie conscenderet quibusdam mercatoribus associatus vidit inter alios quendam claudum ⁊ senem qui rorrentem transire non poterat de montibus decurrentem. Huius fascem vir sanctus arripiens propriis humeris asportaut: ipsum quoq; senem iterato transitu subiecta ceruice transposuit. Ecce mira virtus charitatis: que sancto viro tantam vim cō tulit: vt quem tanta ieiuniorum inedia fatigauerat: quem continui itineris fatigatio distrahebat: qui oneriq; semetipsi ferre vix poterat: quum etiam esset persona tam nobilis: rusticum etate ⁊ debilitate grauissimū fascem prius transposito sanctis humeris vectitaret.

§. VI. Quum autem Rauēnam

peruenisset: vbi tunc Petrus pontifex ecclesiam christi apostolica institutione gubernabat: diu cum desiderio expectatus excipitur. Occurrunt proceres: ambiūt principes: ecclesia eum cū exultatione amplectitur. Sed ⁊ regina venerabilis Placidia q̄ cū filio suo Valentiniano huius nois tertio imperabat in occidente: nam in oriente Theodosius iunior tenebat imperium: ad sacerdotis diuersorii vas argenteū amplissimū cibis delicatioribus refertū: sine vlla carnis admixtione transmisit. Oō suscepti ita distribuit: vt cibos ministris suis traderet: ipse vero argentū pro pauperibus vendicaret: remittens loco muneris patenulam ligneam panez hordeaceū continentem. At illa cum ingenti gratulatione vtrumq; complexa est: ⁊ q̄ argentum suum transmisisset ad pauperes: ⁊ illam escam beati viri cum ministerio adiectiva sculi suscepisset. Nam ⁊ lignum auro postea ambiuit: et panem multis remediis ⁊ virtutibus reseruauit. ¶ Quū aūt Rauenne morā faceret: ibi ⁊ mortuū suscitauit: ⁊ multis miraculis eius vita refulsit. In illa siquidem Rauenna quum eum regina Placidia ad conuiuium inuitasset: ⁊ ille annuisset: senio vigiliis ieiuniis laboribusq; confectus ab hospitio suo vsq; ad palatium asino deferente portatus est. Quum ergo inter epulas ministri secreto regine dixissent asinum sancti Germani repente defunctum: ⁊ illa tacere iussisset: mire mansuetudinis equum vice asini sancto presentari pcepit. Quem ille intuens. Meus (inquit) mihi asinus presentetur q̄: qui me huc attulit reportabit. Pergensq; ad cadauer distensum. Surge inquit muscio: reuertamur hospitio: statimq; subsiliēs seipsum excussit: ⁊ quasi nil mali passus esset alacriori virtute portauit. ¶ Sed anteq̄ de vrbe Rauenna exiret: quadam die matutinali solennitate perfecta: dum cū episcopis de religione conferret: tristissimam protulit mentionem dicens. Commendo vobis fratres charissimi transitum meum. Videbar mihi per nocturnum sopozem a domino viaticum peregrinationis accipere. Factum est aūt per aliquot dies: vt ingrauescente incommodo migraret ad dominum. Capsulam cum reliquiis quam portabat ad collum regina suscepit. Cucullam cum cilitio Petrus episcopus vsurpauit. Ceterorum antistitum vnus cingulum accepit. alius pallium: duo tunicam diuiserunt: vt aliquid monimēti ex successione sanctitatis haberent. Corpus autem suum in Galliam a vrbem suam relatum est: sicut adhuc viuens petierat a regina Placidia. ¶ Quum autem ad vrbez Vercellensem portitores venirent: sanctus Eusebius eiusdem vrbis episcopus: comperto sancti Germani decessu: ecclesiā quam ei sanctus Germanus promiserat quum rediret dedicare: eam dedicaturus solenniter ingressus cereos accendi iussit: sed ministri accendere non valebant: licet id sepius attentarent. Quod videns sanctus Eusebius intellexit dedicationem aut in aliud tempus debere differri: aut alteri episcopo reseruari. Interea sacri funeris pompa venire narratur: ⁊ obuiantibus ei cunctis: per manus sancti Eusebij in predictaz ecclesiā inducitur: ⁊ statim omnes cerei diuinitus inflammantur. Tunc sanctus Eusebius promissionis sancti Germani meminit: ⁊ quod viuens se facturum promiserat mortuum se fecisse cognouit: vnde festum diem populo indicens ad altare accessit: ⁊ q̄ altissime poterat Gloria in excelsis decantans postea sacras exequias celebrauit. Itaque corpus sancti Germani cum multa deuotione ⁊ frequentia populorum a propriis ciuibus excipitur: ⁊ honorifice sepelif. Obiit autem anno oñi. cccl. episcopatus autem sui anno. xxx. Siquidem tres mortuos suscitauit.

Obit? bti Germani.

§. VII. Quia de sancto Lupo

facta est mentio: vt pote socio sancti Germani ad cōfutandā hereſim Pelagianorum in Britannia. Sciendū ſm Vincē. ſpe. hiſto. lib. xxj. q̄ hic sanct? Lenchorū familie primus fuit cui glorioſe memorie Piminiola ſancti Hilarij Arelatēſ. epiſcopi ſororis germana coniunx fuit. Septimo autem anno coniugij ſe ad conuerſionem horatu mutuo contulerunt. Tunc relictis oībus ſanctum Honoratum abbatem Lirinēſem expetijt. Cuius inſtitutioni ceruice ſubdita oīm vigiliarum abſtinentiarūq; dogmatibus inſtitut? eſt. Poſt annum vero regrediēs: vt ſibi que remanſerant pauperib? eroganda diſtraheret: ad vrbis Tricaſine illico pontificium raptus eſt: vbi populū viam ſalutis docens: clerumq; ſtrenue gubernans poſt biennium cum ſancto Germano in Britanniam contra hereticos extirpandos perrexit: in quo itinere ſignorum mirabilibus cunctis admirationi fuere. Nec longe poſt quum per Gallias vbiq; diffuſus premeret Hunorum exercitus. Tricaſſinam vrbem cāpis patentibus expoſitam nec armis munitā nec muris: ſanctus vir recurrēs ad nota preſidia: ſola ad deum interceſſione ⁊ prece depoſita ſuperno auxilio defendit: vt dictum eſt ſupra. Multis quoq; alijs miraculis claruit. Nam ⁊ mulierem paralyticā ſanauit. Puellam impulſu demonis mutā ſigno crucis impoſito liberauit: ⁊ alios plures egros ſanauit. Annis ferevi gintiquinq; expers lectuli iacendi laborem ſuperpoſitus tabule ſuſtinuit. Cui indumentum non niſi cilitij conſuetudo fuit. Unius tunice ſemper vſu contentus: in orationibus pernigil ac aſſiduis noctib? perdurabat. Biduanis ieiunijs fatigato corpuſculo iuuentutis incentiua proſternens flentibus ora indefeſſe rigabat. Ceterū que fuerūt eius facta ex ſcholis eiuſdē diſcipulorū virtutis exempla docuerunt. Nā in ſancto Polichronio Medunenſi epo curationum gratia perducebat. Sanctum Beuerū Treueris ordinatum Germane getibus predicantem: apl'or nō ambigimus ſocietate pmixtū. Scūs aūt Lupus. liij. annis ſacerdotio functus ſpū emiſit ad celū. ¶ De ſcto petro Rauēnate epo de quo eriā ſupra facta eſt mentio: vt dicit Vincē. vbi ſupra ſermones extant elegantes qui a peritis viris allegantur.

¶ De ſancto Remigio Remenſi epo. La. xviij.

Beat? remigi? archiepiſcop? Remeñ

Operante Bartiano ad

huc viuēte ſancto Germano de quo ſupra nat? eſt in Gallia ſanctus Remigius: q̄ poſtea fuit Remenſis archiepūs. Quū ergo vt refert ex eius geſtis Vincen. ſpecu. hiſto. lib. xxj. perſequutio Uuādalor Gallias ſeu Franciā deuaſtaſſet: quidā recluſus vir sanct? quū ſepiſſime oraſſet pro pace eccleſie: quadā no cte diutius vigilans tandem fatigatus leuiter obdormiuit: ⁊ ſubito nutu dei viſus eſt ei q̄ angelus intereſſet. Qui quū ex pietate de ſuccurſu Gallicane eccleſie loqueretur: venit vox ad eos dicens. Mulier illa nomine Lilina pariet filium nomine Remigium: qui gentem ſuam liberabit ab incurſibus malorum. Statim ille euigilans cucurrit ad domuz Liline: ⁊ quod audierat nuntiauit. Cui non credenti q̄ iā anus ex marito ſene concipere poſſet reſpondit. Scias q̄ quum ablactaueris puerum perunges oculos meos lacte tuo: ⁊ recipiam viſum. Nam vt illi accreſceret meritum ſicut ⁊ Tobie: lumen oculorū amiſerat: ſicq; totum factum eſt vt predixit. Natus ergo puer ⁊ literis traditus: quācitiſſime potuit recluſorum intrauit. Et quum. xxij. eſſet annorum: ab omni populo Remēſi archiepiſcopus electus eſt: immo potius raptus. Unde ⁊ quum reniti conaretur: deſcēdit ſubito radi? noui luminis ſuper verticē eius: ac ſi ipſe ſol de celo veniēs ſuper eum cecidiſſet. Qui quum ante ⁊ poſt omni virtute polleret: tante manſuetudinis fuit quod ad menſam eius paſſeres veniebant: ⁊ in manibus eius reliquias ciborum accipiebant. ¶ Quadam vice quum parochias circuiret: hoſpitatus eſt in domo cuiuſdam cognate ſue: ⁊ dum adinuicē loquerentur: famulus domus dixit domine ſue quod caupo totum iam vinum vendiderat excepto modico quod pro cō ſeruando vaſe dimiſerat. Videns ergo beatus Remigius illam erubeſcentem: cognita cauſa confortauit eam: ⁊ ſtatim in viridarium quaſi ſpatiaturus exiuit: ⁊ veniēs ante oſtiū cellarij intrauit: ⁊ ſi quid vini haberet queſiuit. Ecce inquit famulus modicum quod remanſit. Et ille. Laude inquit) oſtium donec reuertar ad te. Et pergens poſt dolium fecit crucem ſuper illud. Et quum flexis genibus oraret: vinum per buridonem egreditur: ita quod per medium cellarium fundebatur. Quod videns famulus exclamauit: ⁊ currens ad dominam quod viderat nuntiauit. ¶ Hic doctor egregius ſcripſit diffuſe ſuper euangelium Matthei. Et ſuper epiſtolas Pauli ſed breuiter. Dictum eſt autem ſupra quomodo Clodoueum primum regem Francorum ex gentili factum chriſtianum baptizauit: ⁊ chriſmate allato per columbam ipſum inunxit. Volens autem dictus rex Clodoueus eccleſiam Remenſem dotare: dixit vt quantum circumiret dum ipſe dormiret meridie ſibi donaret: quod ⁊ factum eſt. Sed quum quidam molendinum ſuum hñet intra confinia

beati Remigij:molendinarius quū beatus Remigius cir-
cūiret:ipsum cū indignatione repulit.Cui Remigi⁹:Amice
non sit tibi durum q̄ hoc molendinum insimul habeamus.
At ille vt eū reiecit:statim rota molendini in contrariū ver
ti cepit.Clamauitq̄ post sanctū Remigium dicens Serue
dei veni ⁊ habeamus simul molendinum.Cui ille.Nec mihi
nec tibi:statimq̄ se terra apperuit:⁊ molendinum deglutiv-
uit.¶ Prudens autē sanctus p̄recognoscens famē futuraꝫ
in illis partibus:quum in villa quadā bladi cumulos aggre
gasset ad prouidēdū necessitatibus pauperū tempore oppor
tuno:inebriati rustici semis prudentiam deridentes ignem
suppoſuerunt:qō ille audiens illuc venit:⁊ p̄e frigore eta-
tis ⁊ vespertini temporis se calefacere cepit:⁊ trāquillo cor-
de dixit.Semper focus bonus est:veruntū qui hoc fecerūt
posteri eorū viri in gētalib⁹ rupti:femine gutturnose erūt.
Quod sic euenit in villa illa vsq̄ ad Carolum magnum qui
eos partim occidit:partim per alia loca dispersit:quia occi
derant quendam eius locum tenentem.

§.I. De Remigio ⁊ Benebaldo

epo ⁊ p̄rius marito neptis beati Remigij.Post longum tem
pus quum sanctus Benebaldus vir prouidus neptem beati
Remigij in vxorē haberet:⁊ se religionis causa mutuo ab-
soluissent:p̄dictum Benebaldum beatus Remigius Lau
dunensem episcopū ordinauit.At Benebaldus quum vxorē
suam causa instruendi ad se sepius venire permitteret:fre-
quenti colloquio eius animus in concupiscentiam inflam-
matus etiam vsq̄ in peccatum secum p̄labitur.Que con-
cipiens ⁊ filium pariens:hoc episcopo intimauit.Et ille con
fusus ad eam remandauit dicens:quoniam puer de latroci
nio acquisitus est:volo vt latro vocetur.Ne autem suspitio
aliqua oriretur:vxorem sicut p̄rius ad se venire permisit.
Veruntamen post primi peccati fletum secum ruit iterum
in peccatum.Que quum filiam peperisset:⁊ hoc episcopo re
tulisset:respondit illam vulpeculam nominari.Tandem ad
se reuersus beatum Remigium adijt:⁊ ad pedes eius proci-
dens stolam de collo suo deponere voluit.Quod quum san
ctus Remigius p̄hibuisset:⁊ ab eo quid acciderat audiuis
set:blande eum consolans ipsum in quadam cellula per.vij.
annos clausit:⁊ interim eius ecclesiam gubernauit.Septi-
mo igitur anno quum in cena dñi in oratione persisteret an
gelus dñi ei adstitit:⁊ peccatum suum sibi dimissum asse-
ruit:ac vt foras exiret imperauit.Quīq̄ respōdisset.Non
possum quoniam dominus meus Remigius hoc ostiū clau
sit:⁊ sigillo suo muniuit.Ait angelus.Ecce vt scias tibi celū
apertum esse:hoc tibi ostium saluo sigillo aperietur.Sta-
timq̄ vt dixit apertū est.Tunc Benebaldus iactans se in me
dio ostij in modum crucis ait.Etiā si dñs meus Jesus chri-
stus ad me veniret huc:hinc non egrediar nisi dñs meus Re
migi⁹ huc veniat qui me occlusit.Tunc sanctus Remigius
ad admonitionem angeli Laudunū venit:⁊ ipsum in locum
suum restituit.Qui postea vsq̄ ad obitū in sanctis operib⁹
perseuerauit:⁊ Latro filius eius in episcopatu ei successit:
qui etiā sanctus fuit.Tandē beatus Remigius multis cla-
rius virtutibus in pace quieuit circa annū dñi quingentesi-
mum.Quum autē corpus eius ad ecclesiam sanctorū Timo
thei ⁊ Appollinaris in feretro deferretur:secus ecclesiā san
cti Christophori cepit adeo ponderari:vt moueri nō posset.
Tādem rogauerunt deum:vt si in ecclesia illa parua sancti
Christophori vbi nulle reliquie erant sepelīri vellet:osten-
deret.Statimq̄ leuissime corpus cum feretro leuauerunt:
⁊ ibi eum honorifice sepelierunt.Quum autem multa mira
cula postea ibi fierent:ecclesiam ampliauerunt:⁊ quum in
cripta facta post altare eum ibi reponere vellent:mouere
nullatenus potuerūt.Sed quum in orationibus pernocta-
rent:⁊ in medio noctis fessi omnes obdormissent:in crasti-
num scilicet Kal.Octobris.inuenerunt sepulchrum cū cor
pore sancti Remigij ab angelis in illam criptam post altare
deportatum.Festum igitur quod fit de eo Kal.Octobris est
de translatione corporis eius:sed obitus eius celebratur in
octaua epiphanie.

Sanct⁹ Latro Laudu nensis epūs.

§.II. Priori quoq̄ tempore san

cti Theodosij uniorīs claruit sanctus Patritius gñe Brito
qui a Celestino papa primo fuit destinatus ad Scotos de
nouo ad fidem conuersos:atq̄ archiepiscopus Scotorū or-
dinatus ibi per.lx.annos sanctitate insignis ⁊ doctrina ex-
cellens totam insulam Hybernie ad christū conuertit.Pre
ter autem illas virtutes quas fecit.lx.mortuos resuscita-
uit.Captiuos vero multos proprijs sumptibus redemit.Ec
clesias.cccl.xv.fundauit.Et ordinem episcopos ordinauit.Pres
byterorum tria milia consecrauit.xij.milia hominum ba-
ptizauit.Quadraginta diebus et quadraginta noctibus
in vertice montis vt Helias ieiunauit.Centum,viginti an-
nis vixit.Pro Hybernēsibus tres petitiones deo fecit.Pri
ma vt vnusquisq̄ credentium ⁊ licet in extremo vite sue sta
tu penitentiū ad veniā susciperetur.Secūda ne Hybernia
a barbaris vnq̄ p̄sumeretur.Tertia ne alīq̄s Hybernēsium
in aduentu iudicis superuiuat.Verum quū in primis p̄fa
tam gentē admodum bestialē:errore tormentorū ⁊ amo
re gaudiorū supernorū ab errore conuertere;voluisset:dice
bant ad eum se nunq̄ ad xp̄m conuertendos verbis ei⁹ vel
miraculis:nisi aliquis eorum ⁊ tormenta illa malorum et
gaudia beatorum intueri posset:vt rebus visis certiores fie
rent q̄ promissis.Quumq̄ ille etiā sic ⁊ orationibus et ie-
uniis deuotior fieret:apparuit ei dñs Jesus dans ei euan-
gelij textū ⁊ baculum.Que hucusq̄ p̄ magnis p̄ciosisq̄
reliquijs veneration habent:ac p̄ signo summi p̄sulā-
tus id est archiepiscopatus illius patrie custodiūtur.Ipse
quoq̄ baculꝰ p eo q̄ dñs Jesus dilecto suo Patritio con-
tulit baculus Jesu nominatur.Itaq̄ dñs sanctum suum in
locum desertum eduxit:⁊ quādam foueam rotundā extrin-
secus obscuram ostendit ei dicens:q⁊ quisq̄ veraciter peni
tens:⁊ vera fide armatus:eādem foueam ingressus vnius
diei ac noctis spatio moram in ea faceret:ab omnibus pec-
catis suis purgatur:et p illā transiens nō solū videret tor
menta malorum:sz etiā gaudia bonorū.Sicq̄ dño ab oculis
eius disparente letus:statim in eodem loco ecclesiam con-
struxit:beati patris Augustini canonicos in ea constituit.
Fossam autem que est in cymiterio extra frontem ecclesie
muro circundedit:et ianuas serasq̄ apposuit:ne quis eam
temere ⁊ sine licentia ingredi p̄sumeret.Clauem vero di-
cte fouee ingressus custodiendā p̄riori dicte ecclesie cōmen-
dauit.Ipsius aūt Patritij tempore multi penitentia ducti
fossam ingressi sunt.Qui regredientes ⁊ tormenta maxima
se expertos ⁊ vidisse testati sunt:quorum relationes iussit
beatus Patritius in eadem ecclesia adnotari:⁊ eorum atte
statione ceperunt alij p̄dicationes beati Patritij suscipe-
re.Et q̄m a peccatis homo ibi purgatur.ideo locus ille pur
gatorium beati Patritij nuncupatur.Verum dicit Vincē.
vbi supra q̄ hec historia a multis nō recipitur ꝓpter illud
maxime q̄ ibi dicitur animas a purgatorio liberatas /non
statim euolare ad celum:sed in paradiso terrestri tanq̄ in
loco quietis intermedio tempore commanere:⁊ postea sta-
turo tempore ad patriam peruenire:quum econtrario nul-
lus credatur esse locus medius animabus purgatis vel pur
gandis inter purgatorium ⁊ paradisum celestem.Hec ille.
Sed si dicatur vt a quibusdam de illis partib⁹ cōmuniter
asseritur) q̄ post mentionē in illo loco purgatorij per aliq̄d
tp̄s breue in quo sustinēt magnas penas ⁊ lesiones a demo
nibus tantum p imaginationē inde egressi in mūdo viuant
vt alij:⁊ per illas penas purgatorij satisfaciant penis debi-
tis p̄ peccatis:nullum videtur sequi inconueniens.

Defossa sancti Pa trick.

¶ De sancta Genouefa Parisien.Leonardo:Gedasto:et quibusdaꝫ aliis. Cap.xix.

¶ quibusdā aliis san-

ctis viris.Et q⁊ supra dictum est quomodo
sanctus Germanꝰ desponsauit christo quā-
dam puellā nomine Genouefam ꝓpter san-
ctitatē quā p̄euidebat in ea:ideo breuiter
de ea refero q̄ virgo fuit Parisiēsis:⁊ mul
ta sctitate in Gallia claruit vt dicit Sigisbertꝰ.Hec postq̄
ꝑginitatē suā deo deuouit coram sancto Germano:ab omni
mūdi se vanitate subtraxit.Et quū mater eius ad ecclesiam
iret:⁊ p̄cepisset ei domi remanere:illa clamauit ei cū la-
chrymis.Ego fidem quā beato Germano policita sum:xp̄o
me cōsolāte seruabo:⁊ ecclesie limina frequentabo.Ideo
irata mater dedit ei alapā:propter q̄ statim orbata est lu
mine per nouē mēses.Tandē recordata testimonij q̄ dede
gens super marginē putei fleuit:q⁊ propter eā,mater lumen
amiserat.Deinde impleto vasculo facto signo crucis super
aquam matri attulit.Quā illa cū fide ⁊ veneratione mani-
bus in celuꝫ extensis suscepit ⁊ ex ea fomentās sibi oculos
bis et ter lumen recepit.Quīq̄ cum duabus puellis Juli-
co ep̄o ad consecrandū offerret:⁊ hoc iuxta numerum an
norum etatis:ep̄s diuinitus cōperiēs Genouefam ossibus
sublimiorem ait.Illā que post rergū sequiē anteponite:q⁊
celitus iam hanc sanctificationē adepta est.Parentib⁹ au-
tem defunctis hec parisios vrbem ingreditur:et per tem-
pus aliquod ita est obsessa paralysi:vt corpus eius triduo
tam exanime solis paululuꝫ rubētibus gemis custodiretur.
Que quū denuo sanaretur:ꝑfitebatur se in spiritu ab ange
lo in requiem iustorū ⁊ in supplicia reprobatorū deductaꝫ.
Quīq̄ rex Hunnorum Attila Galias deuastaret:Parisio-

rum

rum ciues perterriti facultates suas in alias vrbes tutiores deferre nitebantur. Quorum matronas sancta conuocans suadebat orationibus/vigilijs et ieiunijs insistere: vt possent sicut Judith et Hester cladē euadere. Uiros etiā eorum ne bona sua inde asportarent: scz a Parisijs: eo qō alijs vrbibus vastatis Parisij christo protegente saluarentur: propter quod insurrexerunt in eā dicentes falsam pphetissam. Et tractantibus illis vt eam lapidarent aut gurgite mergerent: aduenit archidiaconus ab Altissiodoro referens testimonium beati Germani: qui referebat de ipsa qō ex vtero matris a deo electa fuisset. Et ecce (inquit) eulogia que illi a sancto Germano relicta exhibeo. Tunc ciues dissipauerūt consilium. Illa vero orationibus suis predictum exercitum ne parisios circundaret abegit. ¶ A quintodecimo anno vsq; ad quinquagesimum esca erat ei panis hordeaceus et faba: quam post duas aut tres hebdomadas recommiscens in olla edebat. A die dñica vsq; ad quintā feriam ieiunabat: a quinta vsq; in diem dñicam. Uinum autem et quodlibet inebrians nunq; potauit. Post quinquagesimū annum suadentibus ei⁹ ppter odedientiā piscem et lac cū pane hordeaco comedere cepit. Multa autē veneratione Catulacēsem vicum in quo beatus Dionysius passus est dilexit. Cui etiā deuotio erat in honorē illius ecclesiā construere. Suadebat presbyteris vt faceret vnusquisq; collationez ad hoc edificiū. Qui respondērūt. Erunt forsitan paruitati nostre vires edificandi: sed coquēde calcis copia deest. At illa spiritusancto repleta ait vaticinans. Egredimini ad pontem ciuitatis quesoz et q audieritis renūciate mihi. Qui egressi in platea stabant attoniti: et ecce duo custodes porcorū seromocinantes quorum vnus ad alterum ait. Dum suis vestigium ob partus vagantes legerem: inueni furnum calcis mire magnitudinis. Alter respondit. Et ego inueni in sylua sub radicibus arboris a vento euulse furrum calcis de quo nihil credo fuisse sublatum vnq;. Quod audiētes presbyteri gratias agētes reuersi sunt. Audiēs hec sancta etiā pre gaudio lachrymis sinum impleuit. Accersitoq; Benefactum presbyterum: vt in honorem predicti martyris basilicam construeret. Sicq; omnibus ciuibus auxiliuz ferentibus: illa implorante cōstructa est. In cuius opere collectis carpentarijs quum deficeret potus: accipiēs sancta cuppā seorsum prostrata cum lachrymis: deinde surgens facto signo crucis super vas: vsq; summum poculo est impletum: ex quo operarij vsq; ad consummationem basilice vberrime potantes gratias egerunt. ¶ Quadam nocte circa galli cātum quū iret ad ecclesiam associata virginibus: cereus qui portabatur ante eas accēsus extinct⁹ est. Qui ab ea accept⁹ statim reaccensus est. Alia vice cereus in manu nonduz accensus. surgente ea ab oratiōe diuinitus accensus est in ecclesia: de quo postea sumpto plures infirmi sunt sanati. ¶ Quedam mulier furata calciamenta eius reuersa domū excecata est. Sed penitens ante pedes eius prostrata: et veniam de furto petens signatis ab ea oculis visum recepit. ¶ Childericus etiam rex Francorum valde diligens eam: timens ne vinctos quosdā quos interimere cogitabat sancta criperet: ingrediens vrbem Parisiorum portam claudi precepit. Quod audiens sancta statim ad liberandas animas perrexit: inter cuius manus porta ciuitatis sine clauе reserata est: et sic regem consequuta ne vinctorum capita amputarentur obtinuit. ¶ Fuit etiam eo tempore beatus Symeon: quem negotiatores euntes et redeuntes ferūt de illa interrogasse: et eam veneratione profusa salutasse: et se in orationibus eius memorem esse postulasse. ¶ In ecclesia sancti Dionysij Parisijs oblati sibi a demonibus obsessi liberati sunt. A die epiphanie vsq; ad cenam domini in cella clausa soli deo vacabat: quedam autem puella religiosa adueniens magis curiositate q̄ fide permota: quid sancta in cella sua ageret scire volens cecata est. Sed egrediēs e cella sancta ei lumen restituit. Multa alia miracula per eam dominus fecit. Uixit autem plus q̄. lxxx. annis spiritu prophetie plena.

Benouefa rēplūdiuo Dionysio construēdū curat.

Sancti Leonardi et Lifardus fratres.

§. I. Sanctus quoq; Leonardus de sacro fonte a beato Remigio leuatus est: et ab ipso salutaribus disciplinis instructus. Huius parentes primi in palatio regis Francie habebantur. Hic tantam gratiam a rege obtinuit: q̄ omnes incarcerati quos ipse visitabat protinus absoluerentur. Quum igitur fama sanctitatis ei⁹ excresceret: rex multo tempore eum secum manere coegit: donec ei episcopatum donaret. Quem ille retinuit: et solitudinem desiderans: relictis omnibus Aurelianum predicando cū fratre suo Lifardo deuenit. Ubi post q̄ in quodam cenobio ali q̄diu vixerunt: dum Lifardus super ripam Ligeris solitarius manere vellet: et Leonardus per sancti spiritus admonitionez in Aquitania predicare disponeret: oscultantes seinuicem discesserunt. Leonardus igitur vbiq; predicans: et miracula exercens: in quadam sylua ciuitati Lemouice vicina habitauit: vbi erat aula regia causa venationis constructa. Accidit autem vt quadam die rex vbi venaretur: et regina causa recreatiōis illuc egressa partu periclitaretur. Quum ergo rex et familia propter periclitationem regine lugerent: et Leonardus per nemus transiret et gemētium voces audiret: pietate commotus illuc properauit: et a rege vocatus illuc introiuit. Quum igitur a rege interrogatus quis esset: et se discipulum fuisse sancti Remigij respōdisset: rex spem bonam concipiens: et a bono magistro ipsum bene instructum existimaret: ipsum ad reginam introduxit rogans vt precibus suis de recuperanda coniuge et edita prole duplex gaudium obtineret. Tunc ille fusa oratione quod petijt protinus impetrauit. Quum autem rex multa sibi in auro et argento offerret: ille protinus recusauit: admonens vt illa pauperibus erogaret: dicens. Ego nullis horum indigeo: sed tantum in aliqua syluarum contemptis mundi diuitijs deo famulari desidero. Quum autem rex totum illud nemus tradere sibi vellet: ille ait. Non totum illud accipio: sed quantum cum meo asello tota nocte circumire poteroz tantum mihi concedi exopto. Quod rex libentissime fecit. Constructo igitur ibi monasterio: diu ibi cum adiunctis sibi duobus monachis in abstinentia multa degebat. Quum autem aqua ab eis vno miliario distaret: puteum ibi sicut penitus fodi iussit: quem aqua suis orationibus impleuit. Locum Nobiliacum appellauit: eo q̄ a rege nobili datus fuisset. Ubi tantis miraculis coruscauit: q̄ quicunq; in carcere nomē eius inuocasset: mox ruptis vinculis quibuscunq; liber exiret nullo contradicente: et suas catenas vel cōpedes presentaret. Horuz plures secum manebant: et ibidem dño seruiebant. Septem quoq; familie de eius nobili stirpe venditis oībus ad eum venerunt: et distributo eis nemore singulis: ibi cum eo manentes exemplo suo plurimos attraxerūt. Demum sanctus Leonardus multis clarus virtutibus ad dñm migrauit octauo idus Nouēbris: circa annos dñi. cccc. Quum autē multa miracula faceret etiā post transitum ex hoc mundo: quia ecclesia illa parua erat: reuelatum est clericis q̄ alibi basilicam edificarent propter frequentiam populi: vt capacior esset aduenientibus: et eo corpus sancti Leonardi transportarent. At illi cum populo triduano ieiunio et orationibus insistentes: quum respicerēt: viderunt totā prouinciā niue coopertam: locum autē illum vbi corpus beati Leonardi quiescere volebat et omnino vacuum a niue viderunt. Illuc iraq; translatus/quāta per eū dominus miracula faciat circa incarceratos: multitudo varietatis ferri que est ante sepulchrum eius ostēdit. ¶ Unū autem miraculum ex pluribus hic ponitur. Uir quidā in loco sancti Leonardi: idest Nobiliaco habitans: et eidem sancto valde fidelis et deuotus existens: captus fuit a quodam tyranno: qui intra se cogitans dicebat. Leonardus iste omnes compeditos absoluit: et omnis vis ferri ante ipsum velut cera liquescit. Si igitur in vinculis ligauero: statiz adeerit Leonardus et ipsum liberabit. Si autem ipsum custodire possum: mille solidis ipsuz redimere faciam. Scio igitur quid faciam. Inturris foueā profundam profjciam cōpedibus aggrauatum. Deinde super os fouee arcā ligneam ponam: et intra eā armatos milites accubare faciā. Licet enī Leonardus ferrum confringat: non tamen adhuc sub teram intrabit. Quod totū vt cogitauerat quiz adimpleuit: et ille homo sanctum Leonardum sepius inclamaret. Leonardus nocte aduenit: et arcam in qua iacebant milites reuoluit: et tanq; mortuos in sepulchro eos sub ipsa concluſit. Deniq; cum multa luce foueā ingressus: manum fidelis sui tenuit et dixit. Dormis: an vigilas? Ecce Leonardus quem tu desideras. At ille admirans ait. Dñe adiuua me. Confestim confractis catenis: apprehensum proprijs vnis extra turrim portauit. Deinde secum sicut amicus cū amico confabulans: vsq; ad locum suum et domum suam reduxit.

§. II. Legitur de alio Leonardo sancto viro eiusdem professionis et virtutis: cuius corpus apud Lorbiacum requiescit. Hic quum in monasterio esset prelatus: tanta se humilitate deijciebat vt omnibus inferior videretur. Sed quum omnis pene populus ad eū confluueret: quidā inuidi regi Lotharjo suaserūt q̄ nisi sibi prouideret per Leonardum qui multos sub obtentu religiōis colligebat: regnum Francie nō modicum incurreret detrimentum. Quibus rex nimis credulus eum expellere iussit. Uenientes autem ad eum milites expellendum adeo verbis eius compuncti sunt: q̄ se suos futuros discipulos spoponderunt. Rex quoq; veniam petijt: et detractores eius re-

bus ⁊ honoribus priuati sunt. Rex autez predictum virum dei Leonardum multuz dilexit propter eius merita. Et vir prece sancti viri res ⁊ honores illis detractoribus restituit. Hic etiam a dño impetrauit: vt quicunq; in carcere tenerentur: mox inuocato suo nomine/ solueretur: scilicet si eius expediret saluti. ¶ Dum autem quadã die orationi incumberet: serpens quidam maximus a parte pedum vsq; in sinum eius se extendit. Qui propter hoc nullatenus ab oratione surrexit. Completa vero oratione dixit ei. Scio qz ab initio creationis tue quantuz potes homines inquietas: sed non tumme data est tibi potestas: scz ad faciendum totum quod optas: fac in me quicquid merui. Quo dicto serpens per capitium eius exiliens ad pedes eius mortuus corruit. Post hec quum duos ep̃os ad se inuicẽ discordantes pacificasset increstinuz se finiendum predixit: quod euenit.

§. III. De sancto Vedasto Atrebatẽsi episcopo in Gallia.

Cuius vitã vt refert Uin. specu. histo. scripsit Alchuinus qui ⁊ Albinus. Hic sanctus Vedastus predicator egregius: tempore Clodouei regis Francorum floruit. Quum autem dictus Clodoueus habita victoria contra Alemannos: ex voto decreuisset se fieri christianum: accessit ad Tullum oppidum vbi erat sanctus Vedastus. Et instructus ab eo in fide: postea duxit eum ad beatum Remigium causa baptismi consequendi. In via autem beatus vedastus cecum illuminauit: ex quo miraculo rex multum confortatus est in fide. Beatus autem Remigius postꝫ baptizauit Clodoueum: commendauit ei multũ sanctum Uedastum. Hic autem Uedastus quum quendam nobilem ⁊ religiosum suscepisset hospito in recessu quum vellet sibi prouidere de vino in via: et in domo sua non haberet: ex diuino miraculo vasa vacuũ impetrauit impleri optimo vino: vnde illi prouidit. Precepit tamen Uedastꝰ puero qui vinum hauserat/ nemini dicere tale signum in vita sua. Post hec sanctus Remigius fecit beatum Uedastum episcopum Attrebatensem. Quã ciuitatem ingressus beatꝰ Uedastus in porta sanauit claudum: ⁊ quendam cecum illuminauit. Inuenit autem inter murorum domorumq; fragmẽta antique ruinas ecclesie: ex ruinosisq; speluncis vsus pessimi: cui quum precepisset vir dei vt loca deserta peteret: abut non amplius visus in illis partibus. ¶ Quum autem quidam nobilis Francus Ocinus nomine inuitasset regem Clotharium Clodouei filium ad prandium: ⁊ cum eo sanctum Uedastum: intrantibus domum: vir sanctus exrenta manu oia vascula signauit signo crucis. Et quum essent ibi quedam vascula plena ceruisia: sed incantationibus erroze gentili infecta: mox dirupta crepuerunt: ⁊ quicquid liquoris continebant effusum est. Et quum rex cum optimatibus quereret causam huius euentus: ea exposita multũ in fide corroborati sunt. Annis autez fere. xl. prefuit ecclesie Attrebatensi. ¶ Nocte autem illa qua transiit: visa est columna clarissime lucis a culmine domꝰ in qua iacebat vsq; ad summum celi horarum ferme spatio duarum stare. Conuenientibus autem ad exequias eius clero ⁊ populo ⁊ sacerdotibꝰ aliarum ecclesiarum: inter lachrymantium voces audiebantur psallentium in celo. Et quum sepulture sue locuz in oratorio quod paupere sumptu ligneis tabulis construxerat elegisset. qui locus erat difficilis accessu propter paludes circundantes locum. Sed quum sero fieret: ⁊ qui conuenerant ad recessum tenderent: rogarunt scrim vt pmitteret se deferri ad ecclesiam sancte genitricis dei marie vbi presidebat in ciuitate. Et eleuantes feretrũ nullũ onus senserunt.

§. IIII. De sanctis abbatibus Seueri Agaunẽsi.

Seuerino abbate Agaunẽsi: ⁊ sancto Marẽtio abbate Pictauensi. Quum Clodoueus iam per annos. xxv. regnum Francie bene gubernasset: subito febrili dolore correptus: quum nulla medicorum arte sanari posset: audita fama sancti Seuerini abbatis monasterij Agaunensis: quod ab incolis loci multis miraculorum titulis insignis haberetur: eum ad se accedere per nuncium suppliciter exorauit. Qui deuotus ⁊ benignus ad eum accessit: ⁊ precibus suis ab intima sua infirmitate febrili liberauit. Porro per aliquod spatiuz temporis cum eo manens: multos de domo eius ⁊ Parisiaca plebe diuersis calamitatibus oppressos ad sanitatem sacris orationibus reformabat. Claudis videlicet gressus restituens: mutis loquelã; cecis lumẽ: surdis reiterabat auditus: immũdos spũs de corporib⁹ pellẽs obsessis. Rex deniq; Clodoueus benigno eũ poscebat affatu. Obsecro inquiens abba pater: accipe pecuniam de thesauro nr̃o quantũcunq; volueris: ⁊ prout libet pauperibus eroga. Rei etiã quicũq; in regno meo in carcere clausi pro sua detinentur nequitia tua indulgentia cuncti laxent. Jubente itaq; rege/ cuncti in regno suo pãduntur carceres: ⁊ innumera eorũ multitudo qui erant diuersis cruciatibus efficiendi: ⁊ morte debita puniendi: beati Seuerini aduentu letabundi egredientes ab omni tormentorum genere soluuntur. ¶ Quũ aũt obitum suũ appropinquare cognosceret angelo reuelante ab vrbe Parisijs ad montem quẽdam ascendit: in cuius cacumine erat oratoriũ in quo duo presbyteri morabant deo seruientes. A quib⁹ honorifice suscept⁹ inter sacra eor̃ colloquia spũ dño remendauit. Ipsa aũt hora obitus eius instar stelle totus lumine circunfusus est locus.

§. V. Maxentius autem abbas

vt scribit Sigisbertus fuit pictauensis. Et inter cetera virtutum miracula mortuum suscitare promerut. Multoties aues fere relictis nemorum ramis: in manu eius modo tritici grana/ modo panis fragmenta sumebant. Sepius etiaz visitabatur ab angelis: adeo vt splẽdor cellule in qua psallens iugiter habitabat: veluti micantium globis astrorum videntib⁹ ministris vel monachis reluceret. Refectio eius erat panis hordeaceus ⁊ aqua. Frequenter tñ diuinis dapibus pascebatur. Sic aũt orationib⁹ incũbebat: vt se incuruando instar camelorz in ei⁹ mẽbris velut gibbi apparerẽt. Melanii abbas.

¶ Quodam tẽpore dũ monachi inter opera estuantes siti grauarentur: idẽ vir dei oratione expleta: quum baculũ in aruo in cõspectu adstantiũ fixisset: fons vnius deorsum effluxit: vnde monachi gratias agẽtes sitim extinxerunt: ⁊ multi postea langentes inde sanati sunt. ¶ Quodaz tpe Franci cum Gothis cõflictu bellico aduenientes precedente eos rege Clodoueo: cum monasterio cui Maxentius preerat: appropinquassent: cogitare ceperunt q illud debellarẽt: ⁊ sanctum virum occiderẽt. Quumq; suadente diabolo vnus ex barbaris manũ extenderet vt eum decollaret: suspenso in aere gladio: manus gladiatoris inaniter remansit exerta: ⁊ cervix sancti permansit illesa. Post paululum autẽ cepit se dentibus lanjare: ⁊ proprium corpus vulneribus lacerare: ⁊ tandem accensus insania/ proprius infelix extitit sui homicida. Reliqui vero repẽte luminib⁹ sunt cecati: mẽte turbati ita vt alter alterũ vix cognosceret. Oũ quũ ad aures Clodouei peruenisset: ad sanctum virũ ocyus occurrit: seq; prosternens humiliter adorauit: ⁊ veniam sibi suisq; postulauit. Vir aũt deo plenus/ motus precibus regis: signo crucis super eos expresso ⁊ eulogiorum ex panis fragmine benedictione largita sanitatem intulit: ⁊ ad castra eos redire permisit. ¶ Post hec quidam segetis cultor dum ad cuellendũ siliginẽ die dominico properasset in messem: manus eius circunstricta est per biennium: ita vt nullus posset medicorũ remedium sanitatis adhibere: sed ad sanctum virum pergens: oratione fusa sanitatem integram recuperauit. Et similem reddidit sospitatem cuidam mulieri cuius manus mutiles facte erãt: qz die dominica filauerat. Demũ obitum suum monachis suis denuntians in pace quieuit.

§. VI. Fuit talius abbas Melanius

nobilis genere: forma precipuus: corpore castus: vt refert Uincen. spec. histo. lib. xxij. Cuius consilio rex Clodoueus pauperes alebat: sanctos honorabat. Hic habuit aliquãdo obuiũ diabolũ in specie tauri cornuti. Quez interrogans sanctus quo iret. Respondit ille. Ad fratres vado potionem eis dare. Et sanctus mox iuit ad oratorium suum. Diabolus aũt vnã de senioribus haurientem aquã ingressus est. Quẽ quum vexaret: sanctus dedit alapam vxato: ⁊ demonem excussit. Tante aũt virtutis erat: vt demones ante eum celare se non auderent. In Venetẽsi pago puerum mortuuz suscitauit qui a demonio vexabatur: quẽ demõ seducens ⁊ sciens se eiciendũ in secreto cubiculo eum strangulauit. ¶ Fuit ⁊ sanctus Arnulphus sancti Remigij in baptismo filius: qui in Gallia claruit. Hic post multos agones predicãdo xp̃m in sylua aquiliana martyrio coronatus est. Quum autẽ sanctus Remigius Clodoueuz baptizasset: commendauit ei sanctum Arnulphum. Qui Clodoueus dedit ei neptẽ suaz in vxorem: et eos ambos sancto Remigio tradidit. Qui persuasit eis vt virgines permanerent: qõ et fecerunt. Facta est aũt ei vox de celis in somnis dicẽs. Nisi quis renunciauerit oĩbus que possidet: non potest me⁹ esse discipulus. Quẽ cũ summa festinãtia ad sanctum Remigiuz accessit: ⁊ viaticum a beato Remigio accipiens: sponsam et oĩa relinquẽs in peregrinatione sua. xxvij. annos in laicali habitu perfecit. ¶ Apud Rauennaz die dñica post matutinas solus remanserat in ecclesia ad orandũ: vbi cuiusdam peccatoris aĩa quã diabolus ad infernũ trahebat/ exuta a corpore cepit clamare: sancte Arnulphe dei electe succurre ⁊ hos impetus inimicorũ cõprime. Tunc ille fletibus commot⁹/ flẽs largissime orauit: et anima ad corpus rediit: reuixit Diuus Arnulphus.

rit& homo: & cuius meritis saluatus fuerit indicauit: et q̃ ipse esset Arnulphus peregrinus clara voce presentib⁹ patefecit. Statim sanctus gloriaz vanam fugiens: ad sanctum Remigiũ reuersus est. Veniens autẽ super Sequanam fluuiũ ad locũ cui Cella nomẽ est: obuiũ habuit quẽdam mortuũ in feretro delatũ: & fusa oratione eũ vite restituit: quez secũ ad sanctũ Remigiũ adduxit. Beat⁹ autem Arnulphus populũ Remensem fugiens: iterũ peregrinationẽ arripuit. & post visitationem ad corpus sancti Saturnini Tolose: et sancti Hilarij Pictauis: demũ peruenit Turones ad corpus beati Martini: vbi angelo reuelante factus est eps. Ibi aũt dñi quadam nocte inciperet ad vigilias. Dñe labia mea aperies: & clerici obdormirẽt: nemoq; esset qui responderet: angelus subintrauit: & os meum annuntiabit laudem tuam.

§. VII. Tẽpore Childeberti regis Francorũ: & filij Clodouei de quo supra claruit sanctus Vigor.

Sanct⁹ Vigor.

Vigor Baiocassine ciuitatis eps. Hic quinz in Attrebatensi prouincia nobilibus parentibus et fide pollentibus fuisset ortus: intra sancti Vedasti monasterium in religiõe monachorũ cohabitauit: vt refert Vincen. specu. histo. lib. xxij. Hic tanta obedientia & humilitate fulgebat: vt oĩm gratiosi⁹ videret. Quẽ quum parentes eius valde locupletes in rerũ opulẽtijs superstitẽ habere cuperẽt: ille magis celestibus inhians: assumpto vno puerulo. nesciens quo iret iter assumpsit parentib⁹ derelictis: qui diuino nutu in regionẽ Baiocassinã puenit. Angel⁹ aũt dñi quũ in itinere esset: eum in somnis admonuit & dicens. Perge quo ire decreuisti: q: locus tibi a dño preparatus est: & plebs non modica parte ad fidẽ cõuertẽda est. Iter ergo prosequens inchoatum: applicuit ad vicum qui Redeuerus dicitur vbi erant hoies cultu idolorũ detenti. Illic edificato oratorio vigilijs & oratiõib⁹ pernoctãs dñm precabat assidue vt ad veritatẽ cognoscendã populũ illũ dei spũs illustraret. Tantãq; ei gratiam dñs cõtulit: vt per predicationẽ & sanctitatis exemplum omnes pene ad christi fidẽ cõuerterentur. ¶ Quũ autẽ vellet dñs militem suum manifestũ fieri: cuiusdam viri filium quẽ paralitũ cõuerterat ad christũ febribus veratum contigit mori. Cuius mater fletibus fatigata cucurrit ad seruum dei: & vt filium suũ morte extinctũ vite restitueret lachrymabiliter precabatur. Qui oratiõe emissa pro paruulo: ait ad mulierẽ. Si ex toto corde in deũ quẽ colunt christiani credideris: quecũq; volueris obtinebis. Illa ergo hijs auditis: credẽs reuersa domũ vbi filiũ defunctũ dimiserat: inuenit eum extra domuz laudantẽ deũ. Per qõ miraculum longe lateq; fama sanctitatis eius personuit. Egrotantibusq; medicinaz multimodam diuina pietas per orationes eius tribuit ita vt cecis visum: claudis gressus: languentibus restitueret sanitatez. ¶ Quũ autẽ in quadã sylua quidã serpens immanis esset: qui flatu suo hoies & pecora exureret: vir quidam locuples qui circa locum possessiones habebat: rogauit virum dei vt illuc accederet: et ab illo interitu hoies et pecora liberaret. Qui illuc pergens ait. Serpens antique & satyna: in noĩe Jesu christi tibi precipio vt exeas de specu. Qui statim egressus est erecto capite: flammas ex ore emittens et dentibus stridens: quasi ad deuorandum parat⁹. Erat q; pedum. xl. longitudo eius. Quem mox vt vir dei vidit. signũ crucis opposuit. At ille clauso ore: & deposita ceruice ad eius venit. Sanctus autem Vigor erario per collũ ligauit: & famulo suo Redimiro tradidit ad mare ducẽdum: mãdans vt illuc vltra serpẽs nõ reuerteretur: qõ & factũ est. ¶ Alium quoq; serpentẽ eiecit de loco qui dicit Cella: & tertiũ de loco qui dicit Cameron. Ob quã causam cũcta predia prefata ei in possessionem tradita sunt. ¶ Defuncto autez Baiocassino episcopo: clero & populo hoc petẽte: nutu dei ordinat⁹ est episcopus ibidem. Quidam autem comes Beltulfus nomine auaritia estuans: agrum dicte ecclesie & superbe & violenter occupauit. Sed orante sancto deum vt hereditatem ecclesie defenderet: vir ille superb⁹ de equo cecidit & fractis ceruicibus expirauit. Matre quoq; sue ante conceptuz suũ fuit ab angelo reuelatum q̃ filium haberet quem dominus sua gratia magnifice illustraret. Obijt senex multos discipulos sanctis moribus educatos relinquens.

Sanct⁹ Vigor ordinat eps.

Titulus. XII. cõtinet gesta annorum. lxxxvij. scz ab anno dñi. ccccc. viij. vsq; ad annuz dñi. ccccccv. In quo spatio fuerunt isti summi pontifices successiui. Joannes primus/Felix tertius/Bonifacius secundus Joannes secundus/Agapitus/Siluerius/Vigilius/Pelagius primus/Joannes tertius/Benedictus primus/Pelagius secundus/Gregorius primus. Imperatores autez Justinus senior/Justinianus iunior. Tyberius/Mauritius. Continet precipue multa dicta Gregorij pape. Et historiam Gothorum a Bellisario & postea a Narsete deuictorum. Et de Longobardis quomodo intrarunt Italiam. Et gesta multorum sanctorum & sanctarum temporibus illis in mundo vita & miraculis lucentium.

¶ De Joanne papa primo & secundo & tertio: Felice/Bonifacio/Syluerio &c. Capitu. j.

§. Defuncto Anastasio perfido imperatore: succedente in imperio Justino seniore: de quo dicetur infra/post Ormisdam apostolicam cathedrã tenere meruit Joannes primus hui⁹ nominis papa quinquagesimus primus in numero pontificũ. Et q; prefat⁹ imperator Justin⁹ vt verus catholic⁹ & deuotissimus: non solum oẽs episcopos & alios sanctissimos viros quos Anastasius hereticus in exilium miserat: quia errori suo non fauebant: reuocauit ab exilio & eos honorifice recepit: sed etiam ordinare ecclesias quas tenebãt Arriani in partibus orientalibus eis auferri: propterea Theodoricus rex Italie et ipse Arrianus misit Joannem papam cum quibusdam ex senatoribus & consulibus ad Justinum imperatorẽ: vt tale edictum reuocaret: & Arrianis ecclesie redderentur: alioquin ipse Theodoricus omnes Italiam gladio & igni exponeret. Qui papa Joannes ad obuiandũ exterminio Italie: etsi infirmus iter accepit ad Cõstãtinopolitanã ciuitatẽ vbi Justinus residebat. Et vt refert Hugo floria. post Gregor. in lib. dialogorũ. Quũ iam attigisset partes Corinthi: necesse fuit vt ei equus in itinere ad secundũ requiri debuisset. Qõ quum quidã vir nobilis audisset: equũ mitissimũ super quo coniunx sua equitare cõsueuerat ita ei cõcessit: vt quum ad locũ aptuz peruenisset in quo equus idoneus inueniri potuisset: equus pro sua cõiuge remitteret: qõ & factũ est. Nam in psequutione itineris: reperto alio equo idoneo: illũ porem nobili remisit. Sed quũ denuo cõiunx predicti nobilis vt cõsueuerat ascẽdere voluisset: vltra nõ valuit. Cepit eñ immenso flatu & fremitu ac totius incessanti corporis motu quasi despiciẽdo prodere: q: post mẽbra põtificis mulierem ferre nequiret: qõ vir eius prudẽter intuitus: hunc ad venerabilez virũ remisit magnis postulans precibus vt illi ipse possideret: quẽ iaz iuri suo sedendo dedicasset. ¶ Susceptus est aũt ab omni ciuitate Cõstãtinopolitana vt ait Helinandus cum summo honore: ita vt decimoquinto miliario ab vrbe ipsa cum cereis/lãpadibus/& crucibus populus ei obuiã pcederet: gratias agẽs q̃ beati Petri successorẽ & christi vicarũ suscipere meruisset. Quũq; ab imperatore & omni clero & populo/letitia summa exciperetur: in cõspectu oĩum mox ad portã aureã roganti ceco lumen indulsit. Justinus autẽ humiliauit se & adorauit pronus in terrã sanctũ Joannem papaz. Qui Joannes cũ ceteris legatis rogauit Justinum vt exaudiret legationẽ quaten⁹ Italia liberaretur: et ne exterminio a Theodorico exponeretur: qõ & fecit Arrianis permittẽs ecclesijs suis vti quas prius tenebãt. ¶ Impetratis autẽ ijs pro quibus ierat: vt dicit Hugo floria. Rauennã remeauit: vbi sepe nosatus tyrannus Theodoricus sedẽ tenebat regni. Qui zelo inuidie q: audierat eum ab augusto susceptũ honorifice: & tractatũ cũ comitibus ei⁹: gladio eum interficere voluit: sed timuit indignationẽ nimiã in currere Justini impatoris. Jpm tñ carcerali custodie mancipauit: vbi maceratus carceris squalloze spm deo reddit. Cuius martyrium celebrat. v. kal. Junij. Et corpus eius de Rauenna ad vrbẽ translatũ est: & in ecclesia bti Petri sepultum. Fuit autẽ natione Tuscus ex patre Constantio. Sedit autem annis duobus. Et cessauit papatus per dies. lviij.

Joannes papa cõstãtinopolim pficiscitur.

§. I. Joãni successit in cathedra Petri Felix secundus in catalogo. lij. natione Samius ex patre Castorio. Quantũ autẽ sederit incertũ est. Nam scõm aliquos annis. xj. 9m alios vt Martinianum & Joã. de col. annis quatuor. mensibus duobus. diebus. xv. Hic edificauit basilicam Cosme & Damiani in vrbe Roma. Et eccl'iam sancti Saturnini in via Salaria incendio cõsumptã tẽpore suo a solo refecit. Hic fecit ordinationes duas per mensem Martij in vrbe: & ordinauit presbyteros. lv. diacones. iij. epos per diuersa loca. xxix. Qui & appositus ad patres sepultus est in ecclesia beati Petri. Et cessauit epatus diebꝰ trib⁹. ¶ Post mortẽ felicis ascẽdit cathedrã Petri Bonifacius secundus/natione Romanus ex patre Sigelbundo in ordine pontificum Romanorum. liij. Sedit aũt annis duobus. Fuit eñ tẽpore Justiniani imperatoris. Fuit etiam et tunc schisma: q: alius Dioscorus noĩe fuit ordinatus in papãt sed nõ canonice. Propter hoc dissensio orta est in clero & in senatu circa vnuz mensem durans. Interea defunctus est Dioscorus: & schisma sublatuz remanente Bonifacio se-

Felix secundus

Bonifacius secundus

cundo in sede Petri. Qnē dioscorum Bonifacius zelo et dolo ducr⁹ sub vinculo anathematis reconciliauit clero. Hic Bonifacius alimonijs multis in famis periculo clero subuenit. Hic congregauit synodū in basilica beati Petri: et fecit constitutiones. Hic sibi successorē Vigiliū diaconē ordinauit. Sed qz cōtra canones id factū fuerat: illud reuocauit. Migrans autē ad dñm sepult⁹ est in basilica principis apostolorū. Et cessauit ep̄atus mensib⁹ duob⁹ z diebus .xv. Sub hoc pontifice venit Romā relatio ab aphricanis episcopis qui de vnanimi voluntate atq; consilio deliberauerunt atq; cōstituerunt vt Carthaginensis episcopus omnia constitueret et faceret de cōsilio Romane apostolice sedis. ¶ Bonifacius papa sic ait dist. lxxxix. c. vlt. Ad hoc dispositionis alias dispensationis) puisio gradus diuersos z ordines constituit esse distinctos vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberent: et potiores minoribus dilectionem impenderent: vera concordia fieret: et ex diuersitate contexti⁹ z recte officioz⁹ gereretur administratio singulorū. Neq; enim vniuersitas alia poterat ratione subsistere: nisi huiusmodi: magnus eā differentie ordo seruaret. Quia vero quelibet creatura in vna eademq; qualitate gubernari vel viuere nō p̄t: celestium militiarū nos exemplar instituit. qz dum sunt angeli atq; archangeli: liquet qz equales nō sunt sed in potestate et ordine differt alter ab altero.

§. II. Joannes secundus succes

sit Bonifacio in apostolica sede. liiij. qui et Maturi⁹ dictus natione Romanus ex patre Proiecto de Celio monte. Sedit annos duos z mēses quatuor. Et fuit temporib⁹ Athalarici regis Italie: z Justiniani imperatoris. Eo tempore ante mortem suā Justinianus senior vir religiosus summo christiane religionis amore misit fidē suam inscripto chirographo proprio ad sedē apostolicaz p̄ eos ep̄atum alias Hippatum z Demetriū. Et beato Petro ap̄lo eriāz offerri fecit scyphum aureū circuidatum gēmis: et calices argenteos cōplures. Hic fecit ordinationes vnā p mēsem. Decembrem in vrbe promouēs ad sacerdotiū .xv. in eos autē per diuersa loca .xxx. Qui z sepultus est in basilica beati Petri qui trāsiuit ex hoc medo ad patrē. Et cessauit ep̄atus diebus .vij. ¶ Joānes papa sic scribit Syracusano ep̄o. xvj. q. j. c. visis. Addidit fraternitas tua litem et seditionem inter clericos monachosq; ex hac causa non modicā fuisse exortā scz ecclesijs monachorum p quos debent instituti ibi sacerdotes. Hoc enim instigatione versuti hostis nemo ambigat fieri. Habet nāq; mille nocēdi modos: nec ignorantus astutiā eius. Conat nāq; a principio ruine sue vnitatez ecclesie rescindere: charitatē vulnerare: et sctōz operū dilectionez felle inuidie inficere: z oibus modis q̄b⁹ p̄t gen⁹ humanū euertere z perturbare. Doleo ēm satis z erubescit charitatem quā ipse in celo nequiuit habere: hoies cōstātes ex lutea materia in terra tenere. Uñ oportet quantum fragilitati nostri pcedit: vt omnes adit⁹ nocēdi ei⁹ versutie muniamus ne mors ingrediat per portas nostras. Consilio itaq; multorū fratrū diligenter exquisito decernimus: vt amodo ecclesie monachis tradite per suos sacerdotes instituetur. Diuine ēm leges z seculares habent: vt cuius est possessio: eius fiat institutio. Et si in dando q̄b⁹ minus est facilis fuit charitas: sit facilior in recedendo q̄b⁹ minus est sancta largitas. Mauis ēm fuit possessionē dare q̄m inuestituram concedere. Quomodo ēm possessoris iura cognoscerentur: z suarum rerū tributa redderentur: vbi q̄b⁹ suū est per alterūdatur: et quis voluerit aufertur? Humani ēm moris est illuz vereri cuius iudicio et voluntate nunc erigitur: nunc deprimitur. Hec ibi. Sed de ista materia: scz de capellanis monachorum habes in glos. quid iuris.

§. III. Quinquagesimus quin-

Agapitus papa

tus in sede Petri fuit Agapitus seu Agapet⁹ natione Romanus ex patre Gordiano p̄sbytero. Quantū autē in cathedra Petri fuerit varia est opinio. Nam Joā. de col. asserit annis .xj. sedisse: ēm alios tantū vno: q̄b⁹ videtur verius. Hic beatū pontificē Theodat⁹ rex Gothorū z Italie Constantinopolim ad Justinianum imperatorē misit. Audierat ēm illum ob mortē Amalasiunte filie Theodorici regis aduersum se grauissime cōturbatū: qz eā procurauerat interfici: vel permiserat. Credebat aūt hoc Theodatus mediate pōtifice sibi principē recōciliari. Qui veniens Cōstantinopolim cū magna gloria suscept⁹ est a Justiniano. Sed facta cuz eodem principe collatione: reperit ēm in Eutichetis pestiferū dogma corruisse. Seductus ēm fuerat ab Anthemio constātinopolitano ep̄o. Quū cōstanter btūs pōtifex imperatorē obiurgasset: q̄ Romani imperij maiestatem peruersi dogmatis labe maculasset: obiurgationē illā primo imperator grauiter tulit: adeo vt diceret ei. Aut consenti nobis: aut facia te in exiliū deportari. Cui beatissim⁹ papa nihil motus ait. Ego quidē pcōr ad Justinianuz imperatorē christianissimū venire desiderauī: sed ego Diocletiani inuenī. Ego tū imperator munas tuas nō timeo: dum mihi vera fides incōcussa p̄manet. Cui⁹ scrām Cōstantiā admiratus imperator: ab illo suo furore retardatus est. Mandauitq; oriētaliū ep̄oz in regia vrbe congregari consiliū. Quo cōgregato beat⁹ Agapitus in cōspectu principis Justiniani cōtra Anthemiuz ex dictis euāgelioz p̄bauit in dño Jesu christo duas fuisse naturas. Eo autez convicto quū a sua nollet Anthemius resilire pertinacia: dānatus z depositus est. Tunc augustus Justinianus gaudio repletus humiliauit se sedi ap̄lice: z adorauit beatissimū papā Agapituz: rogauitq; vt in Constantinopolitana vrbe catholicū institueret ep̄m. Qui Mennā quēdam virū sanctissimū eidē ciuitati p̄fecit episcopum. Post hec quum beatus Agapitus obtinuisset ab imperatore ea p̄pter que directus fuerat a Theodato rege: secq; ad reditum p̄pararet: egritudine grauī correptus Constantinopoli defunctus est. Sed Romam translatum est corpus et in ecclesia beati Petri sepultum. Hic fecit ordinationem vnam: et ordinauit diacones quatuor: z ep̄os vndecim. Cessauitq; episcopatus mense vno et diebus .xxvij. Agapitus papa de conse. dist. j. Agapitus papa. vas catholicum: en angelij turbat: preco iustitie. i. sacerdos: sacra altaris sediscq; velamina sacrilegis Anthemij infecta fabulis/catholicis p̄ceptis deleuit.

Iustinianus congregat consiliū

§. IIII. Ex hoc mūdo assumpto

Sylverius papa

Agapito: summum p̄sulatum accepit Sylverius. lvi. Ex patre Ormisda ep̄o Romano de quo supra: natione Campanus. Qui tū legitim⁹ fuit: vt pote qz ante ēm promouere⁹ tur ad clerū Ormisda/ vrorē habuit ex qua Sylverium suscepit. Hic sedit anno vno: mensibus .v. diebus .xj. Et q̄uis iste vir sanct⁹ z bonus esset: tū volente z cogēte Theodato rege absq; cleri decreto factus est papa. Mandauerat enim Theodatus vt qui cūq; ordinatiom eius nō cōsentiret: gladio puniret: vnde sacerdotes non se subscripserunt ⁹m antiquū morem Romane ecclesie: nec decretū confirmauerunt ante consecrationē eius. Sed postmodū p̄pter scandalū q̄d oriri poterat: p̄dyteri se subscripserūt in ei⁹ decreto. Theodatus aūt rex q̄ hāc cōsuetudinē pessimā z detestādā in ecclesia induxerat: de iudicio non multo post defunctus est. Interea vror Justiniani imperatoris Theodora: que hereſi Euthiceti contaminata erat: dolens q̄ Anthemi⁹ patriarcha p̄o errore suo a beato Agapito fuisset depositus: misit epistolas ad Sylverium papā: rogans vt aut ad eam veniret Cōstantinopolim: aut depposito z remoto Mēna quez agapit⁹ papa patriarcham cōstantinopolitanū fecerat Anthemiū reuocaret. Sed Sylverius papa spem ponens in dño sciēs qz deo oportet obedire magis q̄ hoibus: rescripsit auguste. Absit a me dña augusta vt rē istaz vnq; faciaz: vt reuocē ad apostolicū culmē hominē hereticū: z in sua p̄fidia iam dānatū. Quo audito augusta femineo furore repletur scribit ad Bellisariū patritiū qui tunc Rome erat: vt sumpta occasione Sylverium papaz a pontificali sede remotū in exiliū deportaret. Utebat autē tunc augusta cōsilio Vigilij cuiusdam qui eo tēpore Romane ecclesie in regia vrbe apocrisarius erat. Hic ēm ambitione ductus ad papatū adspirabat. Quisq; apud Romanos notū esset Sylverium pōtificem auguste indignationē incurrisse: quidaz falsi testes accusauerūt illū: insurgētes z dicētes illuz ad regē Gothorum qui trans Padum erat: z ibi Gothis imperabat: literas misisse dicētes. Veni Romaz cuz exercitu: z ego tibi portam q̄ est iuxta Lateranum aperiaz: z Bellisariuz patritiuz tibi tradam. Qō audiēs Bellisarius minime fidem adhibuit: sciebat ēm q̄ p̄ inuidiaz dicebant. Nihilominus fecit eū venire ad se. Quūq; venisset in palatiū: Joannes quidā subdiaconus subito pallium de collo eius abstulit: subitumq; de medio atq; pontificalibus vestibus erutū veste monastica induit. Hoc quū quidaz ex clericis ei⁹ vidisset: egressus foras nūciauit clero dicēs. Dñs papa depositus est z fact⁹ monachus. Quod audiētes fugerūt oēs. Sed Vigilius diaconus eum in sua fide suscipiēs ad Pōtianas insulas in exiliū misit: vbi illū pane tribulationis z aqua angustie sustentauit. Qui nō multo post tpe deficiens christi cōfessor verus spūs dño reddidit: z in eodē loco sepult⁹ est. Ad quē confugiens multitudo lāguentiuz sanabat. Hic fecit ordinationē vnā p mēsem Decēbrē: z ordinauit p̄ dyteros .xiiij. eos p diuersa loca .xix. Et cessauit ep̄atus die vno. De hoc sic habetur in decretis .xxij. q. iiij. guilisarius. Guilisarius patritī⁹ noster mādauit me ad se venire pacifice p̄o quibusdā eccl'iasticis dispositionib⁹ in palatiū principis: z ad primum z scōm ve-

ium.

ium.l.camerā seu hostiū ſm glo.retinuit oēm clerū ⁊ ppl'm qui mecū veniebat:⁊ nullū permisit intrare nisi me solum ⁊ Vigiliū diaconū nostrū. Me vero vi retento:et ante patriū predictū deducto:miserūt me in exiliū:in quo ſustento: modo pane tribulatiōis ⁊ aqua angustie. Ego tñ non dimisi nec dimitto officiū meū:sed cū epīs quos cōgregare potui:eos q̄ talia erga me egerūt anathematizaui:⁊ vna cum ipsis aplica authoritate statui nullū vnq̄ aliter decipiendū sicut decept' sum. Idē Vigilio p̄fato. Habeto itaq̄ cum illis q̄ tibi cōsentiūt plene dānationis sententiā:⁊ sublatis tibi nomen ⁊ munus ministerij sacerdotalis agnosce. glos. vt sc̄z illud cōsequi nō possit. Et vt subdit Gratian' in.§. .sequēti. Hoc licite ⁊ iustissime fecit:ex eo .ſ.q: nō suā sed ecclesie iniuriā vindicauit:q: iniuria prelati inquātum prelatus est/iniuria est ecclesie:sed etiā suam:q: superiorē non habebat:poterat vindicare iniuriā ſm glos. Et nota ibi duplicē defectū in textu. Primus est quū dicit ante.c. Obijcit illud Syluestri/corrupta est litera vt credi pōt vitio scriptoris quia vult dicere illud Syluerij:non essi est vocatus Syluester:sed Syluerius papa. Secundus defectus est q: capitulum incipit Bulisarius:vbi prima litera est mutata. Nam vult dicere Bellisarius:vt patet ex chronicis.

Vigili' papa lvij.

ſ. V. Post Syluerīū Vigilius

p̄fatus creatus est papa.lvij.natiōe Romanus. Ex patre Joanne consule. Qui sedit annis.xvij.mensibus. vj. diebus xxv. Quod postq̄ cōperit Theodora augusta:statim scripsit ad papam vt ſm promissa Anthemium hereticum revocaret. Ad quaz Vigilius talia responsa mandauit. Absit a me hoc dña augusta. Si essi ego a principio male loquut' ſuz et inspiēter:doleo. Nunc aūt quis indignus christi ⁊ bti' Petri vicarius ſim in terris:ideo nullo modo consentio vt hominē hereticū ⁊ anathematizatū:atq̄ per sanctissimos patres p̄decessores Agapitū ⁊ Syluerīū iuste dānatum:in statū pristinū restituaz. Qō postq̄ augusta cōperit:nimis turbata est:sed ad tēpus aliquod furorē quem cōtra Vigilium cōceperat occultauit. Interea quum Totila rex Gothorum vrbē Romanam post multas alias ciuitates Italie captas et depopulatas in ſuam redegisset potestatem:⁊ Romani hinc inde fuissent dispersi:vt dicetur in.c.sequē. aliqui de numero senatorū vna cū papa Vigilio afflicti: Constātinopolim p̄perāt:⁊ quibus calamitatib' Roma subjceret exponunt Justiniano impatori. Quos benigne ſusceptos consolatus est imperator:p̄mittēs in primo calamitatib' vbis subuenire:qō ⁊ fecit vt dicet. Sed Vigilius papa qui prius ab imperatore ſuscept' fuerat quū nollet Anthemiū hereticum revocare. ſuggestione Theodore post multa opprobria que ſustinuit:iussu impatoris i exiliū trusus est vna cū clericis qui ab vrbe eū sequuti fuerāt. Qui quū aliquandiu ibi stetisset multis afflictus angarijs:intercedentibus pro illo Romano populo ⁊ nobilibus ab imperatore revocat' quum rediret apud insulā Sicilia defunctus est. Helinandus autē vt refert Vincē. ſpecu. histo. lib. xxij. aliter dicit de isto Vigilio papa:videlz q̄ quū ipse Vigili' nollet Anthemiū revocare ad ep̄atum vt petebat Theodora vxor Justiniani:misit ipsa Theodora Romā quendam scribā vt adduceret Vigiliū Constātinopolim p vim. Qui quū in naui eēt impositus:et nauis mota esset:populus Romanus iactabat post eum lapides/ſustes/⁊ cacabos dicens. Male fecisti Romanis:male ⁊ tu inuenias:vbi vadis:fames tecum mortalitas tecū. Ingresso aūt eo Constātinopolim:p biennium fuerūt in cōtentione de Anthemio revocando. Cui Vigili' consentiebat dicens. Non me huc venire fecerunt Justinianus ⁊ Theodora:sed Diocletianus et Victoria. Facite quod vultis:digna factis recipio. Tunc quidē dedit ei alapam dicēs. Nescis quibus loqueris homicida:q: Syluerīū papam occidisti:⁊ filium mulieris vidue calcibus ⁊ ſustibus. Tunc fugit Vigilius ad basilicā bt̄ Euphemie/⁊ tenuit colūnam altaris. A qua abstractus electus est extra ecclesiā et missis funibus in collū eius/tractus est per totā ciuitatem vsq̄ ad vesperā:⁊ tūc missus est in carcere:vbi dabatur ei modicus panis ⁊ aque. Clerus aūt Roman' qui cuz eo venerat:missus in exiliū p diuersa loca ad metalla incidēda. Hic Vigilius sic statuit de cōse. dist. ſ. c. de fabrica. De fabrica cuiuslibet ecclesie:si dirupta fuerit:instaurāda est:⁊ si in eo loco consecrationis solēnitas instaurari debeat in quo sanctuaria nō fuerint:nihil indicamus officere si per eam aqua minime exorcizata iacteť:q: in consecratione cuiuslibet ecclesie in qua sp̄ūscti ara nō ponit:celebritatē tātum scim' esse tuissarū. Et ideo siqua scrōz basilica a fundamentis etiam fuerit innouata sine altaris motione:sine alīq̄ dubitatione quū in ea fuerit celebrata missarū solēnitas:totius cōsecratio sanctificatiōis implebit. Si vero sanctuaria que habebat ablata sunt. i. reliquie altaris:rursum earū depositione ⁊ missarū solēnitate reuerentiam sanctificationis accipiet. Hec ibi. Loquutio est obscura. Sed vide gl. Vigilio successit in pontificatu Pelagius papa. lxviij. Qui sedit annis xj. mensibus. x. dieb'. xviij. Huic in principio sui episcopat' nullus erat in vrbe qui vellet cōicare:asserentes eū in mortē Vigilij pape consensisse:⁊ vt tātis penis ⁊ afflictionibus afficeret causam extitisse. Quā ob causam cōgregato clero ⁊ populo apud sanctū Petrum:coram Narsete imperatoris cubiculario ascendēs in ambonē:tenēsq̄ euāgelia ac crucez super caput eius:iurauit se nullū malum Vigilio intulisse. ⁊ sic populus ⁊ clerus sedatus est. Nota q̄ fuerunt duo Pelagij. Unus fuit iste de quo nūc. Alij fuit q̄ immediate fuit ante Gregorium papā ⁊ post istum Pelagiū primū. Et q: multa capitula allegantur in decretis attributa Pelagio: nec dicitur de primo vel secundo:ideo attendendum est.

Vigilio succesſit pelagius.

ſ. VI. Quinquagesimusnonus

in sede Petri post Pelagium sedit Joannes tertius natione Romanus. Qui in ea permansit annis.xij.mēsib'.x. dieb'. xxvj. Hic beatus pōtifex vt cognouit Narsetē aduersus populū Romanū iuste cōmotū:q: imperatori Justino conquesti fuerāt de regimine ei' qui Italiā gubernabat:attendēs ipse papa quot bona ex p̄sentia ⁊ puidētia ipsi' Narseti puenissent non solū Romanis:ſz tori Italie:cōcite Neapolim p̄operauit:atq̄ cū lachrymis satagebat illū reconciliari Romanis:vt Romani denuo reuerteret. Cui Narses ait. Dicte sctissime papa:quid mali feci Romanis? Uadam ad pedes p̄incipis:vt cognoscat oīs Italia quō totis viribus laborauerim vt illā eripere de manib' barbarorū. Attamē suasu pōtificis Narses Romā reuersus est:misusq̄ est Longobardos ab ingressu Italie revocare:ſz nō valuit. Jā essi Alboin' rex Lōgobardorū:q̄ ab eo lras p nūciū acceperat vt intraret Italiā:indignatione quadā ꝓmotus vt in.c.seq. dicet:tiā cōgregatis magnis copijs cū vxoribus ⁊ liberis et eorū oī supellectili relicta Pānonia iter arripuerat. Et intrarūt ipse rex cū Lōgobardis italiā Anno dñi. ccccclxviij. Joā. papa. xvj. q. iij. pozro. sic ait. Pozro si de annorū numero q̄s causak:sciat q: inter christianos ⁊ eos q̄ suntvnius fidei numer' certus afflictus est. ſ. ad p̄scribēdū. Ceterū vbi paganoꝝ incredulorū furor in causa est:quātaliber p̄tereat tēporatiuri nō p̄iudicat ecclesiarū:que corporalia nescientes arma:solū deum p̄opugnatorē suū quādo ei placuerit misereri patiēter expectēt. Uerū si annorū p̄olixitas in talibus impediat:de' ipse reprehendendus est qui post. cccc. et xxx. annos filios israel de seruitute Pharaonis et fornace ferrea liberauit:sed ⁊ ipse redēptor noster genus humanuz post milia annorum de inferni claustris eripuit.

Longobardi intrauerſt Italiā

ſ. VII. De hac luce subtracto

Joāne tertio:creatus est papa. lx. Benedictus prim' natione Romanus. Et post annos. iiij. mensibus. ij. vna minus die vita functus est. Eo autem Rome p̄sidente:fames ingens fuit in Italia:⁊ maxime rome. Nam gens Lōgobardorum oīa circū quaq̄ hostili furore cōsumpserat. Quamobrē p̄fissimus imperator Justinus:ad pontificis p̄ceces ne Romani inopia periclitarētur:misit in egyptū naues que frumēta Romam deferrēt. Que applicantes ad portū non solum vrbē ipsam:sed et totam Italiā a famis peste liberauit. Eo tpe vt scribit Jo. de col. Hispani ⁊ Franci de pascha dissentiunt celebrādo. Nā Hispani. xij. kal. Aprilis. Fracigo. xiij. kal. Maij pascha celebrāt. Sed Frācos recte celebrasse per hoc diuinit' claruit:q̄ fontes in Hispania in sancto sabbato pasche ad baptizandū sponte diuinit' soliti replerint nō in Hispanoꝝ:sed in Francorū pascha sunt repleti. Ab isto Benedicto papa Grego. leuita cardinalis est ordinatus. Et ad predicandū Anglicis abire permissus hoc instanter postulans. Sed ocitissime ad grelā Romanorū nimia ex itinere cepto revocat':vt notat Vincen. ſpecu. histo. lib. xxij. Quuz essi quadā die per mercatores ad vrbē multa venalia adducta fuissent:⁊ ad emendū hinc inde multi confluerēt:contigit Grego. ante q̄ pontificatum summū ascenderet:illac per forū trāsire. Qui vidit aliquos pueros ibi venales exponi lactei colozis ac venusti vult':capillosq̄ p̄cipui candoris habentes. Aspicies aūt eos interrogauit de qua regione adducti fuissent. Cui dictū est q̄ de Britannia:cuius incole oēs similis colozis essent. Et quū inquireret an christiani essent hoies illius insule: audiuit eos paganos esse. At Greg. ex intimo corde longa trahēs suspiria. Heu proh dolor! inquit q̄ tam lucidos vultus author renebrarū possidet:tātaq̄ frōtis specie grata gēs mentē ab internis gaudijs vacuā gestat. Rursus interrogauit qō nomē esset gentis illius. Dictum est illi q̄ Anglici vocarētur. At ille. Bene

Benedictus p̄imus papa. lx.

Depascha schacelbrando diſſidiū

De anglis hic agitur.

(inquit) nam angelicā facie habēt. Et tales angelorū in celis decet esse coheredes. Quod habet (inquit) nomen ipsa prouincia vnde allati sunt? Responsum⁹ est q̄ deiri dicuntur prouinciales illi. Et Grego. inquit Deiri dicuntur: q̄ de tra dei ad miam christi ducēdi sunt. Accedēs ergo ad pontificē summū/zelo successus cōuersionis illorū: rogauit vt gēti Anglorū in Britānia⁹ aliquos verbi dei ministros destinaret per quos ad xp̄m cōuerter ētur: offerēs se ad hoc paratū si christi ap̄lico cōplaceret. Qui etsi cū difficultate: tñ precibus eius: infatigabilibus deuictus assensit. Qui profectiōis sue ciuib⁹ celās negotiū ne impedirent: ☞celerrime potuit cū apostolica benedictiōe iter arripuit. Sed quū venisset ad notitiam populi: oēs vbiq̄ z suburbani audiētes currūt ad ecclesiā beati Petri: z ap̄lico ad eccl'ia⁹ eunti terribili voce cōclamāt. Eia ap̄lice q̄d fecisti? Sanctū Petrum offendisti: Romā destruxisti: q̄ Grego. rium dimisisti. Quibus vocibus permotus summus pontifex: populiq̄ rumorē timens post eum summa cum festinatione legationem misit: mandans vt ☞citissime Romā remearet. Et quia⁹ iam tres dietas peregisset: z circa sextā horā in quodam prato ☞escaret: aliis circa opportuna occupatis: dū Grego. legeret: accessit locusta: et dans saltum pagine quā percurrebat insedit. Cernensq̄ Grego. tam mansuete eam in loco quo insederat permanere: cepit sodalibus suis nomen eius interpretari. Locusta quasi in loco sta. insinuans socijs q̄ non vltra iter essent ꝓsequuturi. prout factū est. Nam venerunt subito nuncij ap̄lici fudātibus equis fatigatis cum literis precipientes eius reuersionē. Alij tamen dicūt non Benedictum papā: sed Pelagiū p̄misisse Grego. ad Angliaz proficisci: sed postea reuocasse. Sed primus verius: vt patet ex hist'ijs.

Locuste prodigium.

¶ De Pelagio secundo. Capitulum.ij.

Defuncto Benedicto pō

Pelagi⁹ papa.lxj.

tificatū Romanū Pelagius suscepit regendū lxj. natione Romanus. Sedit autem annis. v. mensibus. ij. dieb⁹. x. Hic incōsulto imperatore papa cōsecrat': q̄ia Longobardi vrbē obsederāt: vt secure egredi nō valerēt. Ab eo aūt postea missus fuit Grego. Constātinopolim apocrisarius: vel a Benedicto missus: postea a pelagio reformatus ac idem fuit: qui post eum papa fuit. Et ibi Eutichium patriarcham Constantinopolitanum male sentientē de resurrectiōe corpo⁹. f. q̄ futura essent aerea ventis subtiliora in presentia Tyberij imperatoris cōfutauit. Ubi etiam hortatur Leandri Hispalēsis epi librum moraliū in parte sup Job edidit. Circa illud tempus Gothi qui Hispanias incolebant: ex Arriana pfidia ad catholicā fidem redierunt. Nam Hermigildus Leuigildi regis Hispaniarū filius/regis Francorum Childeberti sororem vxorem duxit: puellā vtiq̄ deuotissimā. cuius exhortatione ac beati Leandri predicatione Hermigildus ab Arriana perfidia qua pater eius languebat: adveram fidem conuersus est. Q̄ vt pater agnouit. ad sectā sue perfidie reducere ac premijs suadere terroribusq̄ inclinari conabatur. Quisq̄ rñderet se nūq̄ verā fidē posse deserere quaz tarde cognouisset: irat⁹ pater/primo omnib⁹ rebus terrenis ablatis regno priuauit. Sed quū nec sic virtutē mētis eius emollire posset: carcerali custodia cōclusōs collū manusq̄ eius ferro ligauit. Supueniētis aūt paschalis solēnitatis die: intēpeste noctis silentio/perfidus pater Arriane epm perfidie misit: vt ex illius manu sacrilege cōsecratiōis cōmunionē recip et: atq̄ per hoc ad pfis gratiā redire mereret. Sed iuuenis deo dilect⁹ Arriano epo venienti exprobrauit vt debuit: eius a se perfidiā dignis increpationibus repulit: q̄ etsi exteri⁹ iaceret ligatus: apud se tñ in magno mētis culmine manebat erectus. His ad patrē relatis: insana mēte refremuit: statimq̄ satellites misit: mandans vt in loco in quo ligatus iacebat occiderēt. Qui mox carcerez ingressi/securim cerebro eius infigētes vitā corporis abstulerūt. Sed ad ostendendā verā eius gloriā diuina miracula non defuerunt. Nā in nocturno noctis silētio psalmodie cantus ad eiusdē regis z martyris corpus auditi sunt z lāpades vise. Quod perfidus audiēs pater: cōmotus penitentia hoc fecisse se doluit: nō tamen vsq̄ ad salutē obtinendā. Nā q̄ vera esset fides catholica cognouit: sed gētis sue vano timore perterrit⁹ ad hanc peruenire nō meruit. Obortā tamen egritudine ad extrema ꝓductus Leandro epo quem prius multū affixerat/Richaredū filiū suū quē in sua pfidia relinquebat in regno: cōmendare curauit: et vt in ipso talia faceret: qualia in fratre eius suis exhortationib⁹ peregisset. Post cuius mortē Richaredus rex nō patrē pfidus sed fratrē martyrē sequēs: ab Arriana heresi ad verā fidem cōuersus est. Totāq̄ Visigothorū gentē ad veras perduxit fidē: vt nullū in regno suo militare permitteret: qui regno dei hostis existeret per heresim. Hec Greg. in lib. dialogorū. et habetur. xxiij. q. j. c. fi. q̄ incipit/cepit. Pelagius papa multum fuit copiosus in decretis statuendis: vt patet in decretis in multis locis. Et ꝓ schismaticos: sic ait. xxiij. q̄. j. schisma. Schisma siquidē ipsum q̄ grecū nomē est: scissuram sonat. Sed in vnitate scissura esse non potest. nō ergo vnitati cōicat qui schismaticis cōicat. Partes sibi fecerunt: et ab eo q̄ vnū est (vt apostoli Jude verbis loquar) semetipsos segregantes spiritus nō habent. Quibus omnibus illud efficit: vt q̄ in vnitate vnū nō sunt: vt q̄ in pte esse voluerunt: vt q̄ spiritū non habent: corporis christi sacrificiū habere nō possunt. Nō aūt nobis nūc illa questio est: vtrus tolerare malos: sed vtrū debeamus schismaticis sociari. Si etiaz ipsi licet suo sensu abundantes: inter materna tamen positi viscera quererent veritatē. a nobis repellēdi nō erāt donec ad eos ratione duce rei veritas clarusset. Sed q̄ se ab vniuersali ecclesia diuiserunt: sicut beatus Augu. ait. ois catholicus securus eam partē detestatur: cui ecclesiā vniuersalem apostolicis sedibus roboratam nō cōicare cognoscat. Nec eñ leuigat eoz crimen: sed magis auget: q̄ eos diu restitisse dixistis: ne apostolicis cōicantes sedib⁹ in sua cōione reciperent. In hoc enim dum et illi culpādi sunt qui cōmunicare talibus voluerunt: multomagis tamen et illi exercendi sunt: qui solum in sacerdotibus communionem apostolicarum sedium: verūetiam in ipsis laicis sprenerit. Sed nec illud eis prodest: quod in eos in eisdem literis: vel ignorantia rationis: vel simplicitate intellectus sui a natura se cōione suspendisse perhibetis. idipsum esse magis est ꝓpter q̄ schismatici sunt: q̄ non eos diuersa sentiendi iudiciū: sed quedā apud se delata sibi tamē incognita metuentes: et cōtra apostolicā sedē temere credētes: pessima diuisse opinio: quos schismaticos specialiter esse beatus denunciat Augu. dicens. De talib⁹ aduersus authoritatē tuaz ecclesiarū: que ab apostolica sede epistolas accipere meruerunt: temere credendo immanissimuz schismatis crimē a se ppulsare nō potuerūt. ad summā aut illos ecclesiā esse creditis. Et quum due ecclesie esse non possint. nos (q̄ absit) schismaticos iudicabitis. Aut si veram in apostolicis sedibus esse cōstat ecclesiam: et illos ab vnitate diuisos cognoscite: et cōionis questionē esse sublatā: quā verā nisi in vnitate cōstat esse nō posse. Noli ergo quasi nulla schismaticorū atq̄ ecclesie differētia sit: velle indifferēter vtrozūq̄ sacrificijs sociari. Nō est xp̄i corpus q̄d schismaticus' conficit si veritate duce dirigimur. hec ille. Sed hoc vltimum sane intelligendū sm glo. et bene scz q̄d schismaticus nō conficit sacramentū eucharistie. f. quando nō seruat formā ecclesie. vel si seruat formā: dicit nō esse corpus christi q̄ficit quo ad defectū. nō quo ad verū sacramētū: q̄ scz in cōficiēte vel ab eo scienter sumēte nō operat salutē sed perniciē propter abusum illorū. Idē Pelagius cōtra eos qui dicebant ecclesiaz persequutionē facere dū punit malos: vel cogit ad bonum p̄missum seruandū. sic ait. xxiij. q. v. nō vos. Non vos hoīm vaniloquia retardent dicentiū q̄ persequtionē ecclesie faciat: dū vel ea que cōmittunt reprimit: vel animarum salutē querit. Errant hui⁹ rumoris fabulatores. Non psequitur nisi qui ad malū cogit. Qui vero malū vel iā factum punit: vel prohibet ne fiat: non persequit/sed diligit. Nā si vt illi putant: nemo nec reprehendēdus a malo: nec cogendus ad bonū est: humanas z diuinas leges necesse est euacuari: quez et malis penā: et bonis premia suadente iustitia constituūt. Malum aūt schisma esse et per exteras etiam potestates huiusmodi opprimi hoies habere: et canonice scripture authoritas: et paternarū nos regularum veritas docet. Quisq̄s ergo ab apostolicis diuisi? est sedib⁹: in schismate eñ esse nō dubiū est: et cōtra vniuersalē ecclesiā altare conatur exigere. Sed quid de talibus incertus in Calcedonensi synodo canon statuat gloria vestra consideret. Ibi eñ in substantia decernitur: q̄d qui faciūt schisma in ecclesia rebellantes se suis superioribus: et monti obedire cōtemnūt debent excōiari z deponi. Et si perseuerent facientes seditiones ecclesie: per potestates seculares cōprimantur. Et infra. Etiā beatus Augu. de talibus dicit. Multa etiam cū inuitis benigna quadā asperitate plectandis agēda sunt: quoz potius vtilitati q̄ voluntati cōsulendū est. Nam in corripiendo filio q̄uis aspere: non tñ amor paternus amittitur. sit tñ q̄d nollet vt doleat: q̄ etiā inuit⁹ videtur dolore sanandus. Ecce videtis quēadmodū tanti testimonio patris/non persequat coercendo talia: sed diligat emendando tales semper ecclesia. Facite ergo etiaz et vos q̄ scientes intentionē xp̄ianitatis vestre frequenter hortamur: z date operā vt talia vlterius fieri nō liceat: sz etiā (q̄d nobis facillimum esse nō dubito) ij qui talia p̄sumpserunt ad pissimū principem sub digna custodia dirigantur.

Gothi Arriani ad verā fidem rediunt.

Rex Gothoz occidit filerūt.

suū catholicum.

Recolere

Recolere eñ debet celsitudo vestra quid per vos deus fecerit tempore illo: quo et Istriam et Uenetiam tyranno Thotila possidēte: Francis etiā cuncta vastātibus: non ante tamen Mediolanēsem ep̄m fieri permisistis: nisi ante ad clementissimū principē exinde retulissetis: et quid fieri debuisset iterū eius scriptis cognouissetis: et inter vbiq; feruētes hostes/Rauēnam tamen tis q̄ ordinabat: et is qui ordinaturus erat prouidētia culminis vestri deducti sunt. hec ibi. Idem Narseti patricio. c. seq. q. ea. De liguribus atq; Uenetis ep̄is et Istrijs q̄d dicā: quos idonea excellentia vestra et ratione potestate reprimere nouit: et dimittitis eos in cōtemptum apostolicarum sedium de sua rusticitate gloriari: Et infra. Nolite ergo dubitare huiusmodi homines principali vel iudiciali authoritate comprimere: quia regule patrum hoc specialiter constituerunt: vt siqua ecclesiastici officij persona/cui subiectus est: restiterit: vel seorsum collegerit: aut aliud altare erexerit: aut schisma fecerit: iste excōmunicetur atq; dānetur. Quod si forte et hoc cōtempserit: et permanserit diuisiones et schismata faciendo: per potestates publicas opp̄rimatur. ¶ Hic Pelagius ordinauit et mandauit: vt nullus patriarcha debeat se nominare vniuersalem. Ipse etiaz statuit quod nec archiep̄s: nec primas: nec patriarcha ante palliuz susceptū possit ordinare. et q̄ intra tres mēses a sua cōfirmatione postulare debet cōsecrationem: et palliū ab ap̄lica sede: alias punitur. vt distinc. c. cap̄. s. ¶ Idem de consilijs generalibus sic ait distin. xvij. multis. Multis denuo apostolicis et canonicis atq; ecclesiasticis instruimur regulis: non debere absq; sententia Romani pontificis cōsilia celebrari scz generalia. Et infra in fine. Maiores vero et difficiliores q̄stiones: vt sancta synodus statuit: et beata consuetudo exigit: ad sedē apostolicā semp deferantur. hec ibi. que scz cōcernūt edem vel statum vniuersalem ecclesie. Idem de conse. dist. s. inuenimus. declarat p̄fationes oēs que dicuntur in missa: scz in resurrectione. In ascensione domini. In pentecoste. In festo trinitatis. In natali domini. In epiphania dñi. De apostolis. De sancta cruce. Et de ieiunio in. xl. Additur etiam de virgine Maria. Et hec vltra communem quotidianam. ¶ Idem Pelagius de monachis scribens Antonine patritie. xvi. q. s. de p̄sentiū. ait. Satis valde amarissimum habeo de proposito monachatus ad officiuz defensoris homines deduci. i. iudicis aduocati et procuratoris: in quo nullo modo que a monachis deo promissa sunt: valeant adimpleri. Omnimoda enim est et illius habitus et istius officij diuersitas. illic enim quies oratio/labor manuum: at hic causarum cognitio/conuentiones/actus/publica litigia: et quecunq; vel ecclesiastica instituta/vel supplicantium necessitas poscit. Faciat autem de⁹ vt tales sint ij qui vel a vobis in isto habitu nutriūtur. vel i monasterijs crescūt: vt quecta etate et p̄bata vita non ad litigiozū officia: sed ad sacerdotium valeant promoueri. ¶ Idē Pelagius concessit ex dispensatione vt quidam qui post mortē vxoris in statu laicali habuerat ancillā in cōcubinā: promouereꝰ ad diaconatuz illam tamen dimittendo: scribens ep̄o Florentino. distin. xxxiij. fraternitatis. dicēs. Quia defectus nostri tēporis quib⁹ non solū merita/sed et ipsa corpora hoīm defecerūt: districtionis illius non patif manere censurā: et etas illius de quo agitur: future incōtinentie suspitionē auferre dinoscitur. ¶ Idē Narseti patricio. Quia scimus occulto de iudicio/animā vestram etsi per aliozū iniquitatē ac superbiā a contaminatione schismatis custoditā: egimus omnipotēti deo gratias qui etiā de malis hoīm actibus bona operari consueuit. xxiij. q. v. relegentes. ¶ Idē de cōtinētia. xxvij. q. s. de viduis. ij. sic ait. Sicut vidue vel virgines si se forsitan continere non poterāt: sm apostolū nullatenus nubere verabātur: sic habita fecū deliberatione p̄missam deo pudicitie fidem debent custodire. Nos aūt nullū talibus laqueū debemus inijcere: sed solum adhortationes premij sempiterni: penaq; proponere diuini iudicij: vt et nostra sit absoluta cōsciēria: et illarum pro se ratione deo reddat intētio. Lauendū est quippe q̄ de earuz moribus actibusq; beatus testatur apostolus dicēs. Quod plenius exponere preterimus: ne serus instabilis non tam deterreri q̄ admoneri videatur. ¶ Idem de mutationibus locorum scribens Benigno archiep̄o sic ait. vij. q. s. scias. Scias frater dilectissime aliud esse causam necessitatis vel vtilitatis: aliud causam p̄sumptionis et proprie voluntatis. Nō ergo mutat sedē qui nō mutat mentē. i. qui nō auaritie causa/aut dominationis/aut proprie voluntatis/vel dilectiōis/migrat de ciuitate ad ciuitatem: sed cā necessitatis vel vtilitatis mutatur. Nā plurimoz vtilitas vnius vtilitati vel voluntati est preferenda. Aliud enim est mutare: aliud mutari. Nam et aliud est sponte transire: aliud est coacte et necessitate venire. Unde non mutant ciuitatem: sed mutantur: qui nō sponte sed coacte hoc agunt. Idez ad eūdem in. c. sequen. Omnis qui gemebat: et qui vexebatur, a Saul: fugiebat et veniebat ad Dauid. Si rex pyssimus atq; iustissimus Dauid sciret esse peccatum persequutionē fugiētes et transeūtes de loco ad locū recipere/tales nequaq; reciperet: nec tales teneret secum: nec in alijs ciuitatib⁹ collocaret. Qui p̄sequuntur ep̄os: et eos de ciuitatib⁹ ad ciuitates ire cōpellūt: non eos tantū persequūtur quantū dominum nostrum Jesum christum cuius legatione funguntur. Qui autez negant miam faciendā fugientib⁹ et necessitatez patiētib⁹: ipsum christū negant qui est mia et ỹtas. ¶ Idez viij. q. iij. talia. Sciētes aliq; se ad ep̄atū nec etate/nec sciencia/nec vite meritis posse perduci: ad hoc tantūmodo ecclesiam inquietare volunt: vt sibi de ijs que p̄sumpta sunt ex ipsarum munitatē promittat ep̄s futurus: et fiat rapine securitas ep̄atus ambitio. Et infra. Elpidium diaconum electū quasi ab omnibus ad nos facite properare. Quem tamen hac per vestram dilectionem p̄senti iussiōe specialiter admonemus: ne cuiq; se aliquid dare vel daturū esse promittat: sed neq; de ecclesiasticis p̄teritis causis aliquā securitatem facere audeat alicui siue p̄mittere: aut quasi fact⁹ ep̄s ea que direpta sunt/permanere libere patiat. ¶ Idez Crescōnio illustri sic scribit. x. q. iij. illud. s. Illud te volum⁹ modis oib⁹ custodire: ne q̄sq; episcoporū Sicilie de parochijs ad se pertinētibus noīe cathedratici amplius q̄ duos solidos p̄sumat accipere: neq; cōpellere p̄sbyteros aut clerum suarū parochiarū supra vires eis conuiuia p̄parare. ¶ Idem. xj. q. s. si quisq̄. Sergio cancellario sic scribit. Si quisq̄ clericus siue inferioris siue potioris gradus petitor exist̄: et cōtra laicam personam suas dirigat actiones: iste modis oīb⁹ nō alibi q̄ apud p̄uincie iudicē negotiū suum dicturus decurrat. Si q̄s laicus clericū cuiuscunq; gradus duxerit esse pulsandum: ad episcoporū iudiciū in eadem ciuitate vel territorio cōstitutorū p̄ponat eas quas se existimat habere actiones. Quem ordinem legibus per omnia cōuenientem atq; consentaneum illa regula demonstrari manifestat: que p̄cipit actorem forum persequi pulsati.

¶ De Gregorio magno Romano apostolico primo huius nominis. Capit. iij. Grego. papa sexagesimus secundus.

Egorius successit Pelagio nūero pōtificū. lxij. Interp̄tat aūt Greg. vigilans: q̄ō optime cōuenit ei: qz ad deū de luce gr̄e sopitis passiōib⁹ p̄ cōtēplationē vigilauit ꝺz illō Lañ. Ego dormio et cor meū vigilat. Uigilauit sibi ipse ctevitijs resistēs: et ỹtutib⁹ iherēs: ptra insidias diaboli p humilitatē et oronē actimorē cōtinue parat⁹ exist̄s. sm illud xp̄i: Uigilate oī tpe orates vt fugere possitis oia ista. s. pericula: et ante cōspectū dei stare. Uigilauit p̄orimis subditis quo ad alias per doctrinam maxime moralē. et nō solū sui tēporis: sz in perpetuū futuris hominibus per libros editos ab eo. Quo ad corpora per maximā liberalitatem. Nec aliquis pontifex reperitur qui ita vigilauerit ad prouidendum pauperibus implens illud Apoca. Ego vigilans. Deniq; docilis adolescens inquit Joā. diacono suo quū trāsmisso cōmuniter stilo surgētis infantie ad biuium pythagorice litere peruenisset: incunctanter sinistruz ramū cum suauitate voluptate relinquere: et ad dextrum cepit cuz celesti desiderio totis viribus anhelare. ¶ Et ad intellectum huius sciendū de litera pythagorica: q̄ scz ab eo inuenta est. y. Ascendens enim puer ad vsum rationis si se vitijs tradit: ramū illius litere assumit qui descendit ad ima. Si autem viā virtutū: sumit dextrū ramum ascendendo ad superna etsi laboriose. ¶ Grego. primus et qui magnus dicitur p̄opter eximiā sanctitatez: sapiētie p̄cipue moralis sublimitatē: vt pene in ea oēs doctores exc̄esserit: et p̄opter summi pōtificij dignissimā administrationem cum maxima humilitate: quum nihil magis in ceruice pontificis q̄ humilitas splendeat: vt ipse ait distinc. c. contra morem. defuncto Pelagio ex peste/ecclesiā dei regendam licet inuitus suscepit. sed omni clero cogente et populo Romano acclamante: et Mauritio imperatore assentiente: optanter post fugam inuentus: ne dei voluntati contra/ire videretur onus suscepit. in ordine pontificum Romanorum quem maxime decorauit. lxij. fuit. De quo diffusius agetur: et de vita et doctrina eius. Scripsit autē vitam eius Paulus historiographus Longobardorum. Quam Jo. diaconus diligentius postea compilauit. ¶ Greg. igit iste senatoria stirpe progenitus patrē habuit Gordianū: matrē vero Syluiā nobilissimos Romanos. Hic quū summum philosophie apicem in sua adolescētia attigisset: ac rerum et diuitiarū copia abundaret: cogitauit tamen oia deserere et ad religionis statum

humilitas pontificū decus.

Beneal logia Grego

se transferre. Sed dum longius conuersionē protraheret: ⁊ tutius se famulaturus christo putaret: si sub pretoris habitu vbani mūdo specie tenus deseruiret: ceperunt multa contra eū ex seculi cura succrescere: vt nō iam corpore tantum: sed in eo retineretur et mente. Tandē patre orbatus: sex monasteria in Sicilia construxit. septimus intra menia vrbis sub honore sancti Andree apostoli in ppio domate fabricauit. In quo relictis sericeis auro gēmisq radiātib⁹ vestimētis: vili monastico habitu tegebatur. vbi ad tantaz perfectionē in breui deuenit: vt in ipso cōuersionis sue initio posset iam in perfectorū numero cōputari. Cuius quidem perfectio ex verbis que sup dialogū scripsit in prologo aliqualiter perpēdi potest: vbi ait. Infelix animus meus occupationis sue pulsatus vulnere/meminit qualis aliquādo in monasterio fuit: quomodo ei labentia cuncta subter erant: quantum rebus omnibus que voluuntur eminebat: quum nulla nisi celestia cogitare consueuerat: qui etiaz retentus corpore iam ipsa carnis claustra contēplatiōe trāsibat: qui mortē quoq que cunctis pena est: vt ingressum vite et laboris sui premiū amabat. Tanta deniq districtione corpus afflixit: vt infirmato stomacho vix subsistere valeret: et incisionē vitalium quem greci syncopim vocant patiens: crebris angustijs per horarū momenta ad exitū propinquaret. ¶ Quadam vice dum in suo monasterio in quo erat qdā scriptitaret: angel⁹ dñi in specie naufragi sibi adfuit: sibiq misereri lachrymabiliter postulauit. Cui Grego rius quum sex argenteos dari fecisset: et abijsset. eadem die iterum redijt: seq multa perdidisse et pauca recepisse asseruit. Et quum totidem argenteos ab eo recepisset: iterum die tertia reuersus miser ei subueniri importunis clamoribus postulabat. Sed Grego. quum a procuratore sui monasterij didicisset nihil uandū esse in monasterio: scutellā argenteam quam mater sua cum leguminibus mittere solebat remansisse solum: ille statim dari precepit: et continuo ille letus abscessit. Hic autem angelus dñi fuit sicut postea reuelauit. ¶ Quum autem cuncta diligenter que ad religionis conuersationem spectant obseruari mandaret: duo ex monachis eius discipline huius rigorem non ferentes insalutato hospite recesserunt. Quod aduertens Grego rius tunc abbas: vt pastor optimus oues errantes ne perirent: reuocare ad ouile curauit. Missisq post illos aliquos qui illos reducerēt quū inuenissent quesitos. Egressi ergo vbem a longe monachi qui fugerant viderūt qui eos q̄rebant: ipsis tamen non visis ab eis propter quod vt non inuenirent sed preterirent eos: intrarunt quoddam antrum quod erat iuxta viam se ibi celantes. Quum autem nuncij equites vt citius inuenirēt iurta locum applicuissent: equi eorum substiterūt: nec calcarib⁹ vrgēres vltra citraq dicere vllo modo valebant: quapropter inspirati a deo ne forte hoc accideret: q̄ ibi prope essent querēdi: intrātes spelūcā inuenerunt latentes ⁊ reduxerunt eos. quod vtiq meritis Grego. factū quis dubitet? ¶ Alij etiam dum a monasterio recedere deliberassent: arrepti sunt a diabolo: ⁊ vnus eorum etiā lumine priuatus. Qui postq confessi sunt pctm suum: sc3 de fuga quam intendebant Gregorio a demonis liberati sunt vexatione. Similiter alter qui furtū fecerat: partē pecij de quadam re vendita retinēs/vexatus a diabolo fuit: quousq Gregorio cōfessus est pctm. Econtrario fuerunt in ipso monasterio multi monachi sancte vite. vnde de quodam Serēcio narrat ipse Grego. q̄ in infirmitate cōstitut⁹ graui vidit dealbatos viros. i. angelos de superioribus descendere in monasteriū ipsum. e quib⁹ vnus dixit. Uenim⁹ ad hoc vt de monasterio Gregorij fratres quosdam in militiā mittam⁹. Atq vn⁹ alteri precipiēs dixit. Scribe Marcellū Valentinianū ⁊ quosdā alios ⁊ huncipsum infirmum qui nos aspicit. Qui oēs successiue post paululū sunt a domino euocati. ¶ Preterea ipso Gregorio abbate existente vbi in monasterio ois proprietas eliminata erat: accidit vt quidā ex monachis eius noie Justus/quia esset artis medicine peritꝰ. aliquādo infirmis cū licētia Gregorij sanitatis medicamēta vel cōsilia prestabat. qui diabolo instigante cupiditate ductꝰ a quodam sibi oblatos tres aureos vt proprijs sibi occultos retinuit. Eo aūt infirmato quum visitaretur a cōfratrib⁹ suis: inuenti sunt inter medicinalia illi aurei. qō significatū est Gregor. At sanctus vir intelligens vitij proprietatis exinanitiuum totius regularis conuersationis vt experiētia docet: summe detestat⁹ est scelus ipm. mandauitq strictissime in penam criminis nullū ex monachis amplius eum visitare debere: sed solum per germanū suum qui in monasterio ipso laicus degebat necessaria ministranda: ⁊ ab eodem germano suo sibi causa exprimeret subtractionis consuete fraterne visitationis. Quo ad vnguem seruato: intellexit Justus monachus ex pena grauitatem culpe fuerꝫ ingemuit vehemēter pro peccato suo: et illaq infirmitate vitā finiuit. Audita autē morte eius/ Gregorius non ea vindicta quietus: vt magis ac magis omnes proprie proprietatē a monasterio relegaret: puniuit ⁊ mortuus: mā dans monachis vt nō in loco sacro: sed in sterquilinio corpus eius proijcerent cum tribus illis aureis dicentes hoc officium celebrantes eidem. Pecunia tua tecum sit in perditionem. Quibus peractis ne videretur vir dei hominem non vitium persequutus: post modicum illi cōpatiens: precepit vni ex monachis quē deuotiorem existimauit: vt vsq ad. xxx. dies quotidie pro eo hostiā immolaret. Quos quuz impleſſet: is defunctus pro quo sustragiū fiebat trigesimo die apparuit fratri. Interroganti aūt quomodo se haberet: respondit defunctus. Usq modo male fuit: nunc autem bene: quia hodie communionem recepi. Et ex hoc exēplo vulgatum est ⁊ visratissimuz triginta missas celebrare pro defunctis. Quod vtiq perutile est in purgatorio existētibus. Et si continue celebrentur ceteris paribus magis iuuabit suffragium: q̄ si interpolatis: qui citius percipiet: et non ex eo q̄ discontinuati sunt dies. Nam q̄ō nō valeat tale suffragiū propter discontinuationez dierū/absurdum videtur habet enim quelibet missa suum valorem et expiationis gradum: et si nobis ignotum. Et quanto maior eleemosyna pro huiusmodi fier tantomagis illi proderit pro quo fit/ ceteris paribus.

Trigin tamisse poenis cris ce lebrāde

§. I. Anno autem imperij Mau

ritij. vij. tanta fuit inūdatio aquarum: vt timeretur ne iterum mundus aquis diluuij solueretur. Nam apud vrbem Romanam fluui⁹ Tyberis propter assiduas pluuias limites suos egressus/adeo inundauit: vt maiorē vrbis partem occuparet: multasq domos everteret. Mirū dictu. trahebat secum inundatio illa serpentū multitudines: cū quibus et draco maximus visus est descendensq ad mare hec multitudo serpentū: a salsis fluctibus suffocati ad litus eiecti sunt. Quorum cōgestam multitudinē tant⁹ fetor sequutus est vt totam adiacentez regionem fetore corrūperet. propter quez fetorem ex corruptione aeris pestis illa quā inguinariam vocant: in tota circiadiacēte regione sequuta est que adeo deseuijt vt intra paucos dies multa hominum milia interirent. Ex qua peste Pelagius papa defunctus est. Eo autem defuncto acclamāte clero: senatu populoq Romano vno oīm consensu Gregorius papa nominatur. Quem ille stupore honorem declinans indignū se tanto sacerdotio protestabatur. Timebat em̄ vir sanctus ne mūdi gloria quam prius pelagij abiecerat sub ecclesiastici coloze regiminis ei aliqñ subriperet. At vbi totius populi vidit instantiaz: consensuz se terpit. aliqñ simulauit. Et imperatori Mauricio cuius filium de sacro fonte leuauerat scripsit: adiurans euz et multa prece deposcens: ne vnq populi decreto assensum preberet. Sed prefectus vrbis Germanus noie/deo volente eius nunciuz preuenit ac retinuit: et populi volūtatē cū electionis decreto imperatori direxit. Quo accepto imperator mire gauisus est de tanti viri electione. vnde ⁊ consensum prebuit: et vt moris erat: decretum firmauit. Interea dum principis prestolaretur assensus: lues ipsa grauissime populum deuastabat. Congregata igit multitudine: vt scribit Joā. de col. venerabilis leuita Grego. verba ad penitētiaz hmōi ad populū exorsus est dicēs. Oportet (fratres dilectissimi) et qui flagella dei futura euenire non metuimus: saltez presentia et experta paueamus. Conuersionis nobis aditū dolor aperiat: et cordis nostri duritiā ipsam pena quā patimur ipsa ad ppz dissoluat. Ut enim per prophetā predictū est. Peruenit gladius vsq ad animā. Ecce enim cuncta plebs celestis ire mucrone percutit⁹ et repētina singuli cede vastant⁹. Nec langor mentē preuenit: sed langoris morsus vt cernimus) mens ipsa precurrit. Percussus ipse ante rapitur: q̄ ad lamēta penitētie cōuertat⁹. Pensate qualis ante conspectū iudicis peruenit cui nō licet flere qō fecit. Et habitatores non ex parte subtrahunt⁹ sz pariter corruerūt. Dom⁹ vacue relinquunt⁹. Filiorū funera patres aspiciūt: et sui eos ad interitū heredes precedūt. Unusquisq igit nostrū ad penitētie lamenta cōfugiat dū flere ante percutiōē vacat. Renouemus ante oculos mentis q̄q̄d errando cōmisim⁹: et qō nequiter egimus flendo puniam⁹. Preueniam⁹ facie eius in cōfessione. et sicut ait pphet⁹: leuem⁹ corda nr̄a cū manibus ad deum. Dat pfecto: dat tremori nostro fiduciā qui per pphetā dicit. Nolo mortē pctoris: sed vt cōuertat⁹ et viuat. Null⁹ de iniquitatū suarū immanitate desperet. Veternosas namq Niniuitarū culpas triduana penitentia absterſit. Et cōuersus latro vite premia etiā in ipsa sententia sue mortis emeruit. Audemus igitur corda ⁊ presumamus iam nos percepisse quod petimus. Citius ad precē iudex fl ecritur: si a prauitate re

Gregorius papa nominatur

Romana pestilentia

Gregorij papa

prauitate sua peccator corrigatur. Imminente tante aliadversionis gladio: nos importunis precibus insistamus. Eam namq; que ingrata esse in hostibus importunitas solet: iudicio veritatis placet. Hinc per ps. ait. Invoca me in die tribulationis: eruam te et magnificabis me. Ipse igitur sibi testis est: quia invocantibus misereri desiderat: qui admoner vt invocetur. Proinde fratres charissimi contrito corde et correptis operibus: crastina die primo diluculo ad septiformē letaniam iuxta distributionē inferius designatā deuota cū lachrymis mēte veniamus. Nullus vestrum ad terrena opera in agros exeat: nullus quodlibet negotium agere presumat. sed ad sancte dei genitricis ecclesiam conuenientes: qui simul oēs peccauim⁹: oēs simul mala que secimus deplorem⁹: vt districtus iudex dum nos culpas nostras punisse cōsiderat: ipse a sentētia cōdēnatiōis parcat.

¶ Igitur dñi magna multitudo oīs etatis t sexus atq; professionis iuxta preceptū leuite Grego. die statuta oīm rogatura venisset: diuino iudicio intantum ipsa lues deseuijt intra vnius horę spatiū dñi plebs vocē supplicationis emitteret: vt. lxxx. hoies ad terrā corruentes expirarēt. Sed neq; desistit facundissimus doctor populum exhortans: ne ab oratione cessaret: donec miseratione diuina pestis ipsa quiesceret. Dicebatur autez septiformis letania vel processio: quia Grego. statuit per septem ordines procedere. Nam in primo ordine antecedebant clerici. In secundo monachi t religiosi. In tertio omnes sanctimoniales. In quarto infantes et pueri. In quinto virgines. In sexto omnes vidue et continentes. In septimo omnes coniugati et reliqui. Et dicitur accidisse tam grauis pestis: vt sternutando vel osciSternutanti cur dicat deo adiuuer.
tando homines spiritum subito exhalarent. vnde introducrum est ex more vt in hmōi actibus dicatur. Deus te adiuuet: vel signum crucis fiat. Et hoc accidit ex eo q; Romani incontinenter in quadragesima vixissent. et sic indispositi communionē in paschate suscepissent: exinde etiam magis ac magis luxurijs ludis et alijs vitijs se occupantes.

§. II. Quum autem Grego. futurus antistes putaret ex literis suis principem Mauritium nō cōsensisse postulationi oīm circa sui electionem: postq; cognouit literas suas a Germano interceptas fuisse prefecto vrbis: ad imperiale responsum timens eius assensum electiōi: hociēm preuenire nisus est. Quia essi egredi portas ciuitatis nō poterat pala: a negotiatorib⁹ exponenduz se mutato habitu vt fertur callidus impetrauit: t syluaruz saltus t cauernarum latibula requisiuit. In quib⁹ dñi summa solicitudine ab oīs quereref: inducio colūne super se
magnsi exēpluz ꝑappetentes ꝓlationis dignitatē
iugiter e celo depēdētis agnoscif: capitur: trahitur et apud ecclesiā principis apostolorū cōsecratur. Oō vero ad huius honoris culmen inuitus ascēderit: qui verba sua legit paterer aduertit. Unde ad Narsetem patritiū sic ait. Dñi contēplationis alta describitis: ruine mee gemituz renouaris: q; audiui quid intus pdidi: dñi fozas ad culmen regiminis immerit⁹ ascēdi. Tāto aūt meroze me perculsum cognoscite vt vix loqui sufficiam. Nolite ergo vocare me Noemi. i. pulchrum: sed vocate me Mara: q; amaritudine plenus sum. Et alibi. Qui me ad episcopatus ordinem cognoscitis peruenisse: si me diligitis plāgite: qō t ego incessanter defleo: atq; vt pro me dñm exoretis rogo. Et in prologo dialogorū. Ecce nūc magni maris fluctibus quatior: atq; in naui mentis tempestatis valide pcellis illidor: t quū priozis vite statū recoloz: quasi post tergū ductis ocīs viso litoze suspiro.
Lucas euāgelista medicus fuit et pictor egregius.
Quia vero adhuc pestis Romā vastabat more solito: processionē cū letanijs per circūitū ciuitatis pequi paschali tēpore mandauit: t imaginē beate Marie semp virginis ante pcessionē portari ordinauit. Hec imago ōr esse Rome in ecclesia sctē Marie maioris: t fuisse depicta a Luca euangelista: nō solum medico: sed t pictore egregio. Quum autem deferretur imago: tota aeris infectio t turbulentia imagini cedebat: quasi eā fugeret: t presentiā ei⁹ ferre non posset. vnde et mira serenitas et aeris puritas post eam remanebat. Tunc iuxta imaginē (vt fer audite sunt voces angelorū canētiū. Regina celi letare alleluya t.
Regina celi letare t.
Gratiq; Grego. q; pcessionē sequebat: addidit. Oza p nobis deum alleluya. Uidit Grego. sup castrū sancti angeli: qō pri⁹ dicebat Erescētij: vel moles Hadriani: angelū stātem: qui gladium euaginatum cruore detergens in vaginam reponebat. Intellexitq; Grego. q; pestis cessasset. prout factum est.

mandamus vt.xl.solidos in auro eis dare debeas. insuper succedentibus indictionibus annuos.xx.solidos ministrare: qui tuis possint rationib⁹ computari. Preterea Paulino p̄sbytero monasterij sancti Erasmi in latere mōtis Giraptī: et duobus monachis in oratorio sancti archangeli: binos tantum solidos dare precipimus. Item Pauline illustri annuos.xxx.solidos dare non differas. ¶ Idem Petro subdiacono scribit. Insinuatum est nobis Marcellum in Panhormitana ciuitate / in monasterio sancti Hadriani / in penitentiam deputatū vict⁹ necessitatem ⁊ nuditatis nimiā sustinere molestiā ipsi ergo p̄o victu ⁊ vestimento stratoꝛ: quantum prosperis fatis esse cōstituas. Idem eidem. Monasteriū sancti archangeli victus habere necessitatem didicimus. Et ideo experientia tua diligenter inuigilet: vt si eiusdem loci monachos bene se habere cognoueris: ⁊ necessitatem habere eos manifesta veritate patuerit: subueniias. Hac auth̄oꝛitate suffultus modis omnib⁹ festinabis. Sed ⁊ terrulā ecclesie nostre vicinā sibi / quā solidum vnum et tremisses duos pensitam asserūt: si ita est: libellario noīe ad summum tremissis vnius habere concede. Studij ergo tui sit hec oīa cōplere: si tamen (vt diximus) eius monachi in dei seruitio vt decet solertes extiterint. Item eidez. Qñ filiū viri dignissimi nō solū amissione visus: sed etiā inopia victus necessitatem pati conspeximus: experientie tue p̄cipimus: vt annis singulis. xviij. modia tritici: fabe quoq; modia. xij. vini decimatas. xx. p̄o sustētatione eius debeas ministrare: quod tuis postea possit rationibus imputari. ¶ Idem Cypriano diacono. Ex varijs periculoꝛuz necessitatibus Cosmas multis se dicit debitis obligatum: ita vt a creditoꝛibus eius p̄o ipsis debitis suos dicat filios detineri. Causam ergo eius summa subtilitate perquire: ⁊ si inueneris p̄dictis debitis veraciter inuolutum: vt nō sit ei substantia vnde possit hec ipsa persoluere p̄opter colligendos filios: quanta cognoueris cum creditoꝛibus quantitate componas: ⁊ de rebus pauperū nostrū auth̄oꝛitate persolue. sciens quicquid illi datum fuerit: patrimonij nostri esse reputandum. Idem eidem zeno frater ⁊ episcopus noster quosdam in ciuitate sua alimoniarum necessitatem innotuit sustinere. Idcirco dilectionez tuam antedicto fratri nostro mille modios tritici: aut si plus leuare poterit vsq; ad duo milia p̄sentib⁹ te dare scriptis deputamus. Hortamur ergo in his cōcedendis nullam moꝛā aut excusationez adducas. Idem Eusebio religioso abbati. Credat mihi charitas tua: q; valde contristatus sum de tristitia tua ⁊c. Preterea centum solidos per Petrum subdiaconum dilectioni tue dari fecimus: quos a Petro vt absq; iniuria recipias. Item Fantino defensori. Latoꝛ p̄sentiuz Cosmas Syrus in negotio qō agebat debitum se contrariasse perhibuit: qō aliis attestantibus ⁊ lachrymis eius verum esse credimus. Et q;. cl. solidos debebat: volui vt creditoꝛes eius cum ipso aliquid paciscerent: qñ lex habet vt hō liber p debito nullaten⁹ teneat: si res defuerit q̄ possint eidē debitoꝛi addici. Creditoꝛes autem suos asserit ad solidos. lxxx. posse cōsentire. Sed q; multū est ab hoie nihil habēte. lxxx. solidos petere. lx. solidos p notariū tuū transmisimus: vt tu cū eisdez creditoꝛibus subtiliter loquaris: ⁊ rationē reddas: q; filiuz suū quē tenere dicuntur: sin leges tenere non p̄nt. Et si pōt fieri aliq̄d minus q̄ nos dedimus: cōdescēdat. Et quicquid de eisdē. lx. remanserit ipsi trade: vt cū filio suo exinde viuere valeat. Hoc tū solerter age: vt acceptis solidis ei plenariā munionē scripto cōficiat. Idē Castoꝛio diacono ⁊ chartulario Rauēne. Valerianū monachū: quez emendatum in monasterio sancti Joānis in classe posito tradidit: in eo monasterio sine dubio volum⁹ permanere. De redditib⁹ autem sancte Romane ecclesie qui illic cōgregati sunt: te p̄uidēte oēs impēsas ei te facere volumus. Et si quid superfuerit nobis quum veneris defer. Idem Liberto exp̄etoꝛi sic scribit. Quanta vos huius seculi premat angustia incognitum non habemus. Et infra. Forsitan enim magnifice fili aliq̄d illum in p̄speris offendisti: vnde te clementi amaritudine vult purgari. Et ideo nec temporalis te frāgat afflictio: nec rerū dāna discruciēt: q; si in aduersis gratias referēs deum tibi feceris esse placabilem: ⁊ que amissa sunt multiplicata reddentur: ⁊ super hec gaudia eterna p̄stabunt. Peto aūt ne iniuriosum ducatis q;. xx. annos vestitus ad pueros vestros per Romanum defensoꝛē scripsim⁹ p̄beri: q; de beati Petri apl̄i rebus: cuius parua sint q̄ offerunt: p̄o magna semper b̄dictione suscipiēda sunt. ¶ Quāta aūt fuerit innocētia in ei⁹ liberalitate ostenditur ex eius epistola: vt refert Joā. diaconus. Pātaleoni enim notario scribit sic. Experiētia tua qō vel quale apud sacratissimum coꝛpus beati Petri apl̄i iusiurādum p̄buerit memoꝛ est. vñ nos quoq; securi et discussionis causam in patrimonia partis Syracusane misimus. Oporet ergo te ⁊ fidē tuā ⁊ eiusdem bti Petri apl̄i timoꝛem semp ante oculos habere: atq; ita agere vt nec in p̄senti vita ab hominib⁹: nec ab oīporēti deo valeas in extremo iudicio reprehendi. Cognouimus aūt Salerio chartulario nostro narrante: q; modiū cū quo coloni eccl̄ie frumenta dare ꝓpellebant: viginti ⁊ quinq; sextario rū inueneris. Qō oīmodo execrati sum⁹: atq; eandē discussionis causam te tarde feciss̄e doluimus. Quia vero eūdem modiū te fregisse et iustū fecisse cōmemoraꝛas: gauisi sumus. Sed q; p̄dictus chartularius summā quoq; nobis indicare studuit: que de fraudibus cōductoꝛū apud experiētiaz tuā iā de duob⁹ territoꝛijs est collecta: sic te studiose fecisse fracto iniusto modio gauderem⁹: quia in futuro nobis ita etiā de p̄teritis pctis cogitam⁹: ne si ea q̄ fraudulenter cōductoꝛes a rusticis abstulerūt ad nos peruenirūt: peccata q̄ ab eis perpetrata sunt ad nos trahantur. Et ideo volumus cū oi fidep vnāquāq; massam colonos pauperes ⁊ indigentes experientiam tuā describere: atq; ex eis pecunijs que ex fraudibus sunt inuēte: vaccas / oues / porcos cōparare: et singulis colonis pauperioꝛibus ea distribuere. Qō te facere volumus cū consilio reuerēdissimi Joā. epi et Hadriani chartularij: ⁊ si necesse est etiam cū consilio filij mei dñi Juliani: ita vt nullus alius sciat sed secretum sit. Idem Petro subdiacono scribens ait. Cognouimus rusticos ecclesie in frumēto ꝙ p̄ijs aggrauari: ita vt instituta summa eis in cōparatione abundantie tēpoze non seruetur. vnde volumus vt iurta p̄tia publica omni tempoze sive amplius sive minus frumenta nascantur: in eis cōparationis mēsura teneatur. Frumenta aūt que naufragio pereūt: per oīa vobis volumus reputari: ita tū vt a te negligētia ad trāsmittendum minime fiat: ne oū trāsmittendi tēpus negligit: dānū ex vitio vestro generetur. Valde aūt iniustū ⁊ iniquū esse p̄spexim⁹: vt a rusticis ecclesie de sextarijs aliquid accipiat: et ad maioꝛes modiū dare cōpellātur q̄ in hoꝛreis ecclesie infertur. Unde p̄cipimus vt plusq̄ decē ⁊ octo sextariorum modiū nunq̄ a rusticis ecclesie frumenta debeāt accipi. Nisi forte si q̄d est qō naute iurta cōsuetudinē superaccipiūt: qō minui in ipsis nauibus attestantur. Item nec siliquas extra libras: nec libā maioꝛē exigere debeant: sed per estimationē tuā p̄out virtus sufficit / in summā pensionis crescat: ⁊ sic turpis exactio nequaq̄ fiat. Ne vero post obitum meū hec ipsa onera que super pēsum illata subtrahim⁹: riteꝛū in quoliber addant: volumus vt securitatis libellos ita de pēsionibus facias: quatenus imp̄rimas: dicēs tantā pensionem vnūquēq; debere persoluere: in ibi adiectis siliquis oneribus vel granaticis. Ante omnia hec te volumus solicite attendere: ne iniusta pondera in exigendis pēsionibus ponantur: sed siqua talia inueneris: frange: ⁊ noua et recta constitue. Preterea cognouimus q̄ p̄ma illatio burdationis rusticos nostros vehementer angustat: ita vt p̄iusq̄ laboꝛes suos venundare valeant: cōpellantur tributa persoluere. Que oū de suo dare nō habēt: ab auctionarijs publicis mutua accipiunt: ⁊ grauia commoda ex eodez beneficio persoluunt: ex qua re fit vt dispēdijs grauibus coangustentur. Unde p̄cipimus vt omne qō mutuum p̄o eadē causa ab extraneis accipere poterant: a tua experientia in publico deꝛ: et a rusticis ecclesie paulatim vt habuerint accipiatur: ne tēpoze coangustati cōpulsi vilius vendant: ⁊ hoc eis minime sufficiat. Precepit quoq; eidem vt de cōmodis nuptiarum q̄ diuites solidi summā non excedant. s. in dando. pauperes vero minus: ⁊ hoc conductoꝛibus dari: nō in ratione ecclesie. Precepit quoq; vt conductoꝛū ecclesie bonis heredes succederent: et non ecclesie officiales: vt fiebat in quibusdam locis. Precepit vt ⁊ si colonus aliquid iniuste a conductoꝛe acciperet: ipsi conductoꝛi restituatur cui ablatum est: non ecclesie applicetur vt fiebat. Nō plus autē demissis ecclesie volumus te accipere: nisi quātum cōsuetudo est. Itē eidē de quodā opere sibi iniuncto ait. Agimus gratias solicitudini tue: quia de causa fratris mei p̄cepi tibi vt argumentū transmittere debuisset. Et sic obliuioni mandastī: ac si tibi aliquid ab extremo mancipio diceretur tuo. Quod iam vel modo non experientia: sed negligentia tua studeat adimplere: et quicquid apud Antonium fuisse cognoueris: sub omni velocitate transmitte.

Consuetudo attendit.

§. XI. De multiplici eius afflictione / patiētia / et humilitate.

In fine expositionis sue super Ezech. Ecce vt domino largiente potuimus: retiā vobis fratres charissimi rimati sum⁹. Nemo aūt me reprehēdat si post hec loquutiōe cessauero: q; sicut oēs cernitis: nostre tribulationes excreuerunt. vndiq; gladijs circunfusi sum⁹: ⁊ vndiq; imminens moꝛtis periculū timem⁹. alij detruncatis ad nos manibus redeūt. alij capti. alij interempti nūtiant.

Jam

Iam cogor linguā ab expositiōe retinere: quia tedet aiam meā vite mee. Jā null⁹ in me studiū sacri eloquij requirat: q⁹ versa est in luctū cithara mea. Jā cor in mysterior⁹ discussione nō vigilat: q⁹ dormitauit aia mea pre tedio. Cū autez viuere nō licet: de scripture sancte sensib⁹ loqui qualiter libet? Et qui cogor quotidie amara bibere: quō possum dulcia ppinquare? Idem scribēs Italice patritie t Uenantio t monacho patritio ait. Pctis meis facientib⁹ etiā. xl. mēses sunt (qō valde rarum est) si de lecto surgere aliq̄ potuero: vt vita mea grauissima sit pena. Quotidie enī in dolore deficio: t mortis remedium expectando suspiro. In clero vero hui⁹ vrbis t populo tāti febriū languores irruerūt: vt pene nullus liber: nullus seruus remanserit: qui esset idone⁹ ad aliquod officium vel ministerium. De vicinis aūt vrbibus strages nobis mortalitatis quotidie nuntiat. Aphrica autē rem qualiter mortalitate t languorib⁹ vastet: vos vicinores estis: qui tanto credo subtilius cognouistis. De oriente vero q̄ veniunt grauiores desolatiōes nūtiant. In his itaq⁹ oīb⁹? q⁹ appropinquāte fine mundi generalem percussorez esse co gnoscim⁹? affligi nimis de propijs molestijs non debem⁹. Idē Eulogio pfiarche Alexandrino. Transacto anno suauissima scitatis vestre scripte suscepi: quib⁹ p egritudinis mee nimietate rndere nūcusq̄ nō valui. Ecce enim iam biennium pene expletur: q⁹ lectulo teneor. tantisq⁹ podagre doloribus affligor: vt vix in diebus festis vsq̄ ad horarum triū spatius surgere valeā: t missarū solēnia celebrare. Mor autē cum graui compellor dolore decumbere: vt cruciatus meū possim gemitu interrumpēte tolerare. Qui dolor interdū mihi lentus est: interdū nimi⁹. Sed neq̄ ita lentus est vt recedat: neq̄ ita nimi⁹ vt interficiat. vñ fit vt qui quotidie in morte sim: repellar a morte. Nec mirum: q⁹ peccator grauis tali corruptionis carcere diu teneor inclusus: vnde cōpellor exclamare. Educ de carcere animam meam. Sed q⁹ meis adhuc precibus obtinere nō mereor: rogo vt vestre scitatis ore sue mihi intercessionis adiutoriū preberat: meq̄ a pctis t corruptionis pondere liberum reddat: in illā quā bene nostis libertatē glorie filiorū dei. Itē eidē. Rogo ergo vt pro me peccatore enixius oretis: q⁹ et dolor corporis ex podagris: t amaritudo cordis ex curarum afflictionibus: et immensa vastitas mortalitatis: inter tot barbaror⁹ gladios vehemēter affligit. Inter que oīa nō. tpales sz eternā cōsolationē req⁹ro: quā p me impetrare non valeo. sed per intercessiones vestre beatitudinis hāc me obtinere confido. Idem Marinianо epo Arabie scribēs ait. Multū iam tp⁹ est quo surgere de lecto non valeo. Nam mō podagre dolor cruciat: modo nescio quis in toro corpore cuz dolore ignis expāditur. Et fit plerūq̄ vt vno in me tpe ardor cū dolore confligat: t corpus in me animusq̄ deficiat. Proinde frater sanctissime diuine p me pietatis miam depreca re: vt percussionis sue in me flagella propitius mitiget: t patientiam tolerandi cōcedat: ne nimio (quod absit) tedio in impatientiā cor erūpat: t quod curari per plagam poterat culpa crescat ex murmure. Idē Sebastiano epo. Que sanctissime frater de amici vestri dñi Ro. psona hāc in terra patimur loqui minime valeamus. Breuiter tñ dico: q⁹ eius in nos malitia Longobardorū gladios vicit: ita vt benignio⁹ videātur hostes qui nos interimunt: q̄ reipublice iudices qui nos malitia sua rapinis ac fallacijs in cogitatione psumūt. Et vno tpe curā epor atq̄ clericor monasteriorū quoq⁹ t ppli gerere: cōtra hostium insidias vigilare: contra ducū fallacias atq̄ malitias suspectus semp existere: cuius laboris / cui⁹ doloris sit: vra fraternitas tanto veri⁹ pēsat: quāto me qui hoc patior purius amat. Idē Joanni Rauenne epo scribēs ait. Pctis meis hoc imputo: q⁹ iste q̄ nūc interest haud dubiū ōn Romanus exarch⁹ t pugnare contra inimicos nros dissimulat: t nos pacē facere vetat. Quamuis iam mō etiā si velit facere oīno nō possumus: q⁹ Ariulfus exercitū Autharith⁹ t Norduldi hūs eor ubi dari pcaria desiderat: vt nobiscum loqui de pace aliquid dignetur.

Aphrica autē Super hoc qō hic dici tur fun datur. c. quosdaz extra ō p sump.

§.XII. De libris editis ab eo.

Quum de monasterio assumptus lenita cardinalis factus pro respōsis eccl'iasticis Cōstantinopolim apocrisari⁹ esset directus: a fratrib⁹ rogatus obnoxie: maximeq⁹ a Leandro hyspalensi epo: q⁹ pro causis Uisigothor⁹ legat⁹ Constantinopolim aduenerat: cōpulsus est vt librum beati Job multis inuolutū mysterijs enodaret. quē per. xxxv. libror⁹ serie mira rōne pdocuit. In quib⁹ ita de virtutib⁹ vitijsq⁹ disseruit vt non solis eadē verbis videat exponere: sz formis aliquo mō visibilib⁹ demōstrare: vñ nō est dubiū eā pfectionē ipsarū assequutū virtutū: quar⁹ tā efficaciter vallauit effectū. Prioza aūt dicti libri. l. moraliū vt dicit Jo. diacon⁹ coram positis fratrib⁹ sub oculis dixit. Et q⁹ tp⁹ paulo vacāti⁹ reperit: posteriora tractando dictauit. Quisq⁹ ei spatia largiora supperet: multa augēs: pauca subtrahens: atq⁹ ita vt inuenta sunt nonnulla derelinquens: ea que se loquente excepta sub oculis fuerant: per libros emendādo cōposuit. Qui quū iam factus epus rome postrema dictaret: qui stilo prima dixerat attendens: solicite egit vt ea que loquut⁹ fuerat: studiosa emendatione transcurrens quasi ad similitudinem dictātis exigeret: t ea q̄ dictauerat non longe a colloquētis sermone discrepent. Quāuis ipsius tertiam partem opis vt colloquendo ptulit pene ita dereliquit. dum eū fratres ad alia exponēda ptraherēt: hanc subtilius emendari noluerūt. Quod opus p. xxxv. libros extēsum (vt dictū est) in sex codicib⁹ exposuit. In ipsis aūt sui episcopatus exordijs dū a Joāne Rauēnatis vrbis epo humiliter fuisset reprehensus: cur pastoralis cure delitescēdo pondera fugeret vir tam idoneus voluisset: quasi rōnē reddēs libū pastoralis regule cōposuit: quē quadripartita ratione distinguens valde pensanda esse dicit quū rerum necessitas exposcit: ad culmē q̄sq⁹ regiminis qualiter veniat: atq⁹ ad hoc rite pueniēs qualiter viuat: t bñ viuēs qualiter doceat: t recte docēs infirmitatē suā quotidie quanta consideratione cognoscat. Primum ergo appetitū tēperet. postea magisteriuz q⁹ nō a querēte suscipit: vita cōmendet. deinde bonū q⁹ viuendo bene ostēditur: etiā docēdo ppagetur. Demum perfecta queq⁹ opera consideratio proprie infirmitatis deprimat: ne ante oculos ea tumor elationis extinguat. Et in ipsa tertia parte libri diffuse ostendit quomodo admonēdi sint singuli varijs vitijs dediti vario modo fm varietatē conditionuz. Quē librum pastoralis magnus Anastasius Antiochenus epus in grecū transtulit: t orientalibus ecclesijs opus venerabile procurauit. Deinde dū adhuc Grego. ad loquendum voce flatuq⁹ sufficeret: per stationes discurrens. xx. homil. euangelij diuerso tpe declamauit cora pp'o. Reliqua vero eiusdē numeri dictauit quidem: sed lassescente stomacho lāguore continuo alijs pronuntiare permisit. Quar⁹ exemplaria. Scō seruo dei petenti mandauit. Quunq⁹ a suis familiaribus vt aliqua de miraculis patrum describeret enixi⁹ rogaretur: hinc Grego. motus sanctorum miracula t precipue in Italia facta cuz Petro suo diacono: que per inquisitionem t respōsionē ptulerat: expositionis alterius studiū interrumpens: sola noīm prenotatione distinxit: t in libris quatuor ordinauit. Hos libros dialogorum zacharias post annos plurimos Romanus epus / greco latinoq⁹ sermone doctissimus in grecam linguā cōuertēs orientalibus ecclesijs diuulgauit: quis astuta greco⁹ puerilitas nomē filij in cōmemoratione spūssancti a pre pcedentis statim radens abstulerit. Hor⁹ libror⁹ secundus diffuse describit per totum ortū pgressum virtutibus et miraculis plenū: t exitū beati Bñdicti. Quartus vero de vite future statu: sc⁹ de infernor⁹ purgatorio: paradiso per exēpla plura. Demū primā et vltimam partē seu visiones Ezechielis prophete: q⁹ videbantur obscuriores. Romanis postulantibus pertractauit. Easq⁹ xxij. homil. distinguens quātum lucis intus habeant patefecit. Qui libri vt ait Jo. diacon⁹ dñi a doctorib⁹ sequentis tpis taz rectissimis sentētijs edite q̄ luculento rhetorice facūdie stilo cōpositi doceant: eos beatus Grego. ex humilitatis sue dulcedine incultos phibet Leandro. ¶ De libris moraliū sic scribit. Queso vt huius operis moralium dicta percurrēs: in ijs verbor⁹ folia nō requiras: q⁹ per sacra eloquia ab eorū tractatoribus infructuose loquacitatis leuitas studiose compescitur: t dum in templo dei nomē plātari prohibetur: vnde t ipsam loquendi artem quam magisteria discipline exteriorib⁹ insinuant: seruare desperi. Nam sicut huius epl'e tenor enūtiat: non methacismi collisionē fugio. nō barbarismi pfusionē deuito. hiatus motusq⁹ etiā propositionum casus seruare cōtemno: q⁹ indignum vehementer existimo: vt verba celestis oraculi: restringam sub regulis Donati. Neq⁹ enim hec ab vllis interpretibus in scripture sacre authoritate seruata sunt. In quibus verbis agnoscitur Grego. non studuisse pompatice loquutiōi: sed ex pristina secularis exercitij consuetudine potius incurrisse. Lnī? tñ eloquētiā t Jsidorus t Beda multū cōmendant. Ipse tñ Grego. ex humilitate furfur suā doctrinam appellat: respectu aliorū doctor⁹ doctrine. Sed t ipsos libros suos publice. s. ad mēsam vel in ecclesia legi phibebat in officijs. Sed t in fine moraliū huius humilitas maxima ostendit dicentis. Expleto hoc opere ad meipsum mihi video esse redeundum. Multū quippe mēs nostra quū recte loquitur: extra seipsam spargit. Intregritatē nāq⁹ animi: dū cogitātur vera quidez mala me dixisse aliqua etī non inuenio: q⁹ omnino te beati piens dixi: meo videlicet vitio minus me bene dixisse profiteri non dixerim non defendo. Bona vero siqua diuinitus acci-

De libris moraliū

De hu militate Grego.

Dialogi Grego rū ī gre cū ꝓfi.

Pasto ral' Bze gozian⁹ in gre cū tra ductus

deo. Ad meipsum autē intrinsecus rediēs radicē mee intē-riōis inspicio: deo quidem ex ea me summo opere placere vo luisse cognosco. Sz eidē intentioni qua deo placere studeo: furtim se nescio quomodo intentio humane laudis interse-rit. Quod quum iam postmodum tardeq; discerno: inuenio me aliter agere: quod scio me aliter inchoasse. Fatendū igi-tur q; rectā intētionē nostraz: que soli deo placere appetit: nōnunq; intentio minus recta que de donis dei placere ho-minibus querit: infidiando comtatur. Si aūt diuinitus di-stricte discutiāmur: quis inter ista remanet locꝰ salutis: qñ et mala nostra pura mala sunt: et bona que nos hr̄e credi-mus: pura bona esse nequaq; possunt? Et post pauca. Igi-tur queso vt vnusquiq; qui hec legerit: apud districtum iu-dicē solatiū mihi sue oratōnis impendat: t omne qō in me fordidū deprehēdit: fletib⁹ diluat. ℂ Uidetur quoq; et alia scripsisse seu exposuisse: ex eo quod Joām subdiacono Ra-uenne respōsali suo significare videtur inter cetera sic scri-bens. Quia charissimus quondam filius meus Claudius alias me loquēte de puerbijs: de cāticis cāticoꝝ: de pphe-tis de libris quoq; regum: de Heptatico audierat: q ei scri-pto tradere pre infirmitate non potui: ipse ea suo sensu di-ctauit: ne obliuione deperirent: vt apto tempore hec eadez mihi inferret: t emendatius dictarentur. Que quū mihi le-gisset: inueni dictoꝝ meoꝝ sensum valde inutilīū fuisse per-mutatū. Unde necesse est: vt tua experientia omnia excusa-tione atq; mora cessante: ad eius monasterium accedat. con uenire fratres faciat. t cum omni veritate quantascunq; de diuersis scripturis chartulas detulit: ad medium deducāt. quas tu suscipe: t mihi celerius transmitte. Unde cōstat q; plures libros q̄ prefatos quos habemus cōposuit. Et licet Lōgobardoꝝ perfidia seuiēte post Ezechielis tractatus ab expositione libroꝝ destiterit: componendis tū eplis q̄diu viuere potuit: nō cessauit. Quarum videlicet tot libros in scrinio dimisit: quot annos vixit. vñ decimūtertiū epistola-rum librū imperfectū reliquit. Ex quarum eplarum multi tudine primi Hadriani pape temporibus quedam decreta-les epistole excerpte sunt: t in duob⁹ voluminib⁹ sicut mo-do cernitur congregate. Et dicitur registrum Gregorij.

§. XIII. De diuersis epistolis

eius. Jdē Mauritio auarissimo simulq; rapacissimo ipera-tori suggestionibus inimicorum suoꝝ funestissimam legez ferēti: vt nulli militū qui videlicet in manu signar⁹ fuisset queniri liceret. inter cetera sic respōdit. Ad hoc potestas su per oēs hoies pietati dñoꝝ meoꝝ: vt qui bona appetunt adiuuenē: vt celoꝝ via latius pateat: vt terrestre regnū ce lesti famulet. Et ecce aperta voce dr̄: vt qui semel in terrena militia signatus sit: nisi aut expleta militia: aut pro debili-tate corporis repulsus: christo militare nō licet. Ad hec ipse per me seruum vtinam suum t vestrum respondit christus dicens. Ego te de notario comitem excubitoruz feci: de co-mite excubitorū cesarem: de cesare imperatorē. t nō solum hoc: sed et patrem imperatorum. Re. sacerdotes meos tue manui cōmisi: t tu a meo seruitio milites tuos subtrahis? Responde pissime domine/rogo/seruo tuo: quid venienti t hec dicenti responsurus es iudici dño tuo? Requirat/ro-go/dñs meus: q̄s prior imperator hāc legē dederit: t subti-lius estimet an dari debuit. Idem Theodoro medico. Pctis meis facientibus (inq̄t Grego.) ex quoruz cōsilio vel sugge stione nescio: talem in republica sua legez protulit impera tor: qualē primū sic: vt ij dicunt qui leges veteres nouerūt: Julianus ptulit: de quo scim⁹ oēs quantum deo aduersus fuerit. Quū autē quidaz Joannes ex monacho regie vrbis factus antistes: qui tpe suo Grego. Constantinopoli mora-batur apocrisarius pape: fugere summū sacerdotium quasi humiliter finxerat: eo suscepto adeo in superbiā sit elatus: vt ex causa alia occasionē querēs synodum faceret: in qua se vniuersalē appellare conatus est. Hoc audiens Pelagi⁹ papa t directis eplis eiusdem synodi acta cessauit. Beatus Grego. suam Pelagij sequēs predictū Joānem sepe moni-tum acquiescere differentez pari sua mulctauit. sub inter-minatione ppij honoris oībus epis mādauit ne vnq; vni-uersalis pfanum vocabulum aut scriberēt aut susciperēt. Sed Joānes ille multis fallacijs ad suam hypocrisim con-sensum auarissimi principis redimens: obtinuit vt impera-tor Gregorio scriberet quo sibi pacific⁹ exstitisset. Quapropter ipse Grego. inter alia Constantine imperatrici sic scribit. Sabiniano diacono responsali meo scribente cognoui in causis beati Petri apl̄oꝝ principis: pra quo sdā fugbe hu-mile ficte blādos quantā se iustitia vestre serenitatis im-pēdat. Unde adhuc peto vt nulli⁹ prevalere pra veritatem hypocrisim permittatis. Quia sunt quidā iuxta apl̄i voces: qui p dulces sermones t bñdictiones seducunt corda inno-

Gregorij Joānē insec-tat qō vniuer-salis epi scopus appella ri vole-bat,

cētū. qui, veste quidē despecti sunt: corde aūt tumēt. t quasi in hoc mūdo cuncta despiciūt: sed ea que mūdi sunt: cuncta simul adipisci querunt. Qui indignos se oībus hominibus fatentur: sed priuatis vocabulis cōtenti esse nō possunt: qz illud appetunt vñ oībus digniores esse videantur. Et post pauca. Preterea iudico quia pissimi dñi scripta suscepi: vt fratri t pacerdoti meo Joāni debeā esse pacific⁹. Equidem sic religiosum dñm decuit: vt sacerdotibus ista preciperet. Sed quū se noua psumptione atq; supbia idē frater meus Joan. vniuersalē se appeller: ita vt predecessoris mei sctē me-morie tpe adscribi se in synodo tali superbo hoc vocabulo faceret: cui⁹ cuncta illius synodi apl̄ica sede cōtradicente soluta sint: triste alioq; mihi serenissimus dñs innuit: cuz nō corripuit qui superbit: sed me potius ab intentione mea declinare voluit: qui in hac causa euāgelio t canonum hu militatis t rectitudinis veritatē defendo. Qua in re a pre-dicto fratre t cōsacerdote meo pra euāgelicam sniam: con tra beatū quoq; Petrū: cōtra oēs ecclias canonūq; agitur. Sed est oipotēs deus: in cuius manu sunt oia: de quo scri-ptū est. Nō est sapiētia: nō est prudentia: nō est cōsiliū cōtra dñm. Equidē sepe fatus sanctissimus frater serenissimo do mino multa suadere conat: sed bñ noui qz tante ille oratio-nes eius t lachrymе nil ei a quoq; pra rōnē aut aīam suam subripi permittunt. Triste tñ valde est vt patienter feratur: quatenus despectis oībus/predict⁹ frater t coēps meus so lus conet nuncupari eps. Sz in hac eius superbia q̄d aliud nisi propinqua iam antichristi tpa esse designat: quia illum vez imitatur qui spretis in sociali gaudio angelorum legio-nibus: ad culmen conatus est singularitatis erumpere di-cens. Super astra dei exaltabo soliū meū. similis ero altis-simo. Uñ per omnipotētē dñm rogo: ne pietatis vestre tem pora permittatis vnius hominis elatione maculari: nec taz peruerso vocabulo vlluz quoquo modo pbeatis assensum. atq; in hac causa nequaq; me pietas vestra despiciat: quia etsi peccata Grego. tanta sint que ista pati mereātur. Petri apl̄i nulla sunt pcta: vt vestris tpibus pati talia mereatur. Unde iterū atq; iterū per omnipotentem dñm rogo: vt sicut priores principes sancti Petri apl̄i gratiā quesiuerūt: vos quoq; hanc vobis t querere et seruare curetis: et propter peccata nostra qui ei indigne seruiuimus: ei⁹ apud nos ho-nor nullatenus minuatur. Qui t mō vobis in oībus adiu-tor esse valeat: t postmodum vestra valeat pcta dimittere. Uiginti autē iam t vij. annos ducimus: q̄ in hac vrbe inter Longobardorum gladios viuimus. Quibus q̄ multa ab ec clesia quotidianis diebus eroganf vt inter eos viuere pos-simus: suggerenda non sunt. Mauritio autem imperatori super huiusmodi scribēs Grego. ait. Ecce claues regni cele-stis haud dubium Petrus accepit: ptās ligandi t soluendi tribuit: cura totius eccl̄ie t principat⁹ cōmittit: t tñ vniuer salis apl̄s non vocatur: et vir sanctissimus Joannes coēps meus vocari vniuersalis episcop⁹ conatur. Exclamare com pelloz t dicere. O tempora. o mores. Ecce in Europe parti-bus barbarorum vi sunt tradita oppida. destructe vrbes. eversa castra. depopulate prouincie nullus terraz cultor in habitat: sed seruiunt t dñanf quotidie in nece fideluz cultoꝝ idoloruz: t tñ sacerdotes q̄ in cinere in paumento flen-tes iacere debuerunt: vanitatis sibi noia expetunt: t nouis t profanis vocabulis gloriant. Nūquid ego in hac re pessi-me dñe causam propriam defendo? Nunquid ego in hac re iuriā vindico? Causam omnipotētis dei: cām eccl̄ie vniuer salis. Quis est iste qui pra statuta euangelica: cōtra cano-nū decreta/nouū sibi nomē vsurpare presumit? Utinaz sine imminutione sit vn⁹: q̄ esse appetit vniuersus. Ecce multos ecclesie Constantinopolitane in hereseos voraginem ceci-disse nouimus sacerdotes: t non solū hereticos: sed here-siarchas factos. Et infra. Ille ergo magis pissimorum do-minoꝝ precepti⁹ reus tenēdus: qui preceptis canonicis obe dientiā prebere cōtēnit. Ille coercēdus est: q̄ sancte ecclesie vniuersali iniuriā facit: q̄ corde tumet: q̄ gaudere de nomi-ne singularitatis appetit: q̄ honori quoq; vestri imperij se per priuatū vocabulū superponit. Ecce oēs de hac re scan-dalum patimur. Ad vitā rectā reuertatur author scandali: et omnia sacerdotū iurgia cessabunt. Ego cunctorum sacer dotum seruus sum inquantum ipsi sacerdotaliter viuant.

§. XIIII. Animaduertēs igitur

Greg. se a deo pontificē cōstitutū: vt radices vitioꝝ euelle ret: virtutes plātaret: oēs cōsuetudines quas pra apl̄icam thematis interminatione dānauit. A cubiculo suo oēs se culares amouit. Clericoꝝ vel monachoꝝ prudentissimos familiares t consiliarios sociauit. Ipse etiā statuit dicens in gñali synodo, ij. q. vij. cū pastoris. Cū pastoris vita exem-

plo

plo debeat esse discipulis: plerūq; cleri qualis sit vita in se-
creto sui pastoris nesciunt quantum seculares pueri sciūt.
De qua re presenti decreto statuimus: vt qdā ex clericis: vel
etiam ex monachis electi ministerio cubiculi pontificalis
obsequant: vt is qui in loco regiminis est: talis habeat te-
stes: q verā eius in secreto cōuersationē videant: et ex sedu
la visione exemplū profectus sumant. ¶ Ipse sanctissimus
pōtifex ad ieiuniū quadragesimale: qd a btō Petro dr insti
tutum: z inchoabat a laicis scda feria post primam dn̄icam
quadragesime: addidit Greg. quatuor dies ieiunandos ante
ipsam dominicam: vt in hoc conformaremus nos christo in
ieiunio. xl. dierum. Nā a prima dn̄ica vsq; ad pascha nō sunt
nisi. xxxvj. Et in ipso ieiunio quadragesimali declarat non
solū a carnibus: sed et ouis z caseo abstinendum. vt pz. di.
iiij. denique. Ipse Grego. indixit continentiā subdiaconibus:
statuens q nullus de cetero pmoueret ad subdiaconatuz:
nisi promissa continentia implicite etsi non explicite: ita qd
postea nō pñt cōtrahere matrimoniū: z cōtractum de facto
nō tenet. vt pz dist. xxxj. ante trienniū. Ipse etiā reprehēdit
sacerdotes habitare cū feminis dicens. Conspicio qd nefa-
riū est dicere vel audire: z cōtra sctōrū canonum sancita: vbi
talis fuerit cōmorātiū habitatio: antiqui hostis stimuli nō
desunt. Ideoq; admonendi sunt: vt nō antiqui hostis deci-
piātur fraude: quaten9 iuxta apl'i vocē/ nō vituperet mini-
steriū nostrū. di. lxxxj. ops. Idē dist. e. legit. Legit q beatus
Augu. cū sorore sua habitare nō cōsensit: dicēs. Que cuz so-
rore mea sunt: sorores mee nō sunt. Docti ergo viri cautela
magna debet esse nobis instructio. ¶ Cōtra simoniacos sic
ait in registro. z habet. j. q. j. presbyter. Presbyter si eccl'iam
per pecuniā obtinuerit: nō solū eccl'ia priuet: sed etiā sacer-
dotij honore spoliet: q2 altare/ decimas/ et spm̄sctm̄ emere
vel vēdere: simoniacam heresim esse nullus fidelium igno-
rat. z benedictio illi in maledictionē cōuertitur: qui ad hoc
vt fiat heretic9 pmouet. Et infra. eo. c. quicunq;. Quicunq;
sacros ordines vēdūt vel emūt: sacerdotes esse nō pñt. vnde
scriptū est. Anathema dāti: anathema accipiēti. hec Grego.
Que verba sunt multū obscura. Talis em̄ simoniac9 in bñfi
cio ipm retinere nō pōt: scz sine dispēsatione: z si est curatū:
est suspēsus ab exequutiōe officiorū suorū z ordinum. Et sic
intelligit qd dicit q2 sacerdotes esse non possunt q ordines
emūt: etiā quoscūq; q2 scz exequi act9 eorū nō possunt: z sic
intelligūtur anathematizati. i. suspensi. nā fm antiqua iura
nō erāt ipso iure excōicati: sed suspēsi. Altare dicit vel ipsa
capella: vel presentatio ad capellam: qd est patronorū ius:
vel ipse patronatus. Pro quolibet horuz dare vel accipere
pecuniā: simonia est. Decima dr hic ius percipiēdi decimas.
Spiritūsanctū vendere/ est pecuniā accipere pro sacramen-
tis in quibus recipit spūssanct9: vt pretiuz eorū: qd est simo
niacū. Et dr simonia heresis nō pprie sed per similitudinem
quia ex eo opere videtur ostendere se vt dn̄m eius: posse vē
dere spiritūsanctū. qd est hereticū credere. Et lz vt fiat he-
reticus/ tenetur ɔsequutiue non causatiue. q2 ex ipsa pmo-
tione simoniaca sequitur iste effectus vt cēsatur quasi here
ticus modo dicto. Idez in tractatu euangeliorū. et habet. j.
q. j. sunt nōnulli. dicit. Quum virū iustum ppheta describe-
ret: ait. Qui excutit manus suas ab omni munere. nō dixit
a munere: sed ab oī munere: q2 aliud est mun9 ab obsequio:
aliud a manu: aliud a lingua. Munus ab obsequio / est ser-
uitus indebite impensa. Munus a manu/ est pecunia. Mu-
nus a lingua / fauor. Ille ergo qui sacros ordines tribuit:
tunc ab oī munere man9 excutit: qñ in diuinis rebus nō so-
lum nullā pecuniā: sed nec etiā humanā grām reqrit. Idem
in registro: z habet. c. seq. inqt. Si quis neq; sanctis pollēs
moribus: vel neq; clero populoq; vocatus: vel pulsatione
coactus impudēter christi sacerdotiū iam quolibet facino-
re pollut9/ iniusto cordis amore: vl' sordidis pcib9 oris: siue
comitatu: siue manuali seruitio: seu fraudulēto munuscu-
lo/ episcopalē seu sacerdotalē nō lucro animarū: sed inanis
glie auaritia fult9 dignitatē acceperit: z in vita sua nō spon
te reliquerit: eūq; insperata mors penitentē non inuenerit:
pculdubio in eternū peribit. Istā tñ materiam de simonia
que multū regnat in eccl'ia: diffuse habes declaratam in. ij.
parte tit. j. c. j. per totum. ¶ Idem Grego. in homil. xiij. et. j.
q. iij. vendentes. ait cōtra iudices pecunia iudicātes: etiam
iuste. In tēplo vēdentes sunt: q hoc qd quibusdā iure cōpe-
tit: ad premiū largiūtur. Iustitiā enim vedere/ est hanc pro
premij acceptione seruare. Emētes vero in tēplo sunt q dñ
hoc qd iustū est/ proximo soluere nolūt: deūq; rē iure debi-
tam facere cōtēnūt: dato patronis pretio emit pctm̄. Idem
Greg. xj. q. iij. qui recte iudicat. Qui recte iudicat z premiū
remunerationis expectat: fraudem in deū perpetrat. q2 iu-
stitiā quā gratis impartiri debuit: acceptione pecunie ven-
dit. Bonis male vtūtur: qui pro tpali lucro iuste iudicant.

Sanct9 petr9 instituit ieiuniū. quadragesimale.

Contra simoniacos.

Spiritumsanctū vendere qd sit.

Contra corruptos iudices.

Tales quippe ad veritatem non defensio iustitie: sed amor
premij puocat. qb9 si spes nūmi subtrahit: ɔfestiz a iustitie
ɔfessiōe recedūt. Acceptio munerū puaricatio veritatis est.
vñ z p iusto dr. q excutit man9 suas ab oī munere. Idem. q.
ea. summopere. Sūmopere pcauendū est: vt rectores eccle-
sie z qui publica iudicia exercēt: in dictandis sentētijs nul-
latenus leuitate aut furore ducti sint precipites: sed causis
pri9 diligenter vētilatis: quū res q ignorabatur pleniter ad
notitiā venerit: tunc diuina z humana lex resoluatur: z fm
qd ibi cōstitutū est: remota psonarū acceptione: definitiua
proferat snīa. Idē in lib. moraliū. xx. z dist. xlv. ois ait. Ois
qui iuste iudicat: staterā in manu gestat: z in vtroq; pēso iu-
stitiā z miam portat. Sed per iustitiā reddit pcti snīam: per
misericordiā peccati tēperat penā vt iusto libramine quedā
per equitatē corrigat: qdā p miserationem indulgeat. Qui
dei iudiciū oculis suis preponit: semper timēs z tremens in
omni negotio formidat: ne de iustitie tramite deuians ca-
dat. Idē. c. precedēti dist. e. Disciplina vel misericordia mul-
tum destituit: si vna sine altera teneatur. Sed circa subdi-
tos inesse debet rectoribus et iuste consulens misericordia
et pie seuiens disciplina. vnde in vulneribus sauciati per sa
maritanū vinū adhibetur z oleū. per vinū mundantur pu-
trida: per oleū fouentur sananda. Miscēda ergo est lenitas
cū seueritate: z faciēdum est quoddaz ex vtroq; tēperamen-
tum: vt neq; nimia asperitate exulcerentur subditi: neq; ni-
mia lenitate soluantur: authoritate. ps. figura arce: exēplo
Moysi hoc declarat. Idem Grego. in homil. eadem dist. ve-
ra iustitia. Uera iustitia compassionē habet: falsa dedigna-
tionē: quis z iusti soleant peccatoribus indignari. sz aliud
est quod agitur typo superbie: aliud quod zelo discipline.
Indignantur quippe iusti: sed nō sunt dedignantes. Perse-
quutionē mouēt scilicet cōtra vitia: sed amātes. At cōtra ij
qui de falsa iustitia superbire solent: ceteros quosq; despi-
ciunt. nulla infirmantibus misericordia condescendunt. et
quo se peccatores esse non credunt: eo deterius peccatores
fiunt. Idem ex registro episcopis per Galliam/ Europam/ z
Germaniam constitutis. dist. xlv. licet. j. Licet plerūq; acci-
dant sacerdotibus que sunt reprehendenda: plus tñ erga
eos corrigendos agat beneuolentia q seueritas: plus co-
hortatio q cōmotio. plus charitas q potestas: quuz nemo
nostrū sine reprehēsione aut sine pctō viuat. Nam si statim
dominus beatū Petruz preceptorē nostrum post trinā ne-
gationē iudicasset: non tantū ex eo fructum sicut fecit per-
cepisset. Excitandi ergo atq; corrigēdi magis sunt rectores
ecclesie q statim iudicandi. vnde necesse est quecunq; nego-
tia ecclesiastica post multarum experimenta causarū solici
tus pspicit: et diligentius precaueri: quatenus per spiritum
charitatis z pacis omnis materia scandalorum et presum-
ptio inuidorū atq; oppressio simpliciū fratrum de ecclesijs
dñi auferent. hec ille. Et videnr intelligenda hec et obser-
uanda qñ pctā sunt occulta: vel ex quadā passione et fragi-
litate: z de quib9 multū dolent: z non ex habituata malitia
z cū ptinacia. vnde idē Grego. ait ex registro. et. ij. q. v. Pau-
lus. j. Paulus dicit: seniorem ne increpaueris. Sed hec re-
gula in eo est seruāda: quum culpa senioris suo exēplo non
trahit ad interitū corda iuniorū. Ubi autē senior exemplum
ad interitū prebet iuuenibus: ibi stricta increpatione feriē
dus est. Nam scriptum est. Laqueus iuuenū oēs vos estis.
Et rursus. Maledictus puer centum annorū. Idem in ho- Esai.
mil. z. xxiij. q. iiij. si is qui. sic ait. Ea q in nos committūtur: xlij.
facile possumus dimittere: ea vero que in deū cōmissa sunt: Esa.
cū magna discretione nec tñ sine penitētia possum9 relaxa- lxvj.
re. Item Castorio notario Rauenne scribit dicens. Quanto
a nobis creditur: z necessarias vides causas iniungi: tanto
strenuum debes te z solicitum exhibere. Proinde si Maxi-
mus. scilicet eps de inobediētia sua sicut deputauim9 egit
pniam: ad cōsolandum illum epl'am quam ad eū scripsimus:
qua ei z grām nostrā z cōionem reddidisse significauimus:
experientia tua debeat dare. q2 sicut in cōtumacia persisten
tibus seueros nos esse cōuenit: sic humiliatis et penitenti-
bus veniam negare nō debemus. Idem in homil. xxvj. z. xj.
q. iij. iudicare. Iudicare digne de subditis nequeunt: qui in
subditorum causis sua vel odia vel gratiā sequūtur. Idem
Bonifacio defensori scribens. xxv. q. ij. institutionis. ait. Ni
mis est asperum z precipue bonis sacerdotum morib9 ini-
micū: niti quēpiam quātacunq; rōnis excusatione que be-
ne sunt ordinata: rescindere: z exēplo docere sui qñq; posse
constituta dissolui. Idē Felici episcopo. q. e. si ea. Si ea de-
struere q antecessores nostri statuerūt: non constructor sz
euersor esse iuste comprobarer: testante veritatis voce que
ait. Oē regnū in seipsum diuisum nō stabit: z ois scientia et
lex aduersum se diuisa destruetur. ¶ Idem Dñico Cartha-
ginensi epo. q. ea. de ecclesiasticis. De ecclesiasticis priuile-

gijs quod vestra fraternitas scribit: hoc postposita dubitatione teneat: qz sicut nostra defendimus: ita singulis quibusq; ecclesijs sua iura seruamus. Nec cuilibet gra fauente vltra ꝯ mereꝭ impartior: nec vlli hoc qꝫ sui iuris est/ambitu stimulante derogabo. Sed fratres meos per omnia honorare cupio: ficꝫ honore singulos subuehi: dummodo non sit quod alteri iure ab altero possit opponi. Idem Vigilio Arelatēsi epo. q. e. cum pie. Cū pie desiderium voluntatis/ & laudante definitionis intētio sacerdotalibus semper sit studijs adiuuanda: cura est solicitudinis adhibenda: vt ea que pro quiete religiose conuersationis sunt disposita vel ordinata: nec dissimulatio negligere: nec quedā valeat presumptio perturbare: sed sicut quod ratio exigebat vtiliter obtinuit definiri: ita quod definitū est non debeat violari. Idem. xij. q. ij. c. vlti. ait. Religiosam vitam eligentibus congrua nos ops consideratione pspicere: ne cuiuslꝫ necessitatis occasio aut desides faciat: aut robur (quod absit cōuersationis infringat. Idē scribēs episcopo Arimīnensi. xviij. q. j. luminoso. Oino ait prohibem⁹ ne in dei seruoꝝ. i. religiosoꝝ recessibus & eoꝝ receptaculis vlla popularis prebeatur occasio cōuentus: qz nō expedit alienis eoꝝ. Nec audeat ibi epūs cathedrā collocare &c. quatenus monachi semp maneāt in abbatū suoꝝ ptāte: vt remotis cūctis vexationibus ac grauaminib⁹: diuinū opus. i. officiū cū summa animi deuotione perficiāt. Idem de religiosis scribens Januario epo. xix. q. iij. quia. sic ait. Quia ingredientibus monasteriū conuertendi gratia vlterius nulla sit testādi licentia: sed vt res eoꝝ eiusdem monasterij sint: aperta legis definitione decretū est. Et ꝛ gra cōuertēdi. i. permanendi. Secus si ingressus esset causa probandi sm glos. Et de ingressu & pfessionē tacitā vel expressam nō est dubiū. Idem xviij. q. ij. visitandi. ait. Visitandi exhortādiq; causa ad monasterium quoties placuerit ab antistite ciuitatis accedatur. & intelligiē de non exemptis. Et subdit. Sed sic charitatis officiū impleat episcopus: vt grauamē aliquod monasteriū non incurrat. Idem Joāni Rauēnati epo. q. e. peruenit. ij. ait. Peruenit ad me qꝫ in ecclesijs fraternitatis tue aliqua loca dudū in monasterijs cōsecrata: nunc habitacula clericoꝝ aut etiam laicoꝝ sunt facta. Et infra. Proinde fraternitas tua si hoc quolibet in loco factum est: emendare festinet. Idem ex registro. q. e. in nullo loco. In nullo loco monachos et monachas permittimus in vno monasterio habitare: sed nec ea que duplicia vocant. Et si quid tale est: religiosus epūs mulieres quidez in suo loco manere studeat monachos autem aliud monasterium edificare cogat: & res quas habent cōes sm iura eis competentia distribuantur. Idem. xviij. q. j. peruenit. j. prohibet monachos sibi facere commatres: scilz tenendo in baptismo vel leuando de fonte. Idem ex registro. xvij. q. j. ananias. ait. Ananias deo pecunias vouerat: quas postea diaboli victus persuasione subtraxit. Sed qua morte mulctatus sit scis. Si ergo mortis periculo dignus fuit: q̄ eos quos dederat nūmos abstulit: considera quāto periculo dignus eris in diuino iudicio: qui non nūmos: sed temetipsum omnipotēti deo: cui te submonastico habitu deouueras: subtraxisti. Idem super Ezechi. q. e. c. vlti. Qui bona agunt: si meliora agere deliberant: et post deliberata non faciunt: licet in bonis prioribus perseuerēt: in conspectu tamē dñi ceciderūt. Itez sunt quidam qui cuncta relinquere & dei seruitio se subdere: et freno castitatis se restringere deliberant: sed quum post castitatem alios cecidisse conspiciunt: se retrahendo meritum perdunt. Idem scribens Joanni Rauennati archiepo. xvj. q. j. nemo. ait. Nemo potest ecclesiasticis obsequijs deseruire: & in monastica regula ordinate persistere: vt ipse districtiones monasterij teneat: qui quotidie in ministerio ecclesiastico cogitur permanere. Et dicit ibi glo. q̄ vel loquitur de clericis secularibus qui volebant preesse monasterijs: quum tū non seruarent vitam monachalem. Uel si loquiē de monachis: vult dicere q̄ non potest quū preficitur ecclesie seculari habenti curam: seruare obseruātias monachales: vt silētium & hymōi: & cure intendere animarū. vel etiam nō pōt preesse ecclesie seculari simul et monasterio. Idem scribens Mariano epo Rauēnati. xvj. q. j. ne pro cuiuslibet. Ne p cuiuslibet monachi vel abbatis pmotione onus aliquod fortasse monasteria sustineant. studendū vobis est: vt si quisq̄ monachoꝝ ex quocunq; monasterio ad clericatus officium vel sacrū ordinē accesserit: nō ibi aliquam vlterius habeat potestatem. Idem ex registro. xxvij. q. ij. agathosa. ait. Etsi mūdana lex precipit conuersionis gratia / idest ingressus religionis vtrolibet inuito dissolui posse coniugium: diuina tamen lex non permittit. Nam nisi fornicationis causa virum prorem dimittere nulla ratione concedit: quia post q̄ copulatione coniugij viri & mulieris vnum corpus efficitur non potest ex parte cōuerti: et ex parte in seculo remanere. hec ille. Dimissio tamen coniugij ob fornicationez intelligitur quo ad torum: non quo ad vinculum.

Legis definitiōe vt C. de sacrosan. eccle. l. ingressi. cū similibus.

§. XV. Cōtra detractores Bze

Gego. ij. q. v. habet. ait. Habet hoc proprium antiqui hostis inuidia: vt quos improborum actuum perpetratione deo sibi resistente deijcere non valet: opiniones eorum falsas ad presens simulando dilaceret. Idem constantino Mediolanensi episcopo. xj. q. iij. in cunctis. ait. Que in hac vita aduersa pueniūt: sola est sicut nostis oīpotentis districtio dei pensanda: atq; ad cor ꝓpriuz semper recurrendū: vt nullius ibi lingua implicet: vbi pscientia nō accusat. Quē enim cōscientia defendit: liber est inter accusationes: & liber sine accusatione esse nō potest: si sola que intus adijcit cōscientia accuset. Sacri eloquij testimonium habemus: vt mala maioza quū forte dicunt: nisi approbata credi non debeant: sed citius pbata vlcisci. Hec igiē dixi vt nimie leuitatis esse ostēderem: si quis mala grauia credere studeat que pbari non possunt. vnde sanctitas vestra debet a maledicoꝝ hominū rumoribus & obtrectationibus mētem suam disiungere: et sola q̄ interne vite sunt atq; ad vtilitatem subditoruz proficiunt: cogitare. Idē. q. e. inter verba. Inter verba laudātiū vel vituperantiū ad mentē semper recurrendum est: & si nō in ea inueniē bonū qꝫ de nobis dicit magnaz tristitiā generare debet. Et rursum. Si in ea non inueniē malū quod de nobis hoīes loquūtur: in magnā debemus letitiam prosilire. Quid enim si nō hoīes laudāt & pscientia nos liberos demonstrat: Habemus paulum dicentem. Gloria nostra hec est: testimonium cōscientie nostre. Job quoq; dicit. Ecce in celo testis meus. Si ergo nobis est testis in celo: & testis in coꝛde: dimittamus stultos loqui foris quod volunt. Quid enim aliud detrahentes faciūt: nisi in puluerē sufflant: & in oculos suos terrā excitant: vt vnde plus detractionis perflant: inde magis nihil veritatis videant. Vocandi sunt et ipsi: et tranquille admonendi: eisq; satisfieri modis omnibus debet: scientes q̄ de iudeis veritas dicit: ne forte scandalizemus eos. Si autē satisfieri sibi ex veritate noluerint: habes cōsolationē quā in euangelio aspicias. Quum enim domino dictū fuisset. Scis quia pharisei audito hoc verbo scandalizati sunt. Respondit eis. Sinite illos. Ceci sunt et duces cecoꝝ. Paulus quoq; admonet dicēs. Si fieri potest: quod ex vobis est: cū omnibus hominibus pacē hītes. q. d. Si nos in mēte charitatem erga odientes seruare cupimus: etsi illi nobiscū pacē nō habeant: nos tamē cū illis sine dubio habemus. Quare hoc permittat deus scilicet bonis detrahi: assignat idem Grego. rationem dicens. vj. q. j. sunt plurimi. Sunt plurimi qui vitā bonoꝝ fortasse amplius q̄ debent laudant: & ne qua elatio de laude subrepat permittit omnipotens malos in obtrectationem & obiurgationem prorumpere: vt si qua culpa ab ore laudantiuz in coꝛde nascitur: ab ore vituperantiuz suffocetur. Hinc est q̄ doctor gētium se in predicatione currere testatur inter infamiam & bonam famam: & alijs dicitur esse odor mortis in mortem: alijs odor vite in vitam. Quod specialiter sacerdotes ex detractionibus: que fiunt contra eos: non debent iudicari vel despici: sed ab oībus honorari: etiā principibus: ostendit idem scribens ad Mauritium imperatorem ista. xj. q. j. sacerdotibus. Sacerdotibus non ex terrena potestate domin⁹ noster/scilz imperator/citius indignetur: sed ex celesti consideratione propter eum cuius seruu sunt: ita eis dominetur: vt etiam debitā reuerentiaz impendat. Nam in diuinis eloquijs sacerdotes aliqñ dij: aliqñ angeli vocantur. Nam & ad Moysen de eo qui ad iuramentum deducendus est/dicitur. Applica illuz ad deos: videlicet ad sacerdotes. Et rursus scriptum est. Dijs non detrahes: idest sacerdotibus. Et prophęta ait. Labia sacerdotis custodiūt scientiam: & legem requirunt ex ore eius qz homines: qz angel⁹ domini exercituz est. Quid ergo mirum si illos pietas vestra dignē honorare: quibus in suo eloquio honorem tribuens: aut deos: aut angelos appellat deus. Ecclesiastica quoq; narrat historia: quia quum pie memorie Constantino principi scripto oblate accusationes ptra epos fuissent: libellos accusationis accepit. et eosdem qui accusati fuerant epos conuocans: in eoꝝ conspectu libellos quos acceperat incendit dicens. Ite & inter vos causas vestras disponite: quia dignuz nō est vt iudicemus deos. In qua sententia sibi magis ex humilitate: q̄ illis aliquid prestitit ex reuerentia impensa. Ante euz quippe pagani in republica (alias iure publico) principes fuerunt: qui verum deuz nescientes: deos lapideos & ligneos colebant: & tū eoꝝ sacerdotibus honorem maximum impendebāt. Quid igitur mirum si christianus imperator veri dei sacerdotes honorē:

Sacerdotib⁹ honor impendendus

Dij sunt sacerdotes.

retidum pagani principes eorū sacerdotibus honorem impendere nouerūt: qui dijs ligneis ⁊ saxeis seruiebant. Hoc ergo non tantum specialiter. scilicet de bonis: quantum generaliter pro omnibus scilicet etiam malis asserimus sacerdotibus. quoniaz adhuc nescimus quis in terribili iudicio dei qualis futurus sit. Etenim egregius predicator Paulus dicit. Nolite ante tempus iudicare quousq; veniat dominꝰ. Nam sunt multa q̄ de illius iudicio homines ignorāt. quia fortasse quos vos laudatis/ille reprehendit: ⁊ quos vos vituperatis/ille laudabit. hec ille.

§.XVI. Contra arrogātes seu

q̄tū est ex se q̄libet nō debet q̄rere sz fugere: sz ex obedientia suscipere. Greg. ex registro.vij.q.j. in scripturis ait. In scripturis vestris vos magnopere requē quesi sse narratis sed per hoc ad pastoralem solicitudinē vos cōgrue venisse ostenditur: q; sicut locus regimine desiderantibus est negandus: ita fugientibus offerēdus. Et sicut scriptuz est. Nec sibi quisq̄ sumat honorē: sed q̄ vocat̄ a dño tanq̄ Aarō. Et rursus idē egregius p̄dicator dicit. Si vnus p̄ oībus mortuus est: ergo oēs et mortui sunt: et p̄ oībus christus mortuus est. Et si hoc est: superest vt qui viuūt: nō iā sibi viuāt: sed ei qui p̄ ipsis mortuus est: et resurrexit. Et pastori sancte ecclesie dr. Simon Joannis diligis me plus hijs? pasce oues meas. Ex quib' ꝯbis colligitur: q; si is q̄ valet omnipotentis dei oues pascere/renuit: ostendit se summū pastorem minime amare. Si em̄ vnigenitus patris p̄ro explenda vtilitate oīm/de secreto patris ad publicū nostrū egressus est: nos q̄d dicturi sumus: si secretū nostrū p̄ponimus vtilitati proximor̄? Quies vtiq; nobis ex corde appetenda est: et tamē p̄ multor̄ lucro aliquando postponenda. Nam sicut toto desiderio debemus occupationē fugere ita si desit qui predicet: occupationis onus libenti necesse est humero subire. Q̄ ex duor̄ prophetarum opere docemur: quor̄ vnus p̄dicationis officiū vitare conat' est: alter accepit ⁊ appetijt. Nam mittēti se dño Hieremias rñdit dicens: A.a.a. dñe deus: ecce nesciō loqui: q; puer ego sum. Et quis ops dñs ad predicandū sibi p̄sonā q̄reret dicēs. Quem mittam? Esaias se obtulit dicens. Ecce ego dñe: mitte me. Ecce ab vtrisq; exterius diuersa vox prodijt: sed non a diuerso fonte dilectionis emanauit. Duo quippe sunt precepta charitatis: amor sc̄z dei ⁊ proximi. Per actiuā igitur vitaz prodesse primis cupiens Esaias: officium predicationis appetijt. per contēplatiuā vero conditoris amori Hieremias sedule inherere desiderās: ne mitti ad p̄dicandū debeat contradicit. Q̄ ergo vnus laudabiliter appetijt: hoc laudabiliter ali' expauit. Iste ne tacite contēplatiōis lucra loquendo perderet: ille ne damna studiosi operis tacendo sentiret. Sed hoc in vtrisq; est subtiliter intuendū: q; et is qui recusauit plene nō restitit: ⁊ is q̄ mitti voluit ante se purgatū p altaris calculū vidit: ne aut nō purgatus q̄sq; adire sacra mysteria audeat: aut quē supna gratia eligit sub humilitatis specie supbe contradicat. ¶ Idem Grego. scribens ciuibus Neapolitanis/ait.q.e.c. nec nouū. Nec nouum: nec reprehensibile est in eligēdo ep̄o populi se vota in duas partes diuidere: sed graue est q̄n in hmōi causis non ex iudicio sed ex fauore solo venit electio. Idez Greg. lvj. dis. satis. ait. Satis peruersum est: ⁊ contra ecclesiastcam p̄obatur esse censuraz: vt frustra quozūdam voluptatib' suis q̄s p̄ueł officijs: quem sua culpa vel facinus ab officij: et quo fungitur gradu: nō deijcit. ¶ De Judeis inquit Grego. scribens Paschasio ep̄o Neapolitano. xlv. di. qui sincera. Qui sincera intentione extraneos a christiana religione ad fidem cupiunt rectā p̄ducere: blandimētis debent non asperitatibus studere: ne quorū mētem reddita ratio ad planū poterat p̄uocare: pellat p̄cul aduersitas. Et.j. Agendū est ergo vt potius ratione ⁊ mansuetudine prouocati sequi nos velint: non fugere: vt eos ex eorū codicibus ostendētes q̄ dicimus ad sinū matris ecclesie possimus deo adiuuante conuertere. Oēs ergo festiuitates feriasq; suas sicut hactenus tam ipsi q̄ parentes eor̄ per longa colētes retro tēpora tenuerunt: liberam habeant observandi celebrandiq; licentiam: nec eos in hmōi inquietari permittas. ¶ Idem Augustino Anglorū ep̄o scribens ait. dist. xij. nouit. Nouit fraternitas tua Romane ecclesie consuetudinē: in qua se meminit esse nutritam. Sed mihi placet siue in Romana siue in Gallicana: siue in qualibet alia ecclesia inuenisti q̄ plus posset deo placere: sollicite eligas: ⁊ in Anglorū ecclesia que adhuc in fide noua est: institutione precipua que de multis ecclesijs colligere potueris infundas. Non em̄ pro locis res sed p̄ rebus sunt loca amāda. Ex singulis igit̄ q̄buscq; ecclesijs q̄ pia/que religiosa/q̄ recta sunt eligere: et hec quasi in fasciculū collecta/apud Anglorū mentes in consuetudinē deponere. Ibidem di.ea.c.prece. Quēadmodū illicita perpetrare non patimur: sic que sunt consuetudinis non negamus.

§.XXVIII. De vita beata Gre

go. in homil'. Si cōsideremus fratres charissimi q̄ nobis promittuntur in celis: vilescunt oīa que habent̄ in terris. Terrena nāq; substantia pōdus est: nō subsidiū. Tēporalis vita eterne vite cōparata/mors potius est dicenda q̄ vita. Ipse enim quotidianus corruptionis defectus / quid est aliud q̄ quedam prolixitas mortis? Que aūt lingua dicere sufficit aut quis intellectus capere: superne ciuitatis quanta sint gaudia: angelorū choris interesse: cū beatissimus spiritibus meis circūscriptum lumē videre: vultū dei cernere: nullo mortis metu afficī: nec corruptionis perpetue munere letari? Ad hec audita inardescit animus. Jamq; illic cupit adsistere: vbi sperāt sine fine gaudere. Sed ad magna p̄mia nō pervenitur: nisi per magnos labores. Si delectat magnitudo p̄mioz̄: nō deterreat multitudo laborū. Non coronabit̄ (ait apl's) nisi qui legitime certauerit. ¶ Idem in lib. dial'. et. xxij.q.iij. obtineri. Obtineri nequaq̄ possunt que predestinata nō fuerint. Sed ea que sancti viri orando efficiūt ita predestinata sunt: vt eorū precibus obtineant̄. Nam ipsa perennis regni predestinatio ita est ab oīpotente disposita: vt adhoc electi ex labore perueniant: quatenus postulando mereantur accipere q̄ eis omnipotens deus ante scl'a disposuit dare. ¶ Grego. in homil'. Nouem esse ordines angelorum testante sancto eloquio scimus: scil'z angelos/archangelos/virtutes/potestates/principatus/dominatiōes/thronos/cherubin/⁊ seraphin. Ūñ de primo angelo dicitur. Omnis lapis preciosus operimentum tuū. Sardius/topazius/iaspis/chrysolitus/onyx/beryllus/saphyrus/carbunculus/⁊ smaragdus'. Ecce nouem dixit nomina lapidum: quia profecto nouem sunt ordines angelorū. q̄bus ordinibus ille primus angelus opertus dicitur: quia duz cunctis agminibus angelorum prelatus est: ex eorū comparatione clarior fuit. Et habetur de peni. dist. ij. principius. ¶ Scien dum quoq; ait idem in homil'. q̄ nomē angelorū/nomen est officij non nature: q; tunc illi spūs sunt angeli: quū per eos aliqua nunciantur vel operantur. Ji aūt qui minima nunciant: angeli. qui vero summa: archangeli vocant̄. virtutes vocantur per quos signa ⁊ miracula frequenter fiunt. Potestates vocantur ij qui hoc potentius pre ceteris percepe-runt: vt eorū ditioni virtutes aduerse subiecte sint: quoz̄ potestate refrenantur: ne tentare valeant quantuz volunt. Principatus vocantur qui ipsis quoq; bonis spiritus p̄sunt: qui subiectis dum q̄sunt agenda disponūt: eis ad explenda diuina mysteria principant. Dominationes vocantur qui etiā potestates p̄cipatuz trāscendūt. Nam princi pari est inter' reliquos p̄iozem existere. dñari est subiectos quoscūq; possidere. Throni quoq; illa agmina sunt quibus ad exercendū officiū iudicij semp deus presidet. Throni dicti sunt: qui tanta diuinitatis gratia replētur: vt in eis dñs sedeat: et per eos sua iudicia decernat. Cherubin plenitudo scientie dicit̄. Et sublimiora illa agmina ideo Cherubin sunt vocata: quia tanto perfectiora sunt sciētia: quanto claritatem dei vicinius contēplantur. Seraphin vocāt̄: qui ex singulari propinquitate conditoris incōparabili ardent amore. Seraphin em̄ ardentes vel incendētes interpretantur. Sed quia illa superna ciuitas ex angelis ⁊ hominibus constat: ad quam tātos credimus humani generis ascendere: quātos illic contigit electos angelos remānisse: debem' aliquid ex illis distinctionibus ad vsum nostre conuersationis trahere. hec ille. Et subsequenter ponit ibi quō er diuersis exercitijs virtutum homines assumuntur in gloria ad diuersos ordines angelorum inferiorum vel superiorum: secundum gradus perfectionis operum humanorum.

De ordinib' angelorū. Ezech. xxviij.

§.xxix.

§. XXIX. De bello vitiorum in

electis dei. Grego. xxxi. moraliū tractās illud Job. procul
Job. xxxix. odorat bellū. scz equus. de quo per similitudinē ibi loquit
exhortatione ducum et vlulatu exercitus. Bellum procul
odorari: est ex causis precedētibus que vitiorū pugne sub-
sequantur: agnoscere. Quia enī odore res nō visa cognoscit
bellū proculdubio odorari/ est sicut flatu nariū: sic puisione
cogitationū neqtias latētes indagare. Primo ergo electi dei
signati per equum cōsiderant ne venialia quelibet agant.
Secundo vero ne bona incaute faciant. et postquam praua
subegerint: ipsa etiam subijcere recta contendunt: ne de me-
ritis in elationis culpam vertantur. Plerunqꝫ enim ex bo-
nis per incurie vitium mala nascuntur. Uigilanti studio cō
templatur dei electus: quō ex doctrina/ arrogantia: ex iusti
tia/ crudelitas: ex pietate/ remissio: ex zelo ira: ex mansuetu-
dine torpor oriatur. Quumqꝫ bonus hec agit: quot hic ꝯtra
se hostes per hec exurgere valeant: conspicit. Nam quū adi
piscendis doctrine studijs elaborat: mentem solicite contra
certamen arrogantie preparat. Quum culpas delinquentiū
iuste vlcisci desiderat: sagacissime considerat ne modum iu-
stitie crudelitatis vindicta transcendat. Quuz frenare pie-
tate se nititur: solerter pspicit nequa disciplina dissolutiōe
vincatur. Quum se recti zeli stimulis excitat: summopere: p
uidet: ne plus quam necesse est ire flammis se succendat.
Quum magna mansuetudinis tranquilitate se temperat vi
gilanter obseruat ne torpore frigescat. Quia ergo spirita-
lis militis cogitatione oē vitium priusquam subrepere pos
sit aspicitur: recte de equo dei dicitur. Procul odorat belluz.
Perpendit etiam que turba iniquitatū pruat: si mala ad se
ingredi vel pauca permittat. vnde sequitur. Exhortatione
ducum et vlulatu exercitus. Tentantia quippe vitia que in-
uisibili contra nos prelio regnanti super se superbie mili-
tant: alia more ducum preeunt: alia subsequuntur more
exercitus. Neqꝫ enim culpe oēs pari accessu cor occupant:
sed dum maiores et pauce neglectam mentem preueniunt:
Superbia viciorum regina. minores et innumere ad illa se cateruatiz fundūt. Ipsa nāqꝫ
vitiorum regina superbia/ quum deuictum cor ceperit: mox
illum. vij. principalibus vitijs quasi quibusdam suis ducib⁹
deuastandum trahit. Quos videlicet duces exercitus sequi
tur: quia ex eis proculdubio importune vitiorum multitudi-
nes oriuntur. Quod melius ostendimus: si ipsos duces atqꝫ
exercitum specialiter enumerādo proferamus. Radix quip-
pe cuncti mali superbia est: scriptura testante. Initium om-
nis peccati superbia. Prime autem eius soboles septem ni-
mirum principalia vitia de hac virulenta radice proferun-
Rami supbie. tur. s. inanis gloria/ inuidia/ ira/ tristitia. i. acidia/ ventris
ingluuies/ et luxuria. Nam qꝛ his septem superbie vitijs nos
captos doluit: idcirco redēptor noster ad spūale liberatio-
nis prelium spūs septiformis gratie plenus ait. Sed habet
hec contra nos exercitū suū. Nam de inani gloria: inobedi-
entia/ iactātia/ hypocrisis/ contentiones: ptinacie/ discordie/
et presumptio nouitatum/ oriuntur. De inuidia: odiuz. susur
ratio/ detractio: exultatio in aduersis pximi/ afflictio in p-
speris/ nascitur. De ira: tumor mentis/ rixe/ contumelie: cla-
mor: indignatio/ blasphemie/ proferuntur. De tristitia siue
acidia: malitia/ rancor/ pusillanimitas / desperatio / torpor
circa precepta/ euagatio mentis circa illicita/ nascitur. De
auaritia: pditio/ fraus/ fallacia/ periurium/ inquietudo/ vio
lentie/ et contra miam obdurationes cordis oriuntur. De vē
tris ingluuie seu gula: inepta letitia/ scurrilitas/ immundi-
tia/ multiloquium/ hebetudo sensus circa intelligentiam/ p
pagat. De luxuria vero: cecitas mentis/ inconsideratio: incō
stantia/ precipitatio/ amor sui/ odium dei/ affectus presentis
seculi/ horror vel desperatio futuri/ generatur. Quia ergo
septem principalia vitia tantā de se vitiorum multitudinem
proferunt: quum ad cor veniunt: quasi subsequentis exerci-
tus cateruas trahunt. Ex quibus. vij. duo carnalia: quinqꝫ
spūalia sunt. sed vnūquodqꝫ eorum tāta sibi cognatione iun
gitur: vt non nisi vnum de altero proferatur. Prima namqꝫ
superbie soboles/ inanis gloria est. que dum oppressam mē-
tem corruperit: mox inuidiam gignit: qꝛ nimirū dū vani no
minis potentiā appetit: ne quis hanc alius adipisci valeat:
tabescit. Inuidia quoqꝫ iram generat: quia quanto interno
liuoris vulnere anim⁹ sauciat: tanto etiam māsuetudo trā
quillitatis amittitur. Et qꝛ quasi dolens membrum tangit:
idcirco opposite actionis manus velut grauius pressa sen-
titur. Ex ira quoqꝫ tristitia nascitur: qꝛ turbata mens quo
se inordinate concutit: eo adijciendo cōfundit. et quum dul-
cedinē tranquillitatis amiserit: nihil hanc nisi ex perturba-
tione subsequens meror pascit. Tristitia quoqꝫ ab auaritia
deriuatur: quia dū confusum cor bonū letitie in semetipso
intus amiserit: vnde consolari debeat: foris querit. Et tāto
magis exteriora bona adipisci desiderat: quanto gaudiū nō
habet ad qō int⁹ recurrat. Post hec vero duo carnalia vitia
que supersunt: cunctis liquet quia de ventris ingluuie luxu
ria nascitur. dum etiam ipsa distributione membrorum ven
tri genitalia subnixa esse videantur. vnde dum vnū inordi-
nate reficitur: aliud proculdubio ad contumeliā excitat. Be-
ne aūt duces exhortari dicti sunt: exercitus vlulare: qꝛ pri-
ma vitia decepte menti sub quadā ratiōe se inserunt: sz in-
numera que sequuntur/ dum hanc ad rationem insaniam p-
trahunt: quasi bestiali clamore confundunt. Inanis namqꝫ
gloria deuictū cor quasi ex ratione solet hortari: quuz dicit.
In quo illo vel illo minor es? Cur eis ergo vel equalis vel su
perior nō es? Quantū vales que ipsi non valent? Non ergo
tibi aut superiores esse debent. Ira etiam deuictum cor qsi
ex ratione solet exhortari: quum dicit. Que erga te agunt:
equanimiter ferri non possunt. hec tolerare patiēter immo
pctm̄ est. Et si non eis cū magna exasperatiōe resistitur: con
tra te deinceps sine mensura cumulantur. Tristitia quoqꝫ
deuictū cor quasi ex ratione solet exhortari: quū ait. Quo
habes vnde gaudeas: quum tāta mala de proximis portas?
Perpende cū quo merore oēs intuēdi sunt: q intantum con
tracte amaritudinis felle vertunt. Auaritia quoqꝫ deuictuz
animū ex ratiōe solet hortari: quum dicit. Ualde sine culpa
est qꝫ quedā habenda concupiscis: qui non multiplicari ap-
petis: sed egere pertimescis. et qō alius male retinet: tuipse
melius expendis. Uentris ingluuies quasi ex ratiōe solet
hortari: quum dicit. Ad esum deus mūdo oia cōcedit: et qui
satiari cibo respuit: qd aliud qꝫ muneri ꝯcesso ꝯtradicit? Lu
xuria quoqꝫ deuictum cor quasi ex ratiōe solet hortari: quū
ait: Cur te in voluptate tua nō dilatas: quū qd te sequatur
ignoras? Acceptū tp̄s in desiderijs pdere non debes: qꝛ quā
cito ptranseat ignoras. Si enī misceri hoīem in voluptate
deus non vellet: in ipso exordio humani generis masculum
et feminam non fecisset. Hec igitur ducū exhortatio: que dū
incaute ad assuetam cordis admittitur: familiarius iniqua
persuadet. Quem videlicet exercitum vlulatus sequit: quia
infelix aia semel vitijs principalib⁹ captat: dū multiplicatis
iniquitatib⁹ in insaniā vertit: feraliū vastatur immanitate.
Sed similis dei qꝛ solerter puidere vitiorum certamina nitit:
bellū proculdubio odorat. Exhortationē ducū nares agita-
te deprehēdūt. et qꝛ longe presciendo subsequētiū iniquitatū
confusionē cōspicit: quasi vlulatū exercit⁹ odorādo cogno-
scit. Igitur qꝛ vel pdicatorē dei: vel quēlibet spiritalis cer-
taminis militē descriptū equi narratione cognouimus: nūc
eundē iterū in auis significatione videam⁹: vt qui per equū
didicim⁹ eius fortitudinē: etiā per auē discam⁹ eius contem
plationē. quantū scz p contēplationē volat. vnde sequitur.
Nunqd p sapientiā tuā plumescit accipiter expandens alas
suas ad austrū? In austro accipitrē plumescere: est vnum-
quēqꝫ sanctorū tactu spūssancti conualescere. De singulis
tamē horū vitiorum habes diffuse in scda parte per totum.

§. XXX. Postqꝫ igitur Grego

rius sedit in cathedra Petri annis. xiij. mēsibus sex. diebus.
x. plenus operibus bonis quieuit in pace anno dn̄i quingen
tesimosexto: imperij aūt Phoce anno. ij. Post cuius mor-
tem: quum fames valida sequeret: quidam inuidi Gregorio
ceperūt detrahere asserētes qꝫ totū thesaurum eccl'ie tanqꝫ
vir prodigus cōsumpsisset. Unde ob huius vindictā ad com
burendum libros eius ceterorum animos inclinauerūt: quorum
dum quosdā iam combussissent: et ceteros cōburere vellent.
Petrus diacon⁹ familiaris eius cū quo quatuor dialogo-
rū libros disputauerat: traditur vehementissime restitisse:
asserens hec ad eius delendam memoriā non valere: quum
in diuersis mūdi partib⁹ exēplaria tenerētur: adiungēs im-
mane sacrilegiū esse tanti pr̄is tot et tales libros cōburere: Petrus
super cuius caput ipse spiritūsanctū in similitudine colum- Gregorij diaconus.
be frequētissime pspexisset. Tandē in hanc eos snīam addu
xit: vt illud qō dixerat iureiurādo ꝯfirmans: mori continuo
meruisset: si ipsi a librorum exustione desisterēt. Si vero mori
nō meruisset: sed supstes sui testimonij extitisset: ipse qꝫ con
bustoribus man⁹ daret. Itaqꝫ cū apparatu diaconi euange-
liorū librū baiulās venerabilis leuita Petrus adueniens
mox vt tactis sacrosanctis euangelijs Gregorij sanctitati De quodam bono heremita.
testimoniū perhibuit: a dolore mortis extrane⁹: spm̄ inter
verba vere cōfessionis efflauit. ¶ Eodē tp̄e: sed dum viue-
ret Gregorius: fuit quidā heremita vir magne virtutis: qui
oia ppter deuz relinqrat: et nil preter vnā cattā possidebat.
Quā blādiens crebro quasi cohabitatricē in suis gremijs
refouebat. Orauit igitur ad dn̄m: vt sibi ostenderet cū quo
future remunerationis mansionem sperare debuisset: qui
illius amore nil ex seculi diuitijs possideret. Quadā igitur
nocte sibi reuelatur vt cū Gregorio Romano pontifice mā-

sionem sibi sperare deberet. At ille fortiter ingemiscens/parum sibi voluntariā paupertatem profuisse putabat: si cuz eo remuneratione recipere: q̄ tāris mundialib⁹ diuitijs abūdaret. Quum ergo Gregorij diuitias sue paupertati die noctuq; suspirādo cōferret: vna nocte audiuit dominum dicentem. Quum diuitem non possessio diuitiarum faciat: sed cupido: quomodo audes paupertatem tuā Gregorij diuitijs cōparare: q̄ magis illā cattā quam habes quotidie palpando diligere cōprobaris: q̄ ille tātas diuitias quas nō amando sed contemnendo cunctisq; liberaliter largiendo dispergit? Itaq; solitarius deo gratias retulit: et q̄ meritum suuz decreuisse putauerat si Gregorio equaretur: orare cepit: vt cum eo mānionem percipere mereret. ¶ Mirat⁹ est iste heremita: q̄ Gregorij papa ei equaretur in gloria. Ego autem vt pusillus ingenio vehementer stupere: q̄ heremita idiota z simplex/quieti fue solum vacās nō doctrine primoruz equaretur Gregorio in gloria: qui summo pontificatu fungens in tanta humilitate vt pene nullus humilior. Tāta liberalitate profusus in tantis diuitijs: vt nullius inopis obliuiscer et. Tanta deuotione fulgens: vt officium et cantum ecclesiasticum ordinaret. Tāta doctrina repletus cum miraculis: vt tot libros z tā vtiles cōponeret. Tantis aduersitatib⁹ Longobardorum et imperator lacessitus: tot corporis cōtinuis quasi doloribus vexat⁹ patientissime oia sufferret. Nisi mēte tenerē q̄ spirituū pōderator ē domin⁹: q̄ sua munera vt vult diuidit. dat cui vult: et quātum vult sine cuiusq; acceptiōe psone. Nec esset pro qualitate nobilitatis nec quātitate dignitatis: aut scientie vel doctrine et fructificationis in populo: vel labore corporis: premij magnitudinez essentialis reddit: sed sm amplitudinem charitatis. Et cum eodem gradu charitatis vnus infime cōditionis et modice scientie pauca ad extra operat: alter vero in magna dignitate etiam ecclesiastica: plurima agit proximis vtilissima: z cum cōuersione multorum sua doctrina et miraculis sm regulam diuine iustitie equali premio essentiali ambo perfruātur. Nec ab hac sententia doctorū dissonat q̄d ait apost. ad Cor. q̄ vnusquisq; sm suum laborez mercedem accipiet hoc est verum quantum ad premium accidentale: vt qui plus laborauerit et fructificauerit: plus premij accidentalis percipiet.

¶ De Justino maiore imperatore: et Justiniano post eum imperatore. Cap. iiij.

QUia de summis pōtificibus qui fuerunt a tempore Joānis primi/vsq; ad Gregorium de quo diffuse dictum est et de dictis eius: ad imperatores qui fuerunt illis temporibus stilum reuertendo. Sciendum q̄d Anastasio imperatori de quo in p̄cedenti titulo acctum est: successit Justinus maior Christianissim⁹ imperator q̄ imperauit annis nouem. Cepit autez imperare anno dñi. ccccxviij. Ab initio ꝺo mundi q̄nq̄es millesimo. dccxviij. Scōm alias cōputationem quater millesimo. ccccl xxxvj. Hic Justin⁹ vt deuotissim⁹/legatos ad eum destinatos ab Ormisda papa honorifice suscepit: z eos exilio traditos ab Anastasio heretico liberauit. Multa vasa aurea et argentea Romaz ad ecclesiā bti Petri mittēs largit⁹ est. Omni studio hereticoruz noxia extingere curauit: z ecclesias Arrianis auferri. Q̄d nimis egreferēs Theodoric⁹ rex Italie: q̄ arrian⁹: misit Joan. papā ad Justinū imperatorē vt protestaret eius nō restitueret in orientē ecclesias Arrianis: totam Italiam igne et gladio exponendam ab eo. Qui compatiēs desolationi Italie accedens Constantinopolim obtinuit Joannes papa q̄d petiuit a Justino vt supra dictum est. Hic autem Justinus postquā contra Parthos feliciter dimicauit: z cum rege eorum fedus firmissimum stabiliuit: ad modum senex et deficiēs: Justinianum suū ex sorore nepotez designauit successorem z decessit.

Bellisarius.

§. I. Justinianus igitur Justino successit in imperio. anno dñi. ccccc xviij. qui ad reipublice reparationem/Bellisarius patritium primum contra Persas misit: q̄ in terminos Romanoruz exierāt. Qui Bellisarius prelio Persas pstrauit: terminos Romanorum sibi vendicans: z constātinopolim rediens iubente Justiniano triūphauit. Imperauit aūt Justinianus annis. xxxix. Interea longobardi Pannoniā ingressi eam puincīā inhabitarunt annis. xviij. Et notandum q̄ hic Justinianus sparsas

Justiniani digesta.

multis volumimbus antiquas Romanoruz leges tribus illis collegit: multas nouas instituit. Dicebant aūt digesta vel pandecte. Et dicunt digesta. i. disposita diligenter discussa z ordinata. Pandecte aūt dicunt q̄d est nomen grecū q̄si oia suscipientes. Et vt dicitur ab archidiacono/per modernos scribit abbreuiate/quū allegat per duplex. ff. q̄d ex vitio scriptoruz introductū est: q̄ debet esse duplex. ff. cū titello interciso in ipsis literis. sic. ff. Et exponebatur sanctio sancta: id est firma pstitutio. Sed ille titulus est taliter mutatus: q̄ formatur per literam. f. z sic signat digestis. ff. Justianus igitur quum videret sparsas leges in multis libris plurimoruz legisperitoruz maxime Juliani/Sceuole/Papiniani/Pomponij/Gaij/Modestini/Pauli/Vulpiniam/reduxit z reduci fecit resecatis superfluis in libros quinquaginta quoruz quinquaginta librorum digestorum seu pandectarum vnum volumen existens: sic hodie per urisperitos est diuisum in tria volumina: silicet digestum vetus infortiatum: z digestū nouū. Et primū volumē. xxiij. libros cū dimidio cōtinet. scōm volumen cōtinet. xiij. libros. z dicitur infortiatū. tertiū continet. xij. libros. z dicitur digestū nouū. cuius vltima rubrica est de regulis iuris. Resecari quoq; fecit Justinianus volumen quod dicit codex compilatus per Theodosium iunioremin quo continentur leges multoruz imperatorum: quoruz nomina in principio legū ponunt. z distinguuntur in nouem libros. Volumen etiam appellat quod in se continet quatuor opera. scilicet tres libros codicis vltra supradictos nouē: z volumen institutionuz Justiniani diuisum in quatuor libros: et volumen autenticoruz Justiniani. que sunt ipsius nouē decisiones. z volumen vsus feudoruū quod non est Justiniani sed alterius imperatoris in quo sunt scripte cōsuetudines feudoruū. Preterea Justinianus imperator anno dñi. ccccc xxxiij. Bellisarius strenuissimum ducem in Aphricā mittit recuperandā: quam multis labentibus annis Vuandali primo pagani: exinde Arriani effecti possederant vt in precedentibus habitum est. Qui illuc perueniens cum magno exercitu: Vuandalos deo fauente confestim superauit: z totā Aphricam ad antiquum reipublice corpus sub Romano imperio reuocauit. Rex quidē Vuandaloruū Bilisimer qnum impetum Bellisarij ferre non posset: ad Maurusios fugit. sed eum illuc Bellisarius insequutus cōprehendit. atq; argentea vinctum catena secum adduxit. De eoq; Constantinopoli triumphauit. Illoq; tempore in Italia clarebat beatus Benedictus pater monachorum in occidente: sed de hoc infra in alio loco. Post hec Justinianus imperator quum iampridem animum ad liberandam Italiaz firmasset: idoneum tempus nactus post victoriam contra Vuandalos per Bellisarium habitam: mittit oratores ad Theodatum qui sibi vsurpauerat regnum Italie: procurata morte prius Amalasiūte regine filie Theodorici regis Italie: q̄ dicti Theodatum adsciuerat insociuz z cōsortem regni. Petitq; Justinian⁹ per oratores suos restitui sibi Italiam z Sicilia: offerens in huiusmodi recompensationem aliam dignitatem. quod si non faceret: bellum vt expectaret indixit. Ea autem quum Theodatus detrahere videretur: non vltra cunctandū Justinianus rat⁹ Bellisarium in Siciliam transire iussit cū exercitu: in apparatu tū faciendo iubens vt inuasurū se non Sicilia: sed Aphricam simularet. Bellisarius igit parata classe: impositisq; militibus in Siciliam nauigauit. Habebatq; peditū copias satis magnas: z insuper equites eadem classe portabantur. Quuz ergo Carthaginem petere simularet: in Siciliam profectus est z quasi reficiendi sui causa in illis locis permāsit. Sumptoq; exinde idoneo tēpore Carthinam vrbem repente adortus occupauit. Indeq; mox copias ostentans ac propositum aperiens multos post dies Syracusas dedentibus se ciuib⁹ occupauit. Post hec mirabilis fuit victorie cursus: dedentibus se vltro ciuitatibus atq; vocantibus. Causa vero huius erat Syculoruz in Gothos odium: z imperij Romani authoritas: ac bellisarij prestantia. Qui quum ab Vuandalis Aphricā liberasset: idem facturus de Gothis per Siciliam z Italiam sperabatur. Sed z Gothi nullos per Siciliam apparatus fecerant: nec futurum bellum esse putabant. Itaq; quicūq; erāt in Sicilia Gothi subita Bellisarij invasione attoniti: de fuga magis quaz de resistentia cogitabant. Palerinus sola: quoniam in ea vrbe validum erat Gothorum presidium. obsidionem expectauit z pertulit. Que quum a terra munitissima esset: classe in portum delata portus essibusdam in locis maloruū nauiū altitudinem celsius attolli stes saggittis z telis vndiq; ferientes: menia defensoribus nudauerūt. aliisq; subeūtes absq; vllo metu muros cedebāt: quo periculo adducti hostes vrbem dedidere. Hec fuit vltima ciuitatū Sicilie: que in potestatem Bellisarij deuenit. Pacigitur ciuitate recepta: reuersus Bellisarius Syracusis ludos magnificos edidit: z numisma in multitudinem dispersit. ¶ Insuper Justinianus imperator per idē tempus in Sicilia per hunc modum res processerant: Dum

De hoc bello habes i. i. prima. C. de of. gilis. mer capitur.

Belli rius ad uersum gothos i italiā mittit.

dum

dum quendā fez ducem cum alijs copijs Dalmatiam inuade
re mandauit: vt hinc inde percussi Gothi facilius oppri-
merē tur. Mundus igitur Dalmatiam ingressus cū exercitu Sa
lonas occupauit: belloz et tumultu partes illas inuoluit.
Gothi vero contractis magnis copijs ad vrbem Salonas
currūt quumz in propinquo essent: z bellum hinc inde gere
rent: pugna tandem cōmittitur nō ex preparato: sed preter
preparationē vtriusz exercit⁹. Causa pugnandi in hunc mo
dum fuit. Quūz sese mutuo conspexissent: nulla fuit mora
quin prelium cōmitteret. Pugnatum est aliquandiu ita ve
hementer vt enim fieri nil posset. Prestāteſz Gothozum
permulti ceciderūt in eo prelio: z tandem ipse Mauritius
occubuit. Senserant vtraz castra prelijz committi: vtriz
Mun dus Ju stiniani durago this in terficit. suis ferre opem properabant. In via dum esset Mundus fi
lij interitū cognouit. tunc homo natura vehemeus z belli
cosus: insuper dolore filij incensus quasi rabie quadā in ho
stes defertur. Aduenerāt inter hec oēs copie Gothozum: ac
totis viribus hinc inde pugnabatur. Pugna fuit cruentissi-
ma z asperrima. Tandem fracti Gothi magna suozum cede
in fugam vertuntur. Sed Mundus dum insatiabiliter Go
thos cedit: ac profligatos longius ira ac dolore amissi filij
insequitur: ipse sua victoria occiditur a fugitēb⁹ hostibus.
Et ita vindicta filij supra modū exercita/interitū insup pa
tris cumulauit. Post hoc prelium vtriz exercitus recesse-
re. Nam z Gothi profligati in ijs locis cōsistere ausi nō sunt
z Justiniani milites ob mortē ducis cōterruti relictis Salo
nis retro abierunt. Post mortem Mūdi ducis/ac recessum
exercitus: Gothi per Dalmatiā plus posse ceperūt. Brippa
quippeynus ex proceribus Gothozum refecto exercitu Sa
lonas vbē: z qđ prius ceperat Mūdus per ea loca recupe-
rauit. Multoz superior res Gothozum per eas partes vi-
debatur. Theodatoz regi ex his anim⁹ creuit. erat em z ipe
ex gente Gothozum.

§. II. Justinianus vero quū au-

disset que in bello Dalmatico gesta erant: Constantianum
quendam ex ducibus suis bello Dalmatico prefecit. z simul
ad Bellisariū scripsit ne cūctaret in Italiam trāsire. Consta
tianus igitur refecto exercitu: classeque affatim structa:
quum aliquod tēpus in ijs cōficiēdis Dyrrachij commoza-
tus esset: tandem inde mouet Epidaurum. Erant Epidauri
explozatores quidam a Brippa submissi. qui quum viderēt
Constantiani classem iuxta litus nauigātē: multitudinē na-
uium ac structuram egregiā: cōfestim ad Brippaz reuersi rē
per se magnam magnificētius extulerunt. Quibus auditis
Brippa incertus cōsilij esse cepit. Nam z pugna decernere
aduersus tantas vires pernitiosum z temerarium arbitra-
bat: z includere se Salonis nō satis confidebat: ciuibus su-
spectis: z menibus eius oppidi quibusdam locis vetustate
collapsis. mari etiā preualētib⁹ hostibus: cito se ad inopiaz
cōmeatus redigi posse formidabat. His curis anxius cōsiliū
capit. Salonis egredi cū copijs suis: z aliquanto profectus
idonea loca muniuit. Inter hec Constantianus cū tota clas-
se Lisnā peruenit. ibi quum ea que facta erant cognouisset:
ad proximū litus nauigauit. Demum exercitum oēm Salo
nis admouit: z nullo negotio vbē recepit. Jd quum Brippa
intellexisset: paucis diebus circa ea loca moratus abire con
stituit atz Rauennā mari delat⁹ Dalmatiā z Liburniā pe-
nitus dereliquit: q statim nullo repugnante in Cōstantiani
manus deuenerūt. ¶ Bellisarius aūt literis Justiniani ac
ceptis: quū sibi in Italiā trāseundū esset: militū ppidio Sy-
racusis z Panhormi relicto: inde in Italiam cum exercitu
transiens: castra ppe Neapolim firmauit: q vbs magno et
valido Gothozū presidio tenebat. Et tandez per aqueductū
mittens nocte multos milites: z intrantes ciuitatez menia
ascēderūt: ac etiā mari z terra pugnātes: alij milites per por
tā ab alijs militib⁹ apertā vrbem ingressi sunt. Cedes z ra-
pine vbiz facte. Bellisari⁹ tū capta Neapoli humanissime
victoria vsus est. Nullū enim Neapolitanozum post arma
depositra interfici aut capi pmisit. Mulieres ab oi libidine
integras reseruatas: maritis parentibusz restituit. ¶ Go
thi ẏo qui Rome z circa ea loca degebāt: auditis ijs q̄ Nea
poli facta sunt: in suspitiōe z metu plurimo cōstituti erant.
Nec dubitabaſ Bellisariū cū victorie exercitu ad se esse vē
turū: ac per hoc seipsos cohoztātes: ceteroſz gentis sue bel
latores euocātes: inter Narniā z Taracinā castra fecerunt.
Ibiz quū simul essent Gothozū copie: multa de superiori
malignitate Theodati: multaz de presenti segnitie cōque-
ſt: demum seditione in exercitu facta/Uitigem sibi regem
creauerunt. Erat aūt Uitiges nō ex regio genere oztus: sed
magnus bello vir quondam habitus: eaz virtute nomē si-
bi z authoritatē plurimā cōparārat. Theodatus vero rex si-
mul ista ptentiens: arrepta fuga Rauennam ire parabat.
Sed missi statim post eū a Uitige nouo rege satellites per
viam assequuti eū interfecerūt. Post hec Uitiges ad vrbem
proficiscit: ac Romanos cohoztat: vt nouas res nō faciant:
cogens eos iuramento sibi fidē seruare. Oō si non fecerint:
neminē de sua rebellione posse gloriari. Et qm nouum erat
eius regnum: ex senatu populoz Romano multos elegit:
quos loco obsidū habere cōstituit. Urbi aūt Romane quē-
dam ex proceribus suis Ludurim pfecit: eiz delectoz mili-
tū quatuoz milia reliquit quib⁹ Romā custodiret. Ipse ẏo
cū reliquo exercitu Rauennā petere cōtendit: quo regnum
magis stabiliret. Eo quū peruenisset Amalasiūte filiā Theo
dozici neptē q̄ a Theodato captiua tenebatur: in matrimo-
nium sibi iunxit: vt regio sanguine dominationem honesta
ret. Gothozum aūt copias vndecuz vocare parareq nō de-
stitit: armaz z equos inter suos: ceteraq̄z que ad bellum pe
tinēt puidere. Quūq Uitiges rex Gothozum magnā Go
thozum multitudinem circa Padū z Licinum cōmorari sci
ret: ac ceterā dicte gētis partē per Galliā cisalpinā esse: eam
ad se cōtrahere festinauit. Sed ad hanc cōtrahendam gētis Franco
Francozū sibi est obiecta formido. Franci enim tēpore illo rū dñiū
vsq ad alpes dominiū suū extēderāt. Cisalpinā vero Gothi vsqz ad
possidebāt: nec sane inter se amici: sed suspecti magisz dis- alpes.
cordes habebant⁹. Et irritatos insuper Frācos a Justino
imperatoze constabat suadente vt aduersus Gothos arma
capescerent. Ob hanc suspitionem Uitiges ad Francos ora
toribus destinatis: delere suspitionem ab ea parte studuit.
Quod tandē obtinuit federe cū illis inito: z amicitia cōtra-
cta. Bellisarius aūt refecto ornatoz exercitu Romam pe-
tere constituit. Jtaz relicta Neapoli Herodiano cum presi-
dio militū. Cumisz alio presidio impositro: ipse cum cetero
exercitu Romam petijt: factus per quendam fidelem cert⁹
q̄ populus Romanus exercitui imperatoris nequaq̄ por-
tas esset clausurus. Unde Gothi conterriti ac populi volun
tatem inspicentes: sponte sua omnes abire statuerunt pre-
ter Ludurim prefectum: qui pudore ductus perire maluit
quam vrbem fidei sue creditam deserere. Romam igitur
Gothis abeuntibus/securitatem nacti sunt. Euenitz vt ea-
dem die eademz hora Gothi porta Flaminea vrbem egre-
derentur. Bellisarius autem Celimontana: que porta Asina
ria dicitur: romam intraret. Quum autem Bellisarius ma-
xima cum letitia populi intra vrbem esset receptus: senatū
ac populū que oportebat alloquutus: summam post hec di-
ligentiā adhibuit in parandis menibus ac vrbe muniēda:
z non solum menia pcurauit: sed z propugnacula idoneis
locis cōstruxit: z fossas z aggeres menibus adiunxit. Fru-
menti maximā quātitatē nauibus importandam: z publicis
horreis seuādā prouidit. Nec tamen interea segnis sed per
prefectos suos Constantinum et Bessam in hoc tempore
Narniaz/ Spoletum/z Perusiam/occupantibus sese ciuibus
suscepit. Pugnatū est etiā nō pcul ab vrbe Perusia contra
Gothos. Nam Uitiges rex Gothozum statim vt defectionē
Perusinoz persensit: Umilā z Pissam cum exercitu in Tu-
scos misit: q̄ ceteras vrbes in federe continerēt: atz ea q̄ iā
defecerāt oppida recuperarēt. Erat aūt Perusie Constanti-
nus Bellisarij prefect⁹: copiasz oēs eo cōtraxit: preter pau-
cos Spoleti relictos. Quūz Gothozū copie appropinqua-
rēt: z sub ipsis prope menibus Perusie essent: egressus Con
stantinus acie structa z ad dimicādū paratus Gothos inua- Gothi
sit. Cōmittiſ ingēs prelū: z magnis viribus vtrinz certa- profli
tur. Et post lōgū certamē/superari ad extremum Gothi in gātur.
fugam vertunt. Fit eoz magna cedes. Multi capiuntur.
Inter quos Umila z Pissa duces copiaz capti fuerunt: z Ro
mā ad Bellisariū missi. Uitiges igiſ cum propter defectio-
nem vrbiū hanc cladem accepisset: nō vltra differendum ra
tus: cum toto penitus Gothozū roboze in bellum descēde
re constituit. Jtaz z Rauēna se mouēs/Romā exercitus du
xit: habens secū ducentamilia hoim. plurimosz inter eos lo
ricatos equites. quos cataphractos vocant. Cum his omni-
bus copijs ita Romā petebat: vt nihil magis vereri videre-
tur q̄ ne Bellisarius expectaret. Quare nec ad perusiam:
nec ad Spoletū: nec ad narniam cōstitit: nec bello in his im
plicari voluit: sed Romā petere festinauit. Bellisarius aūt
quum tantam belli molem in se ꝓuerti sentiret: Constanti-
num z Bessam cum ijs copijs quas habebant/ad se propere
redire iussit. Constantinus dicto parēs cōfestim ex Tuscis
Romam venit. Bessas qui erat Narnie tardius recessit: vt
etiā cū primis Gothozū excursorib⁹ implicaretur. Uitiges
igitur proximū Narnie iter faciebat. quo quū primi gote
cursores peruenissent: regressus vrbe Narnia Bessas eos in
uasit: z agmina quedam eorum in fugam ꝓuertit: multoſz
occidit. Sed quū maiori numero ꝓmeret: in vrbem sese Nar
niā recepit. Mozz inde Romā properās ex visu denuntia-
uit Gothos adesse. Quumz Gothi Romam appropinqua-

rent:ad Anienē fluuiū ꝓstiterūt.Nā bellisarius pōtē super eo amne ex vtraq; ripa turribus castrisq; munierat:ac militū ꝓsidio custodiri iusserat. Itaq; Gothi primo aduentu transire nequeuntes/trās amnē castra posuerūt.Sꝫ nocte sequenti/milites q̄ in ꝓsidio pōtis erāt multitudine ac ferocitate barbarorū cōterriti:turres ac munimenta pontis deseruerūt. Clamoq; fuga arreptā in Cāpaniam abierūt:penā Bellisarij formidantes. Postridie autē Bellisarij mille equitibus assumptis ad ea loca ꝓfect⁹ est:quibus t sitū regionis:t quid agerent hostes specularet:et simul idoneum locum castris suis deligeret. Proficiscenti autē quū ꝓpe amnē esset.equites Gothorū ꝓcter expectationem sibi obuiā venerunt.Gothi em̄ paulo ante munimenta pōtis destituta sentientes:claustra portasq; fregerāt. Jāq; trāsgressa erat multitudo eorū magna:que Bellisario hoc̄ ignoranti quū repente obuia venisset:ex insperato pugnare cōpellit. Et ab initio quidē ducis munera tantūmodo Bellisarius obibat iubēs t adhortans:t quid agendū esset ostendens. Quū vero sui magis ac magis ab hostibus premerent:t̄c necessitate cogente non amplius ducis officium sed militis exercebat. Aduolās quidē inter primos pugnatores:manu t viribus strenue rem gerebat:quo quidem die plurimum ipse periculū subijt ex huius causa. Erat Bellisario equus insignis:quo plurimū vtebat. Quum igit̄ ex eo pugnaret equo et in primis pugnatoribus versaret:trāsfuge quidā eum noscitantes clamore significarūt:vt valā ideſt equum illius ferirent. Ex quo factū est:vt tota pugna in vnū Bellisariū cōuerteret. Qō nisi circa eū egregia familiariū manus se cōglobasset:ac impetus irruentiū in eū hostiū excepisset:corporibusq; t armis equū et Bellisariū inter mille telorum ict⁹ protexisset:euadere nō potuisset. Tunc autem egregie defensus est:tū virtute ꝓpria quū peritissime dimicaret:tū amicorū et familiariū auxilio:q̄ incredibili amore circa illū versabantur. In hoc loco multi atq; optimi ex Bellisarij familiaribus ceciderunt:t precipue Alexentius. Ad extremū vero sese cohortātes q̄ cū Bellisario erant:impetu facto hostes in fugam verterūt:t vsq; ad pontē persequuti sunt. Pedites ꝯo qui ꝓ pōte stabant prelū excipientes:facile Bellisariū et suos repulerunt. Tandē quū multi pugnantes vtrinq; cecidissent:effuso cursu Romam petere coguntur. Fuga fuit ad eā portā quā Prīcianam vulgo appellant. Gothi vsq; ad illā portam Bellisariū ꝓsequuti sunt vt de muris vbis ferirētur. Futq; in eo loco tumultus ingens. Romani enim qui in muris stabāt:veriti ꝓpinquitatem hostiū:portas aperire nolebant.vñ Bellisarius iterū fugatis hostibus t plane iam cognitus:nam sol occiderat. ipsos intra vbē redurit. Pugna huius diei longe maxima ac varia fuit. Ceptū est em̄ pugnare populo post solis ortū. desitū iam tenebris terram occupantibus. Optimusq; pugnator iudicio oīum Bellisarius estimatus est ea die:inter Gothos autē Uisandus. Quinq; in vbē reduxisset Bellisarius suos milites:p menia Romanos milites vigilias agere nocte illa iussit. Gothi vero aliquantulum nocte commorati circa menia:in castra regis que inter vbem et Anienes erant:reuersi sunt. Gothi vero postridie quū nemo in bellū egrederet:ad obsidionē separauerunt:t castra circa vbem fer in locis posuerunt:a Flaminea via vsq; ad Prenestinā. Quis castris quinq; porte obsidebantur vbis. Addiderunt postea septima castra vltra pontem Milluium. Hec vltima portam Aurelij obsidebant:t impediebant vias que trans Tyberim ferunt. Castra autē ipsa vallo et fossa ac ligneis turribus munierunt:t tas circa q̄ vltra Tyberim possidentes:omnia crebris incursionibus peruadebant.

Bellisarij Gothos ꝓlium.

§.III. Bellisarius autez cōtra

ꝓ defensione vbis hec prouidit. Pincianam portam que contra Gothorum maiora castra maxime erat oppositā:et hinc proximam a dextra manu Salariam:t quicquid circa illas mari est ipse sibi Bellisarius tuendas assumpsit. Prenestinā vero portā Besse commisit. Flaminea vero que est a sinistra Pincianē:Constantino attribuit. cereris portis alios prefecit. Gothi vero profecti circa vbes aqueductus oēs interruperūt. Erant ij.xiij. mirabili opere confecti per quos aqua in vbem ferebat. Ex hoc vero interruptione non tantum aquarū incōmoda nocebant Romanis:quantū ꝓsti no defectus. Ex illis enim aqueductibus magna cōmoditas molendi Romanis afferebat:qui tunc interrupti obsessis magnas difficultates molendi afferebant. Sed Bellisarius aduersus hec incōmoda in hunc modum remedia excogitans prouidit:vt scz bini lambi.i.nauicule parue paruo inter se distantes spatio tignis coniunctis molas in medio cōtinerent.q̄ rapido fluminis cursu faciliter voluebantur. Funes vero ab vtraq; ripa quā maxie intenti lembos hinc inde sustentabant. Hinc inde lembos secus pōtē:qui primus trans Tyberim fert:collocauit:Catene in flumine ad ipsum pontem obiecte omnem materiā excipiebāt. Aquarum aūt incōmoda Tyberis sustētabat. Bellisarij per menia instrumenta belli multiplicia ad feriendū t repellendū hostes solicitissime prouidebat. Et Gothi ad expugnationē vbis instrumēta varia/machinas/arietes/t turres ligneas pari menibus altitudine:ac scalarum pregrandem numerū parauerunt. Et Uitiges rex eorum agmina quotidie distribuebat:t quid agere quēq; volebat prescribebat. Bellisarius ante portam cū electissimis militum quotidie perstabat. Quotidie ergo varijs victorijs ab vtroq; pugnabatur. Gothi autem quum tempus rei gerende visum est:egressi ex insidijs repente ad molē Hadriani inuadendam conuolarunt:scalisq; admotis primum ambitum:q̄ figura quadrata molē cingit repentino impetu ceperunt. Hec moles sepulchrum Hadriani imperatoris fuit:eximio ac magnifico opere confectum. Constat autem ex marmore pario summa artificū diligētia edificatū. In medio vero huius quadrati rotunda moles surgit:excelsa quidā altitudine vero tanta:vt in suprema eius parte area sit:habet vero pontem super Tyberim amnem:qui ab ipsa mole ad aliam ripam extenditur. Bellisarius autem ipsam vt arcem t propugnaculum quoddam militibus suis custodiendā prouiderat:t eius curam Constantino mandauerat. Gothi ergo capto inferiori ambitu:molē ipsam expugnare nitebant. Milites autem de superiori parte repugnantes:quo magis repellerent hostes per saxa hoc effecerunt:vt statuas que erant in suprema parte molis illius / hominum/equorū/t quadrigarum excellenti artificio opere confecte:partim integras:partim cōfractas precipitauerint in hostes deijcientes. Constantinus quoq; repente succurrens repulsis hostibus militibus suis animū addidit. Et per hunc modū Hadriani moles seruata est:que hodie dicit castrum sancti angeli. Exinde Uitiges rex ad Prenestinam portā cū multitudine Gothorum expugnandam accessit:quam tū Bellisarius cū suis t si difficultate defendit. Ceciderunt in his prelijs ex Gothis ad tria milia. Durante autē obsidione Romani t si Bellisarij virtutes admirabant:tū querela eorum aduersus ipsum erat:q̄ contra tantas Gothorum vires exiguis ipse copijs conciato bello Romam in presentes difficultates tenuisset. Bellisarius Romanorum intelligens querelas:t si alias hec eadem Justiniano significaueret:tū tunc maiorem in modum commotus vehementius ad Justinianum imperatorē scripsit:vbis Rome obsidionē ostendens:ac hostium multitudinem t suorum paucitatem sibiq; tantūmodo ad quinq; milia militū restare:obsidere aūt a Gothis.cc.milium exercitu. Romanos vero horum periculorū insuetos:obsidionem nequaq; tolerantes:quantum vero ad se attinet vitas imperatori Justiniano deuouisse. Ceterum videndum esse quid ea res honoris vel infamie illi sit allatura. His literis Justinianus acceptis valde commotus est:ac statim copias quasdam iam paratas in Italiam nauigare iussit:t maiores alias parare constituit. Preerāt aūt ijs copijs paratis Valerianus t Martinus. Eaq; hyeme per Etholiam t Arcananiam hyemarunt. Romanos hec significata in spem continuerunt. Interea Asinarius t Uligasalus Gothorum duces dum hec Rome geruntur:quos in Dalmaciam Uitiges rex miserat cū exercitu:classemq; illis dederat:coniunctis sibi maximis barbarorū copijs Salonas mari terraq; obsederunt. Constātianus em̄ qui pro Justiniano imperatore ibi erat:impar tātis hostiū copijs munita prius affatim vbe obsidionē tolerabat. Nonnunq; etiā ex vbe egressus magna dāna Gothis terra mariq; inferebat. Uitiges autez rex Gothorum:q̄m expugnatio prius tētata turpiter ei successerat:inquietior inde facr⁹:cuncta rimari nō destitit:quib⁹ obsessos Romanos q̄ maxime affligeret. Portus erat iuxta mare a dextra fluminis Tyberis ripa:super eo vbs valido muro cincta:eo loco naues t cuncta que mari feruntur: deponebātur. Inde rursus terra vel fluuio Romam portabantur. Uitiges igitur magnis suorū copijs repente t inopinate/missis vbē Portuensem cepit:oppidanis contra subitas Gothorum vim nequaq; satis ad resistendū paratis. Et huiusmodi occupatione vbis magne confestim difficultates Rome creuerunt:frumenti ceterarūq; rerum que vsui sunt importandarū facultate sublata. nam Gothi ibi relicti oppidum ac fauces Tyberis custodiebāt:ne quid inde asporari valeret. Deinde predict⁹ rex Uitiges mille ciues Romanos:quos prīdem Rauennā secū obsides duxerat:interfecit:preter paucos qui cognita eius ira fugerūt in Galliā. Bellisarius vero annone defectu timens Romanis ciuibus edixit:vt filios et vxores t omnem inutilem bello turbam Neapolim mitterent. Idemque milites suos facere coegit.

Aquaꝝ dict⁹ a Gothis rupti.

Moles Hadriani.

Moles Hadriani hodie dicitur castrum sancti angeli.

Romani

ducibus per hocipsum tempus diuersa penitꝰ erat cōditio. Nā t duces ipsi neq; abstinētes erāt: t milites in oēm licentiam traducti a nullo se malificio temperabant. Necquicq; miseri' per illa tēpora in Italia q̄ populi q̄ imperatori parebant. Quum extra menia quidem ab hostibꝰ: intra menia vero a militibꝰ diriperent. Duces esset munitas tenentes arces: nihil de subiectorū iniurijs curabant. Justinianus igitur ob hec flagitia coactus: quum indies magis ac magis desperatio sequeret: iterato in Bellisariū mētem animūq; conuertit. Nā ceteri quidē duces nedum perdita recuperare: sed nec illa ipsa que tenebāt: diutius tueri posse videbantur. His igit̄ de causis Bellisari' ad curā Italici belli rursus delectus est. Quūq; hoc medio tempore bellum aduersus Medos gessisset: necdum plane finitum esset bellum: et milites nouos scribere opus esset, nā veterē exercitū circa Eufratem reliquerat. Thraciā totaq; circūueniens Bellisarius: pecuniasq; abūde largitus: volūtariorum ad quatuor milia cōgregauit militū. Quibus classi impositis: vna cum Uitale prefecto Illirici: qui' nuper ex Italia venerat: nauigauit. traiectoq; demum Ionio mari Salonis applicuit. In hoc ipso itinere Hydruntum Calabrie oppidum Gothorum obsidione liberauit. Deinde Polam nauigauit: t tandem cum tota classe Rauennam peruenit: in eius aduētu deteriora oīa opinione sua per Italiam reperit. Hostes enim vbiq; preualere: ac optima spe esse videbantur. Amici vero vbiq; per Italiā fracti ac in desperationē adducti: ciuitates quidem t populi ob iniurias militū: milites aūt ipsi q̄ multa sibi deberent ab imperatore t stipēdia nulla soluebantur contumaces t aduersi: nec parere ducibus nec exire in expeditionē volebāt. Erantq; ad exiguū numerū redacti: aduētus q̄q; Bellisarij desperationē auxit. Licet esset optimus dux t sine cōtrouersia precipuus haberetur: tū cōtēnendas admodum copias adduxerat tyronū quatuor milia: pecunias vero nullas q̄ militibus darentur. Itaq; concionantem Rauenne denicq; ad capessendum bellum nec oppidani leto aio audierāt: neq; letitie nec spei bone significatiōes vllas reddiderunt. Denicq; Bellisarium ipsum' q̄ in Italiam venisset penitere cepit: maxime quus Totila maiores copias haberet t sibi parentes: t Tybur suscepisset. Imminet autē Tybur Rome: nec plus ab ea distat q̄ sedecim milibꝰ passuum. Tandē vero Joanne Uitaliani ad Justinianū omisso cōditionē Italie per eū demōstrauit: t simul literas scripsit hūc effectum cōtinentes. Admisisti me in Italiaz optime imperatorꝰ virorumz t equorum t pecuniarum inopē: qō t anteq̄ a te discederē: sepius ostēdi t obtestat' sum. Sed iussui tuo nō parere nefas erat. Thraces esset t Illyricos milites per paucos: t eosipsos tyrones bellorūq; inexpertos: necarma quidem tenere scientes nobiscū ducere coacti sumus. Veterani aūt quos p Italiā reperim' victi iā ante q̄busdaz prelijs Gothos victores ira formidant: vt vix eorū aspectum ferre possint. Stipendijsq; diu fraudati: nec equos nec arma nuper amissa reparare potuerunt. Nec in expeditione sine his ire cōsentiunt: nec alicubi rante sunt copie: vt cū hostilibꝰ copijs cōgredi sine manifesta pernicie valeant. Nam maxima eorū pars qui in Italia tuo nose militabāt: ob ea q̄ memoramus incōmoda: sponte sua ad hostes transierunt. Pecuniarum autē reditus nulla ab Italia spes est nobis prouenturos esse: quū sit ab hostibus magna ex parte occupata: t ea que restat pars adeo attenuata bello atq; conflicta vt tributa nullo modo soluere queat. Si igit̄ satis fuit Bellisarium in Italiā misisse: optime a te prouisum est: sum esset in Italia. Oō si hostes superare vis: talia sunt a te prouidenda. Nāoux belli sine his q̄ opportuna sunt, pficere nil valet. Copias igitur potissimum meorū militū huc mittas oportet. Deinde Hunnorū acceterorū barbarorū multitudinem ingentē. Illud insuper a te necessariū, quidendū est: vt pecunie adsint: nā sine his in bello nihil opportune fieri pōt. Hec tunc a Bellisario scripta sunt. Joānes igit̄ cū his mandatis ad Justinianū profectus: t quodā tpe cōmoratus nil nisi tarde atq; anxie proficiebat. Totila inter hec Firmuz t Asculū q̄ nemo obsessis auxilium ferebat: pactione recepit: deinde pfectus ex Picentibꝰ in Umbros Asisiū t Spoletum obsidens intra paucos dies accepit. Deinde Perusiam exercitum Totila duxit. Preerat aūt Perusie Cyprianus Justiniani dux: quē quū Totila p Ulianuz armigerum suū pecunia corruptū interfici fecisset: milites tū post mortem Cypriani Ulianum persequuti vbē egregie defendebant. Itaq; diutius Totila commorari nolens soluta Perusie obsidione Romam petere contendit.

Litere Bellisarij ad iustinianum.

Cyprianus occidit

§. III. Interea quū rex Totila

sanctuz virum dei Benedictū spīm pphetie habere audiuisset: ad eius monasterium pergens paulo longius substitit. Eiq; se venturuz nunciauit. Cui protinus mandatū de monasterio quū fuisset vt veniret: ipse sicut perfide mentis sue fuit: an vir dei spīm pphetie haberet explorare conatus est. Quidā essi spatarius ei' Rigo dicebatur. Cui et calciamēta prebuit t indui eū regalibꝰ vestibꝰ fecit. Quē in persona sua ad monasteriū ire precepit. In cuius obsequiū tres qui sibi pre cereris adherere cōsueuerāt: comites misit: vt anteruī dei oculos regē Totilā simulātes ei' lateri obambularent. Sic ergo Rigonē regijs vestibus et obsequijs decoratum quū vir dei eminus venientē conspexisset: clamauit dicens. Fili depone hoc q̄ portas: nō essi tuū. Qui Rigo protinus in terrā cecidit expauescēs. Oēsq; q̄ cū cū eo venerant in terrā cōsternati cecidere: t surgentes ad virū dei appropinquare minime presumpserunt: sed ad suū regē reuersi nunciauerunt in quanta velocitate deprehensi sunt. Tūc per se Totila ad eū accessit vt scribit Grego. in. ij. dialogorum hec narrans. Et quum longe sedentē cerneret: non ausus accedere sese in terrā dedit. Cui quum vir dei bis tercz diceret. Surge et ipse ante eum erigi non auderet: Benedictus Jesu christi famulus dignatus est per se prostratuz regem de terra leuare. Qui eum de suis actibus increpauit: acq; in paucis sermonibus cuncta que ei erāt euētura prenunciauit dicēs. Multa mala facis. Multa fecisti: iamq; ab iniquitate cōpescere. Tu quidē Romā ingressurus es: mare transiturus: nouem annis regnabis: decimo morieris. Quibus rex territus auditis oratione petita recessit: et ex illo iam tēpore minus crudelis fuit. Postq; autem Totila a sancto viro discessit: Romā quū peruenisset opportunis locis circūdedit: nō tū agricolis molestus. Nam toto hoc bello Totila rusticos et agricolas offendi a suis militibus nō permisit Bellisarius aūt Rome pro presidio cōstituit Besson et Cononem et Atrasirā genere Persam: et Barbationem Thracem. Qui cum militibus Romam contra Gothos egressi primis in fugā versis: tandem circumuēti a Gothorum multitudine: maiori parte militū omissa vix in vrbem refugerunt. Et eo tēpore etiā fames sequuta est: t neq; marī quicq; neq; terra: qm̄ classis diudum in obsidione parata erat: poterat importari. Fecit etiā super Tyberim pontem cum turri lignea ex vtraq; ripa fluminis: sicq; transitus custodiebatur. Vigilius inter hec pontifex Romanus tunc in Scicilia degens: cum fame premi populum Romanum cognouisset magnam quantitem frumenti nauibus imposita Romā mittebat. Gothi autē id scientes: quum iam appropinquarēt naues: in portuz pruenunt: t post turres editibus capiuntur oēs cum summa desperatione populi Romani: qui ab expectatione hui' frumenti tot' pēdebat. Pelagius quidā diaconus p idem tēpus Rome erat: q̄ in hac difficultate fame permulta ac maxima pietatis opera in plebem Romanam dederat: pecunias erogando ac succurrendo indigentie singulorū: ob quā liberalitatē nomē eius magnum prius etiā clarū factū est. Adhuc igitur Romani conuenerūt postulantq; ab eo simpliciter vt pro salute populi Romani legatus ad Totilā proficiscatur: paucorū dierum inducias petiturus: quibus diebus nisi auxilium superueniat deditionē vrbis promiserat. Pelagius autem qm̄ id ne diaconi' cesse erat: populo paret. In castra ad Totilā cum his mandatis accedit. Totila hoc ipsum forze coniectura supicatus. laz ex transfugis essi difficultatē obsessorū extremaz cognouerat venientē ad se Pelagium honorifice suscepit. Sed aūq; Pelagius mandata exponeret: preueniens ipse longa et acerba

Cyprianus

Miraculis fcti

Diui benedicti

Totila Romaz obsidet

pelagi' diacon' ad Totilā legatur.

cerba oratione contra Romanos inuectus est: videlicet beneficia Theodorici in Romanos exprobrans: ac perfidiam Romanorum in Gothos redarguens: ad extremum concluſit nullam esse colloquij vel pactionis viam: niſi euersis menibus seſe ac ſua in arbitriū & poteſtatē Gothorum permittant: eas paſſuri leges quas victor tradidiſſet. Hanc acerbitatem contumeliāq; orationis Pelagius audiens: non vltra cū eo inſiſtendū ratus. Oſſ inquit tu Totila vocem legati audire nō ſuſtinuiſti: ſed anticipās preſcidiſti oēm viā colloquij: ad deū cōfugim⁹ qui ſoler ſuperbas ac ſupra modum elatas mentes hoīm iudicio ſuo deprimere. Hec fatus eueſtigio in vrbem reuertitur. Romani autē Pelagium re infecta rediſſe cernentes: quid agerent: aut quo ſe verterēt ignorabant. Hinc enim fames intolerabilis eos premebat illinc Totile Gothorumq; crudelitas ante oculos verſabatur: potiuſq; inedia mori: q̄ in ſeuiſſimas Gothorum manus deuenire ſtatuebāt. Totila dum ſic Romā obſideret: aliū exercitum miſit Placentiā caperēt. Ea ſola ex illius regionis ciuitatibus Juſtiniani permanebat in partibus Belliſarius autem quū de periculo vrbis Rome plurimum ſolicitus eſſet: et de Rauenna opem ferre non valeret: alia via opem ferre conſtituit. Itaq; Juſtino cum manu militū Rauenne relicto: ipſe per Dalmatiam Dyrrachium profectus eſt: vbi vēturas ab imperatore copias expectabat. Juſtinianus imperator inter hec Joannem cum exercitu ad Belliſarium miſit: non tū cū magnis copijs: ſed matores parabat vere proximo trāſmittere. Cuius rei gra Narſetē cubiculariū ad Herulos miſerat: & ad certas barbaras nationes circa Jſtrum incolentes. Quū ergo Dyrrachij copie peruenissent Belliſarius & Joānes de bello gerēdo conſultantes in hanc ſententiā conuenerunt: vt populi Romani neceſſitatibus ſubueniret: vū Belliſari⁹ cū claſſe e Dyrrachio p̄fect⁹ Hydruntū peuenit. Gothi autē Hydruntū obſidentes dimiſerūt obſidionē fugientes ante Belliſariū & Brunduſij ſe tutantes. Audiens Totila Belliſarij aduentum obuiam ſe ei p̄ficiſci parabat: ſed Belliſarius iter mari accipiens ad portus Romanū peruenit. Cuius aduentū Romani quum audiſſent: meliori ſpe omnes difficultates tolerabant.

§.IIII. Joānes autem poſt diſceſſum Belliſarij ex Dyrrachio traiecto freto Gothos nihil tale ſuſpicātes inuaſit: multaq; cede in fugaz conuerſos p̄ſequut⁹ Brunduſiū cepit. Cōciliatiſq; ſibi Calabrie populis & ad beneuolentiā Juſtiniani traductis: e Brunduſio ad vrbē Lanuſiū peuenit. Idq; oppidū in prātem ſuam redegit.

Gothi ab Joāne p̄ſiguntur.

Nō lōge a Lanuſio vicus eſt Cāne: in quo illud memorabile p̄lio inter Annibalē & Romanos fuiſſe phibet. Deinde omiſſa ad Belliſarium profectione: Joannes in Brutios et Lucanos cuz exercitu iter conuertit: & Ricomundū Gothorum p̄fectū primo impetu profligauit: ceſaq; magna parte copiarū: reliquos vna cū duce in deditionez accepit. Ex hoc iam Lucani & Brutij oēs a Gothis deficientes: imperatorias ſequuti ſunt partes. Interea Belliſarius aſſidue expectans incredibili dolore conficiebatur: damnabatq; Joannis ignauiam: cogitationemq; eius Romam petendi abiecerat. Timens igitur Belliſarius ne Romani obſeſſi deſtitutos ſe putent: ac ob deſperationē ſiniſtrum aliq̄d molianē ſtatuit per Tyberim auxiliū ferre. Nā p terrā nō tantas copias habebat: vt cōgredi aduerſus hoſtes valeret. Flumen & ingenū ſpem ſibi afferebāt p aquā ad vrbem peruadendi. Hac igitur cogitatione inſurgens: ducentas naues parauit q̄s curſarias vocant: he ſunt naues menia vndecūq; lignea hōſtes: opportunis locis perforata ad ſagittas & cetera tela in hoſtes emittēda. Structa ergo parataq; claſſe militū ipe vnā illarū curſariū nauiū ingreſſus/princeps ducebat: cetere ſequebanē. Ibat vna. i. ſimul & pedeſtris exercitus iuxta ripā illā qua port⁹ erat. Miſerat q̄z Belliſarius Romaz ad Baſſam vt eruptione per id tp̄s facta hoſtes q̄ maxime expaueſceret. Sed Baſſas neq; hocneq; q̄cq; aliud opportunū illa obſidiōe peregit. Quūq; prope pontē quē fecerat Totila ſuper Tyberim: lōge trū ab vrbe (vt ſupra dictū eſt) peruenisſet claſſis: cū Belliſario ibi pugna duriſſima orta eſt cōnātib⁹ Gothis pontē defendere: & militib⁹ Belliſarij pōtez vincere. Quū aūt rates in quib⁹ turris erat: Belliſari⁹ ad turrim pōtis i q̄ erat Gothi bellātes appropinquare feciſſet picē & ſulphur ſuccēſum fecit, Belliſari⁹ in turrim pōtis de ſuperiori loco immittere: vū cremata eſt cū Gothis ducētis qui in ea erāt. Sicq; Gothis terga vertentibus/pontē cepe runt: quē confeſtim inciderūt cū tota claſſe Romā p̄fecturi cum frumentis & aliis neceſſarijs. Sed occulto dei iudicio diſponente ob demerita eorum impedimentum non ab hoſtibus: ſed a ſuis coortū mirabili caſu oīa peruertit. Oſtiaq; namq; vrbem tenebant Gothiq; in ſiniſtra Tyberis ripa iuxta mare. Portus autem in dextra. Quum igitur Belliſarius cum claſſe proficiſceretur: vxorem & res ſuas in vrbe Portuenſi reliquit: p̄fectiq; oppido Iſaacē virū ſtrenuū & fidelē cū ſatis grandi militū preſidio: iubens & obteſtans ne quocunq; caſu ex oppido diſcederet: ſed ibi conſiſtēs oppidum tueretur. Quumq; turres hoſtiū Belliſari⁹ incēdiſſet: vt dictū eſt: volāt cōtinuo nūcij ad portuēſem vrbē: victoriam magnā etiā gradi⁹ extollūt. Quib⁹ nūcijs Iſaaces letitia exultans: & ſeſe animo extollēs quaſi veſanus quondam preceptorum Belliſarij oblitus/ milites arma capere iubet: ardoreq; & impetu delat⁹ ad inuadendū ſtationē hoſtium q̄ erat in alia ripa non procul ab Oſtia: cucurrit: inuadit ſubito Gothos: ac primo impetu pellit. Sed hoſtes paulo poſt ſe colligentes & ſeſe cohortantes aduerſus Iſaacem redierunt: ceſaq; magna parte militū qui cum eo erāt ipm diſcuſſa eius veſania receperunt. His iraq; geſtis: quidam celeriter Belliſario retulerunt Iſaacē captū. Quo nuncio perculſus Belliſarius/ nil vltra percunctatus eſt: nec vbi nec quando: ſed ita accepit quaſi hoſtes portum cepiſſent: vxorem ac oīa haberent in manibus. Itaq; tantoq; dolore ſtatim affectus eſt: vt loqui nonvaleret. Retroq; conuerſus claſſem ac milites curſim reduxit certiſſimo propoſito vel oppidum recuperandi rebus adhuc recentibus: nec ab hoſtibus ſtabilitis: vel in prelio moriendi. Per hunc modum Belliſario iam parata victoria deſerta eſt ab eo. Quū autē ad portum peruenisſet: ſaluū eſſe oppidū ac errore ſe deceptum fuiſſe cognouit: tātāq; dolorē ex hoc ſuſcepit: vt egritudine correptus iaceret: ſequutaq; ſubinde febris lōgo ac periculoſo morbo eum detinuit. Iſaaces autem tantorum malorum cauſa/iuſſu Totile in vinculis occiditur ob vindictam Roderici p̄fecti p̄ſidij qui ex vulnere in prelio ſuſcepto deceſſerat. Et oīno Totila humanitatez illam quam ab initio regni oſtenderat: in ſuperbiam crudelitatemq; cōuertit: ſiue ſucceſſu proſperitatis: ſiue q̄ victa ab initio virtus diu ſimulari non potuit. De populo autem Romano ſic acerbe loquebatur: vt vel hic terror cauſa fuerit pertinaci⁹ famez tolerandi: que tanta fuit vt equorum/aſinorū/& mulorum carnes pro deliciis per id tempus Rome eſſent. Canes & mures & huiuſmodi quidā edebant. herbas oīs generis etiaz quas pecudes nō cōtingunt: radicib⁹ herbarum & corticib⁹ arborū veſcebanē: ſed quum audirēt Romani que Belliſario acciderant: et de auxilio deſperarent: in lachrymas conuerſi: alij ſponte ſuam vitam finiebant: alij latitantes per noctem ſtationem hoſtium fallere nitebantur: multos inter parietes proprios inedia necauit.

Belliſari⁹ febre laborat

Dira fames in Romanos graſſat

§.V. De captione vrbis a Totila. In his ergo calamitatib⁹ quū eēt Roma quarto Jſauri de pdenda vrbe conſiliū interūt. Ibi cuſtodiā agebant ad Lelimontanaz portā: quā vulgo aſinariā vocāt: & ſunt p̄ocrē a menib⁹ demiſſo per eū deſcendunt. Totilāq; adeuntes pdere ſibi vrbē pollicent. Qui ad hoc hortat⁹ eſt eos multa ipſis pollicit⁹. Miſſi ergo a Totila milites ab Jſauris recepti ſunt menibus: mox inde ad portam deſcendentes/ ſecuribus freti portas aperuerunt. Totila per hunc modū vrbē ingreſſus exercitū ad portā cōtinuit die expectans. Clamor ſubito ab ea parte exortus/hoſtes intra menia eſſe ſignificauit. Abibant fugientiū agmina per alias portas oppoſitas ingreſſui eorū. Multi etiā ex nobilitate & plebe ad eccleſias confugerunt. Gothi igit facto die/per totā vrbē diſcurrunt: & quoſcunq; inuenerūt ciuiū ſine vllo delectu interfecerunt. Totila vero ipſe a Laterano ſe monēs ad eccleſiam beati Petri quaſi votū exoluturus: iter faciebat per vrbem ſtipatis cateruis hoīm ferociſſimorū nudis gladijs ac ſanguine plenis: quoſcunq; obuios ſine vlla diſtinctione occidebant. Quū aūt ad beati Petri limina peruenisſet: Pelagius diacon⁹ p̄ſentiā ei⁹ formidās: ſolēni religionis habitu indutus: euangelia chriſti tenēs in manib⁹: ac genua ſub mittens. Parce inquit rex/ſuplicibus tuis. Totila autem ſuperbo' nimis aſpectu quaſi dedignatus. Nunc inquit) Pelagi mihi ſupplicaturus venis. Ad hoc Pelagius. Nunc/ inquit quando deus te mihi eſſe dñm voluit: miſerere igitur dñe ſeruorum tuorum. Ex hoc Totila iam quaſi lenita ira p̄cepit vt nemo poſt hac feriretur: et finis eſſet licētie gladiorū & cedibus. Precepit etiā vt nulla ingenua femina ſeu virgo ſeu nupta ſeu vidua foret violare. Idq; ſeuere cuſtodiuit. Bona dumtaxat Romanorū ciuiū in predā libere conceſſit: corpora libera eſſe voluit. Volens autem Totila Gothorum mentes victoria elatas deprimere: in concionem postridie vocatos in hunc modum alloquutus eſt eos. An quiſq; veſtrum commilitones tantas mutationes intuens quante per hos annos cōtigerunt/non formidet rerū humanarum fragilitatem: & vū mutationes iſte peruenant non coi.

Gothi a Belliſario victi

Totile ad ſuos et pplm Romanum cō

facile deprehēdat. Omitto Romā quondā domitricē orbis terrarū in vestras manus nūc deuenisse: nec eē antiquiora sunt. Ruinaq; huius vrbis non nunc primum incepit. Ego vestra cōmemorare malo. Quid potētius apud hoc bellum fuit q̄ Gothorū gens per Italiā: ducenta millia bellatorum ponebat in cāpo: armis/equis/opibus/auro/t argento structa. Italiā vniuersam cū Sicilia/Corsica/Sardinia/Dalmatia possidebat. Hanc tantam potentiam quis vnq̄ putasset septē milib⁹ Grecorū (nec eē plures in Italiā ab initio intrauerunt) fuisse subuersam: Cenentib⁹ autē ota Grecis ac plane dñantibus quis vnq̄ putasset vos admodum paucos t inopes aduersus .xx. milia Grecorū Italiam recuperasse: quū ab initio vix quatuor milia equitū: p̄ficeretis: ac p̄ter Papiā Veronā t Tarusiū/nihil per Italiaz teneretis: Romā nūc tandē caput rerū cepisse: quā Vitiges ducētorū miliuz exercitu t annua obsidione subigere nequiuit: Maxima sunt hec cōmilitones: ac digna admiratione non parua. Atq; cōmutationum istarū cause si attēdere velimus manifestissime sunt. Quamdiu eē Gothi inter se iustitiam et equitatē colere voluerūt: res eorū ac potētia floruit. Quuz vero plus habēdi cupiditas trāsuersos egit: tunc seditiones domestice: cedesq; intestine t proditiones clādestine inter se ruinam pepererūt. Hec igitur cōsiderates in hac victoria vestra minime superbire debetis: se deum vereri fortune mutabilitatē expauescere. Illudq; intelligere: imperia t potentias oēs perfacile amitti: nisi per iustitiā t prudentiā et industriam cōseruētur. Maximā igitur ad hec vobis cōmilitones laboris partem restare scitote. Nam t tueri quesita difficilius est q̄ acquirere. Gothi aūt in his dictis regis sui sapientiam laudauerunt. Totile autē post hec Romanis ad se vocatis/eorū ingratitudinē errorēq; redarguit: q̄ quum prius fuissent in manib⁹ Odoacri: opera Theodorici t Gothorum liberati ab illius tyrannide/tanta fuscepissent beneficia quanta vix sciuisse optare: p̄ter que diuites atq; beati multos annos vixissent. Demum vero nulla iniuria nullaq; contumelia acceptā: cōtra fidem t iusiurandū fecissent: ad Grecos suscipiēdos se cōuertisse homines leuissimos t sine vlla virtute: qui statim obsessi a Vitige nunq̄ p̄odire in aciem ausi fuerint: sed intra menia inclusi ac fame marcerati omne dedecus tolerauerint. Qui post q̄ non armis: sed p̄ditionibus t fallacijs facti sunt dñi ciuitatū: publicanis/exactoribus delatoribusq; ota repleuerūt. Qui ciuitates populosq; Italie mirabili acerbitate ad solutionem eorū tributorū cōpulerunt: que iam eis multis annis a Theodorico ceterisq; regib⁹ fuerāt cōdonata atq; remissa: imperatores sui inexplebili auaritia iplerent. Dicite (inq̄t) Romani: si quid vnq̄ mali a Gothis passi estis t eorum regibus? Dicite rursum si quid boni vnq̄ a greculis istis accepistis: qui vobis amicis plura mala q̄ hostib⁹ intulerunt: genus hoīm vitiosum t maleficum: t in nulla re magis efficax q̄ in mentiendo. Atqui Gothi in Italia nati: t vna vobiscū educati sunt: vobis autem magis peregrini t ignoti placuerunt: q̄ vestrates t notri: vsq; adeo quos amare debebatis odistis: noua optantes: quēadmodū equi otio affluētia nimia calcitrosi fiunt. Vos igitur qui cōtra rectā fidem cōtra vestram vtilitatez hec patrastis: penas merito luistis hactenus t luetis. His dictis Romanos sine vlla spe bona dimisit. Rusticane nobilis mulieris per hos dies causa acta est. Accusabant illam Gothi q̄ statuas Theodorici regis cōfringi deleriq; fecisset ob vindictam Boetij viri sui ac Symmachi patris quos Theodoricus necari fecerat. Quod obiiciebatur mulieri de statuis deletis/verum putabatur. Sed excusabat eam iustus dolor: quod magnos illos viros inuste necatos fuisse constabat. Qua ratione Totila mulierem absoluit: t ab impetu Gothorum tutā seruauit. Deinde Totila Pelagium diaconum/t Theodorū Romanum ad Justinianum imperatorē mittere decreuit. Quibus suorū mandatorū hec summa fuit. Si imperator ipsum et Gothos in amicitijs habere velit: se vbē Romanā seruaturū: t in cūctis expeditionib⁹ permagna ac fidelia auxilia p̄stiturum. Si aūt bellū cū Gothis hre malit: Romā ad solus esse diruturū: q̄m neq; tueri illā i bello occupat⁹ possit: nec hostibus eam relinquere. Scripsit etiā ad Justinianum in hunc modum. Que facta sunt ex vbe Romana te ota cognouisse scio. Quorum vero gratia legatos ad te mittimus: hec sunt. Pacis bona optamus et suscipere et exhibere: vt nuper ab imperatore Romano Anastasio: cum rege Theodorico fuit quorū concordia t pax illorū temporuz trāquillitate t maxima cōmoda vtrisq; peperit. Si tu igit eius mentis es: parentē merito te vocabor: meq; t Gothos in cunctis expeditionib⁹ auxiliarios habebis. Sinaurē alterius mentis es: a legatis intelliges que sequentur. Missis igit legatis istis vsq; ad eorum reditū Totila Rome consistebat. Bellisarius autē interea apud Portum febri t dolore animi cōfect⁹ iacebat. Joānes inter hec/multa in Lucanis et Brutijs uno uare prexit. t quare it Totila mittere: in lucanos t bellum resumere coactus est. Totila non multo post certior fit de Justiniani respōso: quod nihil aliud fuit nisi Bellisariū eē in Italia: in cuius potestate atq; arbitrio res Italie cō mississet. Id post q̄ Totila intellexit: negari sibi quod postularat et Joannis factum indignatus: q̄ se quiescentē t nuncios p cōcordia missos expectārem bello lacessisset: de euerenda vbe Roma cōsilium sumpsit. Itaq; insurgens mirabili crudelitate menia Rome plurib⁹ locis ad solus reduxit. Fuit autez quasi tertia pars illa q̄ eversa est toti⁹ ambitus muroz. Capitolium deinde incendit: circa forus t suburras t vias sacram ota cōflagrauit. Fumabat Quirinalis mons Auerin⁹ flāmas incendij euomebat. Fragor ruētiū domorum vbiq; audiebat. Inter incendia multitudo vrbana cuz coniugibus t liberis sedibus patrijs educebatur: deplorandi quidē miserias suas libertatem habens. Et pp̄m quidez ac turbaz per oppida Campanie dispersit. Senatores vero ac patricios loco obsidū secuz retinuit. Roma post hec toto exercitu egressus eā desolatam penitus t vacuaz derelinquit: vt neq; vir q̄sq; nec femina remaneret. Exinde partem exercitus p̄tra portū collocauit: ne Bellisarij milites quic̄q; moliri per eius absentiā valerent: t ipse cum reliquis copijs cōtra Joannem in Calabriā p̄fectus. Joannes autem hoc sentiēs fugiēs Hydruntū se suscepit. Ubi autez Totila Hydruntinos recuperauit. Spoletuz etiaz Brutios p̄ter Hydruntinos recuperauit. Spoletuz etiaz tunc suscepit menijs euersis: rū custodiebatur arx sola. Eodem fere tpe Tarentum repositum est quuz p̄ius desertum fuisset. Reposuerunt autē ip̄m Calabri t alij populi domo pulsi: nō quidē ad primam eius magnitudinem: sed partem eius. Exinde redactis in suam potestatem Lucanis et Brutijs: Totila cum suis Rauennam ire contendit.

Totila Romaz incēdit: f rapinis cedib⁹ t muro rū euersionem fere diripit.

§. VI. Bellisarius inter hec lō=

ga febre liberatus: audax ceptum vt multi putassent temerarium: moliri aggressus est q̄ tū postea magnanimum et laudabile apparuit. Constituit eē tunc vbem Romanam desolatam occupare ex improuiso ac munire. Hoc igitur in se celās consiliuum: relictis apud Portum paucis militibus in p̄sidiū eius cuz ceteris oīb⁹ copijs suis p̄fectus est: nemineq; vel suorū vel hostiū id suspicāte Romā occupauit: t incredibili celeritate munire illam fecit. Qua enim parte subuersa erāt menia, tumultuario ope muri aliq̄d refecit. Fossas profundas ante muros egit. Turres ligneas et propugnacula ad tutelam refecti muri imposuit. Hec summa militum voluntate t opera. .xxvj. diebus Bellisarius perfecit. Naueisq; a Portu frequenter aderant: frumentum et cetera necessaria importātes. Romani ciues audita instauratione vbis: qui dispersi erant per finitima oppida: desiderio magno in patriam remigrabant: p̄sertim quia ibi frumenti copia haberetur. Totila quum ista sensit relictis ceteris curis Romam petere festinauit: nōdum portas vbi imponere Bellisari⁹ valuerat: quuz hostes superuenerūt t positis castris vrbem oppugnare ceperunt: t Bellisarius cum suis viriliter resistere. Et tandez Gothi in fugam vertuntur: t signifer Totile lancea transfixus est. Deinde Totila cum suis Tybur accedens se in eam recepit. Romani vō ne subditis incursionibus ab ea parte q̄ Tybur est infestarentur: cunctos Anienis fluminis pontes euerterūt. Bellisarius vō post discessum Gothorū/portas vbis quiete fieri fecit: t ferramenta ad claudendum. Claueisq; vbis Rome ad Justinianum in greciam misit. Discedens aūt a Tybure Totila/Perusium p̄fectus est cū suis: q̄ vbs iam p̄i⁹ erat obsessa a Gothis: vt magis obsidionē vrgeret deficiente iaz in ciuitate frumēto t alijs necessarijs. Joannes vero quuz audisset Totilā in obsidione Perusij occupatum senatores vero et patricios vbis Rome: quos secum Totila eduxerat: per Campanie oppida sub militum custodia relictos famam sui nois attendere cogitauit per illorum liberationez. Mouens igitur se ex Calabria cum delecto equitatu: neq; die neq; nocte intermissa in Campaniam venit. Cāsuq; accidit vt Gothi milites in Joannez eiusq; equitatum inciderent: statimq; p̄liū inter eos ceptū est in q̄ p̄euales Joannes multis Gothorum occisis: plurimisq; vulneratis eos in fugam vertit. Itaq; ex singulis oppidis Campanie Romanos capiens de manibus Gothorum eos liberauit. Totila audiris gestis par Joannem/valde commot⁹ se vindicare cōstituit. Relicta ergo parte sui exercit⁹ in obsidione Perusij: ipse cum reliquis per Picētes et Marsos et Pelignos Appuliam t Calabriā p̄perauit: repertūq; Joannem inuasit: t eum cū toto exercitu profligauit. Castra etiam cepit

Bellisarius Romam instaurat

Joānis exercitus Totile cesus.

Rustica na Boetij vxor.

Mittūtur legati ad Justinianum

non.

non tñ magna cedes facta est a Gothis. Hec victoria Totile maxime nomē eius inclytū reddidit ꝓpter celeritatez itineris Justiniam copie nō multo post id bellum alie in Italiam misse Hydrunto applicare ceperunt. Permotus enim imperator crebris Belisarij lris: qui belli cōditionē significans postulabat supplementa. Ductores vero nouarū copiarum erant Valerianus armenioꝝ ductor: et Uerus heruloꝝ. Belisarij quū itellexisset copias imperatoris Hydrūtū pueniſſe: cōfestim Lonone gubernatore dimisso Rome mari delatus cū nongentis militibus delectis Calabriam petere cōtendisset: et Tarēti copias adunare: qō ab Hydrūto abest bidui itinere. Sed aduersante tēpestate Crotone in portū peruenit: ibi copias exponēs: et qm̄ his locis pabulū nō erat: equites vltra ꝓgredi iussit: et ipse cū vxore et pedit⁹ Crotone remāsit: quo Jo. cū ceteris copijs ad se vocaret. Est em̄ Rusci Turinoꝝ castellū: supraq; illō est oppidū remoti⁹ a mari arduo loco positū: qō Ruscidam vocant. Id oppidū Joan. ꝓsidio militum custodiebat. Quo quum Belisarij equites peruenissent: casu quodā obuij fiunt milites hostiū: quos Totila ad tentandū id oppidum miserat. Prelioq; commisso Belisarij milites licet pauciores numero: tñ facile superarunt: ac supra. cc. ex hostibus occiderunt. Stantes vero in ꝑs locis vt pote victores et vagātes: et procul ab oculis sui ducis cōmouantes: nec ordinē nec disciplinā seruabāt: nec exploratores mittebant. Que postq; Totila cognouit cū trib⁹ milib⁹ equitū ꝓfectus eos nihil suspicātes inuasit. Hic cedes et pfligatio ingēs fieri cepta. Phas cū turma suoꝝ equitū mirabilia opa ꝑ tutū edēs: ad extremū cū suis equitib⁹ occubuit. Gerbation ali⁹ Belisarij ꝓfectus tñ cū duob⁹ comitib⁹ aufugit: ceteri captiuel interfecti fuerūt. Que clades p nūcios fugā arripiētes Belisario significata est. Belisari⁹ igitur amisso equitatu quū suspicaret hostes aduersus se esse venturos: naues propere cōscendit: ac magno cū dolore sese ventis ꝑmittēs eadē illa die Messanā in Sicilia delat⁹ est. Totila vero quū ea ꝓfecisset: ac vires hostiū turbari sentiret: Ruscianū oppidum obsidere constituit. Obsessis autē ibi quū necessaria deficerent: ad Totilā mittūt veniā postulantes. Quib⁹ oibus impunitatē cōcessit: et si secum militare velint oia sua retinere. Per hunc modum oppidum recepit: oppidanoꝝ bona militibus suis concessit: corpora libera esse iussit. Lonon ꝓfectus qui Rome a Belisario constitutus fuerat: ab iratis militibus interfectus fuit: indignantibus maxime q̄ ille mercatura frumentaria clandestine inita ꝓcium annone quotidie augeret. Idemq; milites a Justiniano per legatos postularunt huius delicti abolitionem: asserentes nisi id cō cedat imperator: ac stipendia eis debita persoluat: se Romā Totile esse tradituros. Quo metu omnia sunt illis concessa. Antonia Belisarij vxor per hoc tempus Byzantium ꝓfecta est: quo Theodoram Justiniani vxorem rogaret pro Belisarij ex Italia reuocatione. Itaq; ꝓpter hos Belisarius ex Italia in Bretiaz a Justiniano reuocatur: Antonia ei⁹ vxore ꝑcurante: et quidē facilius: ꝓsertim quū belli pariter timor ingens adesset: quinquennio fere postq; ex Bretia in Italiaz ꝓfectus est: et non eadē fortuna in hac vltima expeditione: qua fretus fuerat in prima: processit Romere⁹ abiens tria milia militū delectoꝝ in ꝓsidio de reliquit sub ductu et gubernatione Diogenis legati viri ꝓdentis et bellorum gnari. Demum Perusium a Gothis abeūte Belisario longo tempore obsessum: demum deficiente victu septimo anno obsidionis vi armis capitur: anno oñi. cccc l. vel circiter. Capta ergo ciuitate: qui ꝓerat exercitui/ad Totilam misit inquirens quid ei agendum de ep̄o et de populo illo esset. Cui ille remandauit dicens. Episcopo ꝓius a vertice vsq; ad calcaneum tolle corrigiā: et tunc caput eius amputa: omnē vero populum qui illic inuentus est gladio occide. Tunc ꝓfectus Herculanum venerabilem episcopum Perusine ciuitatis qui ex conuersatione monasterij ad sacerdotalis ordinis gradum deductus fuerat et factus ep̄s: super vrbis murū deductū capite truncauit: eiusq; cutē iam mortui a vertice vsq; ad calcaneum incidit: ex eius corpore corrigia sublata videretur: morq; corpus eius extra murum ꝓiecit. Tunc quidam humanitatis causa compulsi abscissum caput ceruici apponentes: cuz vno paruulo infante qui illic extinct⁹ inuent⁹ est: iuxta murū corpus eius sancti sepulture tradiderūt. Quūq; post eādē cedē die. xl. rex Totila iussisset ciues vrbis illius qui quoliber dispersi essent: ad eaz sine aliqua trepidatiōe remeare: qui fame tpe fuerant reuersi sunt. Sed q̄ sancte vite ep̄s fuisset recolēres: vbi corpus ei⁹ esset sepultū q̄sierunt: vt hoc iuxta honorē debitū in eccl̄ia sancti Petri humarēt. Quūq; apertū fuisset sepulchrū inuenerunt effosa terra/corpus pueri iam die. xl. mortuum tabe corruptū et vermib⁹ plenū: corpus vero ep̄i incorruptū ac si eadez hora fuisset sepultum. Et q̄ adhuc est mirabile et venerandū: q̄ ita caput erat vnitū corpori: ac si nequaq; fuisset abscissum: sic videlicet vt nulla vestigia sectiōis apparerēt. Quūq; hoc idē in terga verterent: exquirentes si q̄ signum incisionis inuenire potuisset: nil tale repertū est. Hec Brego. narrat: scz de sancto Herculano lib. iij. dialogoꝝ.

§. VII. Totila expeditis Lalabrie rebus: cōtractis vndiq; copijs Romam veniens obsedit.

Faciebat sibi animū Belisarij recessus ab Italia. Quuz autē in longū ꝓtraheret obsidio: oratores Romani ad Justinianū ꝓfecti sunt: orātes vt Belisariū ad Italiā remittere⁹ ad dissoluendā obsidionē. Leterū differēdo et pcrastinādo nihil efficiebat. Gothi autem expugnata Portuensi vrbe ne quid ad obsessos per Tyberim importari posset: oppida q̄z finitima fere omnia in suā redegerūt ptātē. Sed Romani omni diligētia intra vrbē et loca vacua frumentū seri fecerunt: vt deficiente frumento veteri nouuz intra pomeria natū supueniret. Et p hūc modū lōgo tpe obsidionē ptulerunt. Deniq; seruassent vrbē: nisi ad extremū proditio paucoꝝ eos peruertisset. Ad portā em̄ qua via Ostiēsi ad scm̄ Paulū itur: statio erat militū Isaurorū. Ji ad Totilam accesserūt: tradere ei portā illā pollicentur. Totila dabus nauiculis in Tyberim demissis/tubicines in eis imponit: vt p aduersum fluuium nauigantes/ repente tubarum clangorem ꝑterribilissimum emittant. Ipse vero silentio cū exercitu ꝓfectus ad portā prefatā cōcedit. Tunc Romani terribili sonitu perterriti hostes ab ea parte adesse putāt: et vndiq; ad eum locum concursum est. Dum omnes eo concurrunt ac cetera negligunt: proditores soli relicti porta refracta Totilā et Gothos intra vrbē recipiunt. Statimq; cedes cepta est fieri Romanoꝝ et militū: nec iam de resistendo: sed de fugiendo cogitatum. Diogenes autem prefect⁹ q̄m̄ nulla remedia esse videbat: cū parte militum Roma egressus Lentulas petere cōtēdebat. Qui a Gothoꝝ insidijs superatus: eo itinere magna militū suoꝝ parte amissa: ipse grauiter vulneratus vix euasit. Erat preterea inter ceteros ductores/ Paulus quidā ex Sicilia prefect⁹ turme equituz. Is quū per vrbē capta nocte plura prelia iniſſet: tandem ad Hadriani molē cū suis equitibus se recepit. Orta demū luce quū cetera vrbis loca capta essent: ad molē tñ Hadriani vehementissime pugnabat. Habebat em̄ Paulus equites cccc. quib⁹ molē et pontē iuxta eā egregie defendebant. Qui die illā totā et nocte sequente absq; cibo cōmorati: postridie cōsultabant quid eis fore agendū. Itaq; Paulus hmōi ad milites habuit verba. Vtcunq; nos vertamus cōmilitones extrema nobis adesse videtis. Nam fuge quidē nulla est facultas: circūfusis hostiū copijs ac nos impigre obseruantibus: dedi vero Gothis supra turpitudinē vilitatēq; consilij cruciat⁹ excarnificationēq; portrēdit. Barbaroꝝ quippe seuitia simplici morte contenta esse non solet. Durare vero in obsidione: ac equarū pasci cibo: eoruz fortitan esset qui sibi auxilia ventura sperarent: nobis autē carētibus ea spe nulla ratio suadere potest hanc tolerantiā: misi vilissima detractio mortis seu pueri formidolosi dolore cōfici malūt q̄ ferro secari. Ego vero dedi hostibus: et tabescere inedia: eoruz puto qui sanguinem non habent et cor. At nobis manu strenuis et preliorum non insuetis gloriosa mors est cōplectēda. Sic em̄ moriamur vt sanguine hostiū madētes/ non inultri cadamus: nec rideat hostis nr̄o interitu: sed desleat. Quid ergo paucorum annorum accessio nobis prodest: quum etsi nunc seruati: tñ paulo post sumus obituri. Ire igitur mecū ad gloriosam mortē: quam ciues simul et hostes admirabūtur: ac laudibus in celū in perpetuum ferent. His dictis incensi milites sese morti deuouerunt. Quare compleri seruicem et osculati certissimo moriendi proposito ad dimicandum se parant. Eratq; eoꝝ consiliū in proximaz stationem ruere: factaq; pmagna hostiū cede interire. Quos quum videret Totila ad extremū casum parari: veritus ne hoīm desperatoꝝ conat⁹ maiorē q̄ ꝑ numero cladē Gothis afferrent: quodā vt pacis questore ad eos misso electionē dedit an mallent relictis armis et equis incolumes abire: an oia retinentes secū militare. Ea quum audissent milites letati sunt. Qui tandē oēs manere apud Totilā elegerunt: ꝓter Paulū eoꝝ ducē et Andum Isaurum: quos Totila viatico et ceteris adiuto liberaliter Byzantium remisit. Alios q̄z ex ꝓsidio milites: quot ad edes sacras cōfugerūt: Totila inuiolatos esse iussit. In vrbem vero Romam neq; deseuit: nec desolatam fecit vt ꝓius: sed ciues tam ex Campanie oppidis q̄ alijs locis studiosissime reuocauit. Ludosq; equestres ac cetera magnificētie opera: que trāquillisciuitatibus fieri consueuerunt: in sigm̄ apparatu Rome edidit quo ciues bonā spem susciperent: ac desiderio vrbis allice-

Ducum Belisarij clades

Lonon a suis trucidatur.

Belisarius reuertit constantinopolim.

Perusium capitur.

Sanct⁹ Herculan⁹ capite plectitur.

Totile capiēda Roma astus.

Pauli viri aio si ad miseroz tio.

rentur. Edes quoqꝫ vel euersas vel incendio priori desolatione cōflagratas/reparare nisus est. Deniqꝫ tantū frequentandi Romam studiū dedit: quantū prius ostenderat desolandi: siue ex voto apostolorum Petri ꝛ Pauli: siue propter belli vtilitatē opportunam: siue infamia permotus ex hmōi destructiōe. Postmodū Totila in Siciliā expeditionē parauit: qȝ p magnā longarum nauiū classem effecit: ꝛ Rhegiū obsedit: ꝛ Tarentū accepit. Et in Siciliā trāsgressus: quum multa oppida minora vi vel pactione obtinuisset: mari terraqꝫ Syracusas obsedit. Per id tp̄s Gothi qui in Picentes aduersus Jo. ꝛ Valerianū missi fuerāt. Ariminū ceperunt. Nec procul Rauēna cōserto alio prelio/Verū Herulorꝫ ducē cū oibus copiis suis īterfecerūt. Et q̄ apud vrbē Rhegiū obsidebantur: deficiēte commeatu sese Gothis dediderunt.

Totila nauigat ī Siciliā

§. VIII. Justiniano imperatori

quū hec oia sub vno tēpore nuntiata fuissent: Germanum patruelem suum Italie belloqꝫ Gothico ducē pronuntiauit: magnosqꝫ apparatus subinde fieri iussit. Erat enim Germanꝰ vir alti animi: nec minoris ꝯsilij: liberalitate egregia: ac summa apud populos ꝛ milites grā. Et accedebat his ꝙ Metassutam Theodorici neptem post mortem Vitigis vxorē acceperat: que quidē res fauorē Gothorū multū sibi consiliauerat. Quum autem esset iam in Illyrico Germanus: Sclauenorum siue Sclauoruꝫ gens transmisso Danubio: Romani imperij ꝓuincias inuasit: genus hoim crudele ꝛ immane. Qui quū se in Macedoniam Thraciamqꝫ cōuertissent: tantuꝫ Justiniano metū intulerūt: vt Germanū iter in Italiā ceptū intermittere iuberet. Gothi vero iteriꝫ per Italiā ꝛ Siciliā peruadēdi oia tp̄s facultatemqꝫ plurimā habuere. Nam preter Rauennā ꝛ Anconē et Hydruntū ꝛ Centūcellas/cetera oia possidebant. Vna mō spes hoies sustentabat Germani aduentus: que et ipsa defecit. Nam quum vehementer in Italia expectaretur: morbo correptꝰ magno cū suorū dolore in Illyrico diem clausit extremum. Habebat autem Germanus filios duos: quos secū in Italiam ducebat. Eos imperator prosequi paternum Italie cetum mandauit vna cū Joanne Vitaliani noto iam per Italiam duce ipsorum affine. Itaqꝫ Joannes ꝛ Germani filij exercitum ducentes/Salonas peruenerunt. Et qm̄ hyems erat illic habitare constituerunt: primo statim vere Rauennaꝫ traiecturi. Justinianus imperator Liberiū cū classe in Siciliaꝫ misit: qui Syracusas ingressus est: Gothis qui stationē habebāt in portu ꝓhibere ingressuꝫ nequaqꝫ valentibus. Sed paucis post diebus veritus rerum necessariū defectum: cū classe eadeꝫ e Syracusis Panhormū nauigauit. Justinianus inter hec mutato rursus ꝓposito: Narsetē eunuchum Italico bello ducē prefecit: illiqꝫ pecunias ꝛ exercitus large promisit. Et Joan. scripsit ne in Italiā traijceret sed Salonis manēs aduentū prestolaretꝰ Narsetis. Narses igitꝰ suscepto impigre negotio: magnas vndiqꝫ copias instituit: ꝛ apparatibus factis ꝛ copijs in Illyrico sibi adesse p̄cepit. Totila iam cognito hostiū apparatu in italiam redierat: ꝛ q̄ opportuna videbantꝰ per Italiaꝫ prouidebat. Ut vero ꝛ ipse potētiaꝫ suaꝫ ōnderet aduersus Grecos: ꝛ viceversa eos inuaderet: classem magno cum virorum numero in Greciaꝫ misit: iubens vt q̄ maximo tumultu cuncta popularentur. Ea classis Coreuā primo ac ꝓximas insulas diripuit. Moxqꝫ trangressa p Epirū ꝛ Acarnaniaꝫ/ꝛ Aetoliam cuncta rapinis incēdijsqꝫ fedauit. Mareqꝫ obseruans multa Grecorū nauigia que in Italiaꝫ ꝛ Illyricū nauigabāt excepit. Dū vero hec a Gothis in grecia gererentur: Totila nouo exercitu in Picentes misso: Anchonē terra mariqꝫ obsideri mandauit. Cui expeditioni tres duces prefecit: quibꝰ ꝛ classem attribuit nauiū longarū. xlvij. Valerianus aūt qui Rauēne preerat: Joannē q̄ Salonis erat hortatꝰ est p lr̄as ad opē obsessis Anchonitanis ferēdam quū ipse non posset. Qui milites electos e toto exercitu nauibꝰ decē ꝛ octo imposuit ꝛ versus Rauēnaꝫ nauigauit. Cui obuiā ꝓcessit Valerianus cum. xij. longis nauibꝰ. Qui cōi consilio tota simul classe ad hostē nauigauerunt: litoriqꝫ Anchonitano applicuerunt. Erant igitꝰ Gothorū naues. xlvij. Grecorū aūt. xxx. Duces classis Grecorꝫ Joannes ꝛ Valerianꝰ. Gothorū autē Validas ꝛ Gotildus. Militari igitur orōne animis militū incensis ex opposito cōflixerūt. Ab initio fuit pugna accerrima obuiaꝫ cōcurrētibus prelijs. Gothi pugnatores q̄uis egregij: tn̄ rerꝫ maritimarū experiētiaꝫ nō habētes: seipsos cōturbabāt: ꝛ quibusdaꝫ locis simul plures cōglobatos sese mutuo impediebant. Grecos vero scia ꝛ disciplina rerum naualiū plurimū adiuuabat. Tandem superiores Greci pugna fuere. Submerse aliquot Gothorū naues cū ipsis pugnatoribus ꝛ nautis perierunt. Multe expugnate incredibili cede capiuntur. Quod quū viderent Gothi: fugam demum arripuerunt: decem tm̄ integre naues Gothoruꝫ refugerunt ad littus: cetere capte vel submerse. Gothi demum crematis cōfestim nauibus que euaserant: ne eis potirētur hostes in castra redierunt. Et sic dissoluta obsidiōe Anchonitana desertis castris Auximū se receperūt. Joannes igitur ꝛ Valerianus cū victrici classe summa letitia et incredibili Anchonitarū gaudio portum ingressi castra hostium inuadentes: quū reperissent deserta: cōmeatū q̄ in eo erat: in vrbē Anchonē inferri fecerūt. Et paucis post diebꝰ Joā. Salonas: et Valerianus Rauennā reuersi sunt. Hec pugna vehemēter ꝯfregit Gothorꝫ aiaꝫ: ꝛ q̄si initiū fuit ruine eorum. Totila hac plaga ꝑcussus: magnā copiarū partē e Sicilia reuocauerat. Itaqꝫ Artanaues Justiniani dux qui liberio successerat: classemqꝫ ab eo suscep erat: potētior per Siciliā factꝰ/nō solū liberauit ab obsidione socios verūetiam Gothos: pluribus locis per oppida obsedit: ꝛ Crotoniatas longa obsidione Gothorū laborātes classis Justiniani superueniens liberauit ꝛ hostes multa cede perfregit. Multoqꝫ magis perterruit Gothorū aios: presertim ꝙ quū de aduētu Narsetis in Italiā: de eiusqꝫ apparatibus multa crebri rumores circunferrent. Reginaris quidā vir inter Gothos clarus: qui Tarento preerat: cū oppidis que custodiebat: et militibus suis ad Justiniani partes transierunt.

Germanꝰ Justiniani dux.

Narses iterum Italie dux creatur.

Vicuntꝰ Gothi bello nauali a ducibꝰ Justiniani

§. IX. Narses quuꝫ hec cōditio

rerum esset p Italiā: coactis p hyemē copijs ad iter se festinauit. Habebat autem exercitū tm̄ quātū vix alij oēs per Italiaꝫ duces pecunijs abunde ꝯcessis a Justiniano: qui in erogando erat magnificus. Nō solū aūt ex Thracia et Grecia: sed et alijs locis copias ingētes cōtraxerat. Nā ꝛ Longobardorꝫ supra q̄nqꝫ milia pugnacissimorꝫ hoim Albuino rege cōcedēte susceperat. Et Herulorꝫ ad euꝫ tria milia venerant. Hūnorū multitudo ingens cōfluxerat. Assuades cū quingentis bellatoribꝰ Gepidarꝫ gentis. Et Joā. cognoiatꝰ Fagas: cū Grecorū ꝛ Thracū exercitu. Preterea ꝛ Joā. Vitaliani ac filiorū germani exercituꝫ illi cōiunxerat. Narses igitur has copias habens ex Illiryco mouens per Dalmatiā et Liburniā circūito maris sinu pedestri itinere in Italiam trāsijt: primoqꝫ ingressu in Venetijs ꝯstitit. Narses igitur omisso mediterraneo itinere: viā per Hadriatici maris litus elegit: qm̄ illa hostibus carebat: ꝛ tandē Rauēnā cum oibus copijs peruenit. Erāt aūt per Italiā Veterani milites permulti: qbꝰ stipēdia ꝓ multis tp̄ibus debebantꝰ. His oibꝰ Narses stipendia persoluit: aiosqꝫ illorū sanauit atqꝫ erexit. Demū Romā exinde petere contendit. Isdrilas p id tp̄s Arimino preerat/vir inter Gothos bello insignis. Is quū in agrū Ariminensem ꝑuenissent prima Narsetis agmina: trāsitū eoruꝫ impedire conabatur: pugna itaqꝫ nō lōge a menibus oppidi ꝯmittitꝰ: in qua Herulorū quidā eques cōminus pugnans Isdrilam occidit: militesqꝫ eius morte du cis conterriti in oppiduꝫ fugerūt. Caput Isdrile ad Narsetē relatū est: q̄ quasi bono augurio letatꝰ est: ꝙ prio ꝯgressu aduersariꝰ a suis interfectꝰ est: ꝛ spe bona plenꝰ iter cōficiebat: itaqꝫ Ariminū pretergressus Romā profectus est.

Iter terrestre de grecia in italiaꝫ.

Isdrilas Gothus obtruncatur.

§. X. Totila cognitis iis que in

Venetis gesta erāt: aduētuqꝫ Narsetis apd̄ Rauennā intellecto: q̄q̄ copie sue apd̄ Theiā erāt: tn̄ ipse Romā discedēs exercitum cōtra Narsetē parauit: atqꝫ ei obuiā fuit: et tandē asperrima pugna vtriusqꝫ inita: ad extremum Gothi superantꝰ cū maxima eorū strage: ac Totila interficitꝰ fm̄ beati Benedicti ꝓphetiā anno regni sui. x. Gothi vero interfecto Totila: quicunqꝫ ex prelio aufugerunt: Padum amnem trāsgressi Papie ꝛ circa ea loca ꝯstitere. Ubi quū de nouo gētis sue duce cogitarēt: Theias oim iudicio rex Gothoruꝫ eligitꝰ: qui rex factus thesauros quos Totila Papie cōgesserat ilico suscepit: ac reparare vires et exercitū ꝯgerere: arma tribuere: equos elargiri: ꝛ oia impigre facere non destitit. Ad Francos etiā misit eos habiturū se in societatē pollicēs belli. Narses post Totile interfectionē Gothorū apparatū audiēs: Valerianū cū suis copijs circa Padū quasi in custodiā esse iussit: ne metu dēpto Gothi licētius vgarētur ipse vero cū omni exercitu Romā petijt. Intereundū Narniam vltro se dedētē suscepit. Spoletinis milites cōcessit: q̄ presidio sibi forēt donec eorꝫ menia a Gothis euersa reficerentꝰ. Perusij aūt erāt duo prefecti militū ꝓ Gothis: Meligedius ꝛ Ulitus. Hi discordes erant plurimū inter se. Nā Meligedius vrbē dedere cupiebat. Ulitus repugnabat. Et ita seditiōe orta: Ulitꝰ interficitꝰ: et Perusiū a Meligedio Narseti traditꝰ. Narses igitꝰ Romā ꝓfectꝰ eā obsedit: q̄ plena ruinis preteritis adhuc erat: ꝛ pauci in ea ciues. Narses ergo quū expuguare vrbē statuisset: pluribꝰ simul locis menia aggressus est. Cōcurrētes ad ea loca Gothi de menibus repugnabant.

Totila interfecto Theias Gothorū rex deligitur.

Narses Romas capit.

repugnabat. Milites aũt quidã Narsetis remotiora petẽres loca quũ ibi solitudo esset: scalis menia cõscẽderunt. Inde clamor facto caprã vrbẽ oũdit. Gothi itaq; omissa defensione: alij portuẽsem vrbẽ fuga petierũt: alij ad sepulchrum Hadriani in arcẽ se receperũt. Per hunc modũ Narses Romã potit' est. Grecẽ ꝯo obsessam nõ multo post tpe pactione recepit. Erãt ꝯo in Cãpania nõnulli Romani patritij: gñis: alij aũt ex senatorio ordine ꝙs vt suspectos eo miserant Gothi in oppida eorũ: hos oẽs cũ filijs ⁊ agnatis Gothi interfecerunt Roma a Narsete accepta. Sil'r ⁊ .ccc. adolescentes Romanos quos Totila milites delegerat: sed reuera obsides adduxerat trãs Padum: Gothi capta Roma a Narsete occiderunt. Exinde Narses portum missis copijs obsedit: ⁊ accepit: sil'r Centũcellas. Theias vero rex Gothorũ Francorũ gentẽ solicitare ac in societatẽ adscisere non cessabat: ⁊ modo pecunias: modo participationes dominationis per Italiã pollicebatur. Sed Franci iam cõstituerant se hinc bello non intromittere: ⁊ sic spes Gothorum perijt.

℣. XI. Et q̃ dũ Totila viueret:

pecunias regias partẽ Papie cõgregauerat: partẽ etiã non paruã in Lumarũ arce sepposuerat: eiq; arci fratrẽ suũ prefecerat. Narses quũ hoc intellexisset: ptẽ exercit' missit ad obsidẽdũ Lumas. Ipse aũt Rome cõsistẽs / repare vrbẽ ac frequẽtare conabat. Ne vero Gothi q̃ erãt trãs Padũ succurrere vel Lumis vel alijs locis possent: Joan. Vitaliani cum socijs suis in Hetruria cõmorari iussit: qui conat' hostiũ reprimeret. Theias rex Gothorũ vbi sensit Lumas obsideri: ferre opẽ cõstituit: pfectusq; ex Papia trãsuersis itinerib' per Picẽtes ⁊ Marsos peruenit in Cãpaniã. Quod postq; Narses intellexit, Joannẽ cũ exercitu ex Hetruria reuocauit: ⁊ ipse cum alijs copijs profectus propositio cõfligẽdi Cãpaniã petijt. Fertur aũt nõ procul ab vrbe Neuceria esse fluuius quidã Draco noie latitudine vticq; exiguus: pfunditate ꝯo ita magn' vt neq; peditib' neq; equitib' sit trãsmeabilis. Circa dictũ fluuiũ ambo exercit' cõstiterunt. Classem preterea Gothi in mari habebãt satis propinquo: q̃ frumenta ⁊ ceterum cõmatũ in litore exponebat: ⁊ exinde in castra ferebant. Sed postq; Gothorũ classis pmissione amissa est eo defectu q̃ necessaria nõ poterant eis importari: necessitas cõpulit Gothos locũ deserere. Exinde in primũ montes: qui Lacte' dr: Gothi abierũt: quos Narses eos sequut' ad radices mõtis cõsedit. Ibiq; atror pugna ⁊ vbiq; cruentissima fuit. Gothi essi desperatione certabãt. Narsetis milites cõscientia multitudinis cedere erubescebant. Theias ꝯo rex Gothorũ inter primos pugnatores esse voluit. Erat essi in armis cõspicu': sinistra scutũ: dextra pilũ quatiebat: aduersus hunc cõgressi plures ab eo interfecti ceciderunt. Sed quũ in scuto ei' permulta pila infixa adhesissent: atq; ob hoc scutũ impediretur: dum clamitabat aliud scutũ sibi afferri: idvbi allatũ est: priori dimisso scuto nouũ assumpsit. In hac scuti mutatione latẽter vulneratꝰ a volitante telor quũ multũ sanguinis effunderet: nihilomin' fortissime pugnãs nunq; pedẽ retrarit: nunq; frontẽ ad suos deflexit: sed in hostẽ cõuersus cõtinue dimicãs ad extremũ in faciẽ corruit: ⁊ mortuus est. Gothi ob mortẽ regis nequaq; deterriti vsq; ad noctẽ pugnauerũt: cũ magna tandẽ vtriusq; partis cede. Gothi autẽ adueniente die / postremo oratorib' ad Narsetẽ missis velle se Italia excedere obtulerũt: si incolumes abire suaq; asportare pmittant. Sin eis hec nõ pmittat Narses: q̃diu vluent tãdiu se paratos ad pugnandum. Narses quum prefata intellexisset in cõsilio re discussa: Gothis permittere decreuit liberũ recessum cũ suis: ne aduersus desperatos homines magno suorũ detrimento victoriã aspicantur. Inter hec mille equites ex Gothis aufugerũt ⁊ Papiam ⁊ ad alia oppida trans Padum peruenerunt. Reliqui autem federe cum Narsete inito: sua priuatim asportantes: Italia excedere ⁊ nunq; bellum aduersus Romanũ imperium gerere promiserunt: libertate tamen retenta sine vlla Romani imperij subiectione. Quo facto Lumas ac ceteras que superant ciuitates Narses recepit. Postq; autem Gothos Italia abire tussit Narses eam possedit annis .xvij.

¶ Post hec Justinianus erexit in vrbe Constantinopoli dño Jesu christo qui est sapientia patris / templum quod vocauit sanctam Sophiã. i. sanctã sapiẽtiã: cetera mũdi opera excellens. Postq; autem Gothos Narses superasset: tunc adunatus clerus Romanus orauit Narsetem vt eius suggestione rogaret imperatorẽ: vt si adhuc vineret Vigilius papa. ⁊ presbyteri ⁊ diaconi ⁊ reliqui clerici qui cũ eo fuerant missi in exiliũ reuerterent. Susceptra relatione Narsetis ⁊ cuncti cleri Romani / letatus est imperator ⁊ oẽs eius proceres: q̃ requiẽ deus dedisset Romanis. Mox q; per edictum suũ oẽs ab exilio reuocauit: qui postea quũ essent in imperatoris ꝑsentia: eis dixit. Vultis recipere Vigiliũ vt sit papa vester? Sin minus en hic habetis archidiaconũ vestrum Pelagium: ⁊ manus mea erit vobiscum. Imperet deus pietati tue ꝓsiderunt oẽs) restitue nobis modo Vigiliũ: ⁊ q̃ si voluerit deus eũ trãsire de hoc seculo: tunc cũ tuo mandato donec nobis Pelagius archidiaconus noster. Tunc imperator dimisit oẽs deterros cum Vigilio. Qui applicantes Syracusas ad terram mari ingressi sunt. Ibiq; infirmatus Vigili' migrauit ad dñm: sed Romã corpus fuit adductus.

exiliore uocat.

Urores imperatorũ multaecclie mala intulerũt

¶ Hic Justinianus etsi multa magna fecit: ad instigationẽ tñ vroris sue q̃ hereticis fauebat: psequut' est: ⁊ exilio relegauit duos summos pontifices. s. Syluerij ⁊ Vigilium. Et non solũ ista dicta Theodora: sed plures alie regine seu imperatrices magna detrimenta ⁊ scandala concitarunt cõtra eccl'iam: vt soror Cõstantini magni fauẽs Arrianis. Eudoxia vxor Archadij in pseqution cõtra Joã. Chrysõ. Justina mater Valentiniani: ⁊ multe alie. Et Sophia vxor Justini imperatoris. quẽ Justinianus nõ habens filios de cõsilio optimatũ adoptauit in filiũ: ⁊ postea imperatorẽ cõstituit. Bucellinũ aũt quãdam diripientẽ Italiam vt regi suo Theodoberto Gallorũ spolia ferret: in Cãpania non longe a Tarẽto hyemare disponentẽ: Narses ꝓstrauit ⁊ peremit. Teutri' q̃s noie Lucari' Bucellini german' dũ multa prẽda onust' ad patriã reuerti cuperet: inter Veronã ⁊ Tridẽtum iuxta lacũ Benacũ ꝓpria morte defunctus est. Narses etiã per Dagesteriũ magistrũ militũ virũ bellicosum ⁊ strenuũ vniuersos Italie fines obtinuit. Peste adueniente anno dñi. ccccclxv. Italie ppl'i ⁊ precipue Ligures cõsternant. Demũ Justinian' dũ a diuinis mandatis aurẽ cordis auertit: iusto iudicio dei amentiã incurrit. Et accersito Justino curã ipij deleganit: q̃ facto obijt anno imperij sui. xxxviij. Justiniani tpibus in Cõstantinopolim magna peste surgente: statuta fuit solẽnitas purificationis beate Marie: ⁊ ita mortalitas illa cessauit: q̃ festiuitas postea per totũ orbẽ celebrata est q̃ postea sequenti anno in Italia grassari cepta est. Et ꝺr dicta festiuitas apud grecos hypopanti: et latine interpretat' obuiatio. Epe huius Justiniani Arator poeta floruit Romane eccl'ie subdiaconus: q̃ duos libros metricos de actibus apl'orũ cõposuit. Cui' etiã tpe. s. Justiniani claruit beat' Benedict' abbas / vita ⁊ scitate mirabilis: de q̃ infra dicet. Sz ⁊ corpus bti Antonij reptũ apud egyptum tñc tpis Alexandriã cũ multa veneratione delatũ est. Nunc aũt ꝑ certo corpus eius est in abbatia mõtis maioris ppe Arelate puincia Prouincie. Et brachiũ est apud Viennenses: vbi nunc fit concursus pl'orũ: vt clare patere põt hunc pcessum intrinsec' intuẽti. Floruit etiã p idẽ tps in Scotia btus Brãdan': q̃ multis virtutib' clar' pr extitit fere triuz muliũ monachorũ. Huius tñ viri hystoriã pegrinatis ppter multa apocrypha ⁊ deliramenta q̃ ibi cõtinent: hystoriographi omittũt. Ea tẽpestate iude' q̃dã imaginẽ saluatoris de eccl'ia accipiẽs: illã telo trãsfixit ⁊ quũ claz illã subveste domuz portasset: se totũ sanguine q̃ de illa fluxerat cruentatũ inuenit. Quã christiani q̃rẽtes vestigia sanguis eã inuenerũt: ⁊ ipsa in suo loco reposita / iudeũ sacrilegũ lapidauerũt.

Arator poeta.

Sanct' Benedictus.

Corpus bti Antonij inuentuz.

Sanct' Brãdanus.

¶ De Justino scõ imperatore: ⁊ quibusdam gestis Narsetis in vltionem iniuriarum suarum. Capitu. vj.

Accessit ergo in oriente

Justiniano Justinus scõs / anno incarnatiõis dñi. ccccclxvj. Ab initio mũdi quinquies millesimo. dcclxiij. Et imperauit annis .xj. qui vxorẽ suã noie Sophiã coronauit augustã. Hicvir omnis auaritie tenax: pauperũ contẽptor: senatorũ spoliator: adeo rapax fuit: vt arcas ferreas faceret in quib' multa auri talenta seruabat. Lapsus est etiã in hereſim Pelagianam: sed iudicio dei punit' vt infra dicet. Narses vero eunuchus de quo diximus: quũ ab insultu diuersorum hostium totam Italiã liberasset: ⁊ quietam reddidisset: pro magnis beneficijs a Romanis inuidiam pertulit: ita vt ad vrbes regiam mitterent oratores dicẽtes. Quia melius erat Romanis vt Gothis seruirent q̃m grecis: vbi Narses eunuchus imperat: ⁊ pro sua libidine dominatur. Quorũ sermonibus cõmotus imperator. Logothetã prefectũ suũ loco Narsetis substituit. Sed insup Sophia augusta hanc cõtumeliã Narseti mãdauit vt Cõstantinopolim remearet: ⁊ cũ puellis suis in cõuentu femmarũ lanam pensa diuideret. Narses deinde receptis inuriarũ lr̃is dicit' respõdisse / talem se ei Sophie auguste telam orditurum: vt q̃diu viueret nunq; deponeret. Et Neapolim discedens. Longobardis mãdauit vt pauperuma Pannonie rura que incolebant desererent: et ad Italie fertile solũ possidendum cõfluerent. Quod audiens vt i Italiter parauit ad Italiã. Anno aũt dñi. ccccclxx. acies in celo eant.

Longobardi in Italiã

Bothi Italiaz relinquunt.

Theias rex Gothorum fortissimus occiditur.

Narses Romas capit.

Vigili' papa ab

per Italiã apparuerũt.humanũ sanguinẽ qui postea effusus est:significauerũt. Ac deinde cõtinuatis imbrib⁹ pluribus dieb⁹:tanta aquarũ vi auct⁹ est Tyber:vt magna strage ppli humiliora loca submergeret:z sic in quibusdã aliis ciuitatibus z locis accidit. Leuuigild⁹ Gothorũ rex rebellantes Hispanie ciuitates subegit Albuinus igitur Longobardorũ rex vocat⁹ a Narsete Italiã ingredit/magna Longobardorũ multitudine cũ filiis z vxoribus z aliis barbaris nationibus. Deinde Mediolanũ ingreditur/z intra breue temporis spatiũ/sibi totã preter Papiam:Rauẽnam:z Romam subiecit Italiaz. Quã Longobardi z eorũ reges possederunt annis.cciij.vsq; scilicet ad tẽpora Laroli magni: vt dicẽt. Hec Lõgobardorũ gens:qui prius dicti sunt Uinili(alias Uiruli)nunc Longobardi. Anno incarnationis dñice.cccl xxij.olim deserta insula Scãdinauie in septẽtrionali oceano sita:in Pannonia tandẽ sedẽ posuerunt. Et inde a Narsete vocati in Italiã venerũt. Quãuis autem Narses placatus persuasione pontificis Joãnis niteret Lõgobardos ab ingressu Italie reuocare:tamẽ q; Albuinus iam fuerat literis eius accẽsus:z cũ oĩbus suis vxoribus z familia iter assumpserat:deterreri nõ potuit a psequutiõe incepti. In ipso primo eorum ingressu ciuitatem Mediolanum obsederunt vndiq;:qua violenter effracta:oẽs pene inhabitantes gladio occiderũt. Quorum ergo Mediolano oẽs alie ciuitates timẽtes crudelitatẽ barbarorũ se spõte ei subiciebãt. Narses interim Rome mor̃it:cui⁹ corpus in locello plũbeo positus est:z cũ oĩbus diuitijs suis Cõstãtinopolim est delatũ: siue (vt alij dicũt) Neapolim:q; ppter virtutẽ patricijat⁹ dignitatẽ pmeruit. Erat aũt vir pyssim⁹:vigilijs z orationib⁹ tm̃ studens:vt plus supplicationib⁹ ad deum perfusis:q; armis bellicis victorias obtineret. Erat essi religione catholicus: in pauperes munific⁹:ẽ reparãdis ecclesijs satis studiosus. Albuin⁹ aũt Lõgobardorũ rex partẽ Italie qua largus patẽs in ea habeb̃ ingressus nepoti suo Gisulpho summe potentie viro donauit. Anno autẽ dñi.cccccl xviij. Armenij fidem christi publice susceperunt. Uenetia Galliaq; ois cis alpes a Lõgobardis est possessa preter Papiã:q; quũ triẽnium obsidionem sustinuisset:hoc tandem anno deditur.

Ort⁹ lõgobar/dorum.

Mediolanũ iterũ capit

Narses mor̃it

§.I. Albuinus rex Lõgobardorũ

Albuinus seu alboin⁹ rosimũde vxor⁹ dolo necatur.

antecq; Pannoniã egrederet:cũ Guimũdo(al's Chunimũdo)rege Gepidarum cõgressus eũ occidit. Cui⁹ filius dum ad paterne necis vltionẽ accingit:ab Albuino etiã supatus occidit. Cui⁹ exercit⁹ partim gladio partim captiuitate psterñit. Inter captiuos aũt filia ipsius regis Gepidarũ occisi noie Rosimũda q; ab aliis Rodisinda nuncupatur pulcherrima corpe reperit. Quã Albuinus in sui pernicies duxit vxorẽ. Qui etiã vt refert Joã. de col'. interfecti regis caput auferẽs:ac testã seu caluariã auro ornãs:ex illa poculũ ad bibendũ fecit quasi craterã:ac illa in magnis solẽnitatibus z festis vrebat. Quũ aũt hic Albuin⁹ post multas hoĩs strages ac ciuitatũ excidia eẽt Uerone:ac semel ĩ die solẽni in cena cũ regina vxore sua discumberet multo vino calefactus:paterã quaz ex capite patris vxoris fabricari fecerat/vino repletã porrexit vxori sue dicens. Bibe cuz patre tuo. Que postq; caput patris aspexit:ingemuit:verum more femineo cũ simulato gaudio tulit. Et deinceps qualiter in vltionẽ sui mortẽ patris sui z fratris vindicare posset: cogitare cepit. Erat aũt tunc in ducis exercitu quidam iuuenis noie Perede⁹:quẽ nonnulli Peretheũ vocãt:corpore decorus:armis strenu⁹:hic puellã regine obsequio deputataz carnal'r cognoscebat. Accidit aũt q; rege absente regina dictã puellam ad se vocatam in ppria camera iacere fecit:z regina in camera puelle. Quo facto ex puelle nomine iuueni mãdat vt ad se nocte ille veniret. Qui in primo noctis crepusculo ad locũ venit. Intrãsq; lectũ in quo regina se posuerat:cũ ipsa cõcubuit. Quo facto dixit regina ad militẽ. Scis que sim:Quisq; ille ex amice noie vocasset:ait illa. Nõ sus:s; sũ regina Rosimũda. Et addidit. Talẽ rẽ hodie perpetrasti; vt nisi Albuinũ regem occidas:z patrẽ meum vindices quem ipse peremit:absq; dubio tu illius gladio interibis. Ad cui⁹ verba ille vehementer stupens:postremo multis promissionibus acquieuit. Statura igit̃ die ille in camera armis omnibus munitus abscondit. Quũq; se rex posuisset in lecto nudus e latebris exiliẽs Perede⁹ euaginato gladio regez aggredit. Ille vero ita vt erat nudus de lecto egressus scabellum vt se defensaret arripuit. Sed nec diu:nam ab armato facilit̃ vulnerat̃ z postremo occiditur. Regina autem hoc perpetrato scelere magnã partẽ thesauroz regis acipiens vna cũ milite q; maritũ occiderat Rauẽnã fugit ibiq; eũ in virũ accepit:vbi quũ nõ multo post aliũ pulcherrimũ iuuenẽ regina adamesset:et ipm habere in virũ ꝓcupiuit:vñ virũ illũ priozẽ cogitauit extinguere. Igit̃ venenũ vino cõmiscens illũ rogabat vt biberet:q; quũ haurire cepisset:z amaritudinẽ magnã sentiret:et rem suspectã haberet:mãdat regine vt ipsa residuum bibat. Qõ quuz illa recusaret:extracto gladio eam bibere ꝓpulit:quo hausto illa eadẽ die ambo perierunt. In regno aũt Longobardorũ Cleb Albuino quidã a Longobardis substitutus est in regno.

§.II. Circa ea tpora in Sicilia

Theophilus diabolo se dono dedit.

quũ Theophil⁹ quidã al's satis modestus dignitatem suã scz vicedominat⁹ calũniose accusatus iniuste amisisset: ita moleste tulit tãtã iniuriã:vt nil faciẽdum omitteret ad recuperãdã famã sibi ablatã:adeo q; maleficorũ psilio diabolũ inuocaret:ad prestãdũ sibi auxiliũ ad recuperãdũ honorẽ suũ:parat⁹ ola facere q; ille sibi mãdaret. Qui obtulit se hoc ei facturũ:dũmodo fidẽ abnegaret:z se sibi totũ daret:ita q; z de hoc instrumentũ talis donationis manu sua cõscriberet z ei traderet. Quo facto diuersis modis sequtũ est:vt ille honorẽ suũ recuperet. Sed ad se miser reuersus cognouit scelus suũ:et pniam agens p. xl. dies:z dei genitricis cui deuotus fuerat/suffragia petens:peccati veniã impetrauit:vñ ei dormienti apparuit bta Maria et instrumẽtũ sue abnegationis qõ sigillatũ diabolo dederat sup letũ piecit ad iudiciũ remissionis sibi facte. ¶ Ex historia Britanno⁹ refert Jo. de col. q; quadã celeberrima curia congregatione pncipũ in ciuitate Legionẽsi habita:oẽs reges occideratiũ nationũ et principes Galliarũ interfuerũt. In qua deliberatũ est:vt duce Britonũ Arturo Italiã ac ipam Romanã vrbẽ occuparẽt. Magno igit̃ exercitu congregato in Burgũdie finibus aduersus Luciũ Hispaniarũ ducez q; sub Leone pncipe eas regiones gubernabat:pcessit ad preliũ. In via autẽ gigantẽ quendã singulari certamine vicit:z nõ multo post longe a lingonẽsium vrbe cũ Romanis ducib⁹ pugna cruẽta cõflixit:ex qua post vtriusq; exercitus grauẽ cedẽ victor euasit. Post quã victoriam quum versus Romã ipsam iter dirigeret:audiuit Mordoretũ eius nepotem:quẽ ad regni custodiã dimiserat:se occupata Britannia regem costituisse. Qõ intelligens Arturus a proposito destitit:ac in Britaniã cõtra nepotẽ reduxit exercitũ:quo postq; applicuit cum illo cruentissima pugna conflixit. In qua illud mirandum ac horribile solo dicto refertur:q; non nisi .xx. ex illo exercitu superfuerunt:quum essent vtriusq; exercitus copie innumerabiles. Ipse vero Artur⁹ letali vulnere in prelio susceptο ad quandã insulã deportat⁹ est:ex q; nunq; rediit:vñ sm Merlini vaticiniũ dubium exitum habuit. Successit autẽ ei in regno cognatus ei⁹ Constantius.

Artur⁹ britãn⁹

Mirabilis clades hominum

¶ Circa ea tpa in oriente quidã puer Judeorum filius quũ a coetus suis filijs christianorũ vt refert Uincẽ. ex martiali ad hoc adduct⁹ fuisset:vt in ecclesia sancte Marie matris dñi corp⁹ z sanguinẽ domini nr̃i Jesu xpi ibi pciperet:propter hoc a patre suo hoc sentiẽte piect⁹ est in fornacẽ ardentem vnde a christianis illesus extractus est. Nã mater eius quũ audisset patrẽ filiũ pburere: cucurrit ad liberandum eum. Sed quũ vidisset incẽdia ab ore fornacis patulo hucilluc reflergi:ornatũ capitis ad terram prozecit:diffusaq; cesarie se miserã clamitãs ciuitatẽ vocibus implenit. Christiani autem concurrentes ad spectaculum: retractis ignibus ab ore fornacis:inuenerunt puerum quasi sup plumas molissimas decumbentem. Quoq; fideles benedixissent deum:piectum huius sceleris autorez iudeum eius patrez miserunt in fornacez:quẽ ita totũ ignis absorbuit:vt vix de ossib⁹ ei⁹ puum quodãmodo relinqueret indicium. Interrogãtib⁹ autẽ christianis puerus quale ei inter ignes fuisset vmbraculum:ait. Mulier illa q; in basilica vbi panes accepi de mẽsa:in cathedra sedens puerulum in sinu gestat: illa me pallio suo ne ignis voraret operuit:scilz beatissima virgo Maria. Igit̃ puer agnita fide credidit et baptizatus est cum matre sua:z multi aliorum iudeorum ex hoc miraculo puersi sunt ad xpm. ¶ In Gallia vt refert Uinc. spec. hist. mos sup Rhodanum fluuium multis diebus dans mugitum:tãdem ab alio mõte sibi vicino discussus cuz ecclesijs domib⁹ hoĩb⁹ z bestijs in Rhodanum precipitatus est. Clotharius rex Fracoz Cranum filium suũ ou ptra se rebellãtes ei eiusq; auxiliario duci Britonum Chonobro occurrit. Et Chonobrum quidẽ pemit:Chranum vo captum igni cum a patre vxore z filiab⁹ pburi fecit.

Judeꝰ infans tulusin ignis fornace illesus.

Chrãn⁹ cremat

¶ Post hec vt refert Hze. Turonensis:dum Clotharius rex in Chocilia sylua venationem exerceret:a febre valida corripitur:z exinde Compendium

dium villam que est palatiū regale adijt. Ubi aūt grauiter vexaretur dicebat: vach, vach. Quid putatis qualis est rex celestis qui tam magnos reges interfecisse dignoscitur? Et in hoc tedio spūm exhalauit. Obijt autez anno. lx. regni sui. Quez quatuor filij sui cum magno honore Suessionem deferentes: in basilica sancti Medardi sepelierunt.

Clotharij interritus.

§. III. De diuisione regni Francorū inter filios Clotarij & vxorib⁹ eorū.

Temporibus illis vt narrat Uinc. spe. histo. post Greg. turonē. lib. xxij. c. cxvij. Chilpericus post mortē patris sui thesauros quos in villa Brumacho (al's Brannacho) cōgregauerat/accepit: et Francos vlteriores petijt: ipsosq; muneribus multis donatos sibi subdidit: & mox Parisios ingredit: et sedē Childeberti regis occupauit. Sed nō diu licuit ei possidere. Nam cōiuncti fratres ei⁹ inde eū expulerunt. Et sic inter se hi quatuor Aribert⁹ (al's Charibert⁹) Gunthr: annus: Chilpericus atq; Sigebertus diuisionē legitimam fecerunt. Accepitq; Aribert⁹ regnū Childeberti: sedēq; cōstituit Parisijs Gūthrannus regnū Clodomiris accepit: & Aureliani sedez instituit. Chilpic⁹ regnū Clotharij pris sui accipiens/ Suessione sedē statuit. Sigebert⁹ regnū Theodorici sortit⁹ sedē statuit habere in ciuitate Remēsi. Aribertus rex Nigebridā duxit vxorē. Habebat aūt ipsa regina puellas duas cuiusdā pauperis filias nimis speciosas: nomē senioris Marcanosa: et nomē iunioris Merofidis: in quarū amorem rex nimis exarcit. Ob hoc Nigebrida affligebat eas nimio odio nam et patrē earū cōpositorē lanificij iusserat fieri. Pro qua causa rex nimis irat⁹ Nigebridā reliquit: & Merofidē vxorē accepit: post hoc etiā Marcanosam sororem eius ad coniugum sibi copulauit. Et ob hanc causam a sancto Germano Parisiensi epo excōicatus est. Sed quum eā rex relinquere nollet: percussa dei iudicio mortua est. Et nō post multū tēpus Aribertus etiaz rex mortuus est: & in Blauia castello in ecclesia sancti Romani sepultus. Porro Sigebert⁹ rex quum videret q; fratres ei⁹ indignas sibi vxores acciperent: & ancillas sibi cōiugio copularent: legationē in Hispaniā misit & multis muneribus datis Athanahildi (al's Athanagildi) regis filiā petijt. Erat essi puella elegās pulchra & ingeniosa/noie Brunechildis. Quā acceptā q; aliene legi. s. Arrianorum fuerat subiecta: precepit baptizari. Qō vidēs Chilpericus rex quum iam plures haberet vxores & sortē ipsius Brunechildis noie Galsondā (al's Glassunitā) petijt in coniugiū ꝓmittēs se alias vxores dimissurū. Que ab eo in coniugium assumpta & baptizata: magne sanctitatis est effecta femina. Per odium autem Fredegundis pessime concubine sue ortum est inter eos magnum scandalum. Itaq; dicebat Galsonda se tantas iniurias Fredegundis nullatenus sustinere posse. Petijtq; a rege vt relictis thesauris quos secū de hispania detulerat: liberaz redire dimitteret ad patrem suū. Sed ipse ei verbis mollibus blandiebat. Demum per consiliū pessimū Fredegūdis eā per noctē in strato suo strangulauit. Post cuius obitū deus pro ea virtutes ostendit. Quo facto fratres Chilperici sup hoc indignantes. eum de regno ejcere voluerūt. Habebat autem tunc Chilpericus tres filios de Andouera (al's Audonera) regina sua. s. Theodoberti: Merouei: & Clodoueum. Ipsa quoq; Fredegundis versuta dominā suam Andouerā decepit: nam et ipsa Fredegundis ex familia infima fuit. Quū igitur Chilpericus rex in hostem pergeret cum Sigeberto fratre suo contra Saxones: Andouera regina domi remansit grauida & et filiam peperit. Cui Fredegundis consilium dedit vt eam cito faceret baptizari: quatenus rex de prelio veniens filiam baptizatā gratulanter respiceret. Uocato itaq; epo vt eam baptizaret: quia nō esset matrona que eā fusciperet ipsa mater a Fredegunde monita eam de sacro fonte fuscepit. Uenienti autē regi cū victoria exijt Fredegūdis obuiā dicens. Deo gratias: q; dōs rex noster victoriam habuit de inimicis suis: natamq; tibi est filia. Cui q; dōne nn dormies hac nocte: q; dōna mea regina est cōmater tua de filia tua Childeinda. Et ille ait: si cū illa dormire nequibo: dormiā tecum. Quūq; introisset rex in aulā suā & occurrit ei Andouera regina cū filia sua. Et ait rex. Nefandā rem fecisti per simplicitatem tuā. Jā essi cōiunx mea esse nō poteris. Rogauitq; eam sacrū velamen induere cum ipsa filia sua: & dedit ei prēdia multa & villas. Epm vero qui eam baptizauit exilio cōdemnauit: & Fredegundem reginam sibi copulauit.

magna Fredegundis astutia.

§. IIII. Uincen. specu. histo. lib. xxij. ca. cxxviij. Ex historia Frācoꝝ Chilperic⁹ siquidē Theodobertū filiū suum seniorē: qui antea Sigeberto iurauerat vltra Ligerim non transire: cōtra eum vt hostem direxit in aciem. Qui ambiens ciuitates Sigeberti auunculi sui peruasit Turones. Pictauos et reliquas. Apud Pictauos pugnauit cōtra Hōdobaldū ducē & collisusq; est exercit⁹ Hondobaldi: & fugit: magnamq; illic cedez Theodobertus fecit. Commoto inde exercitu Lemouices Cadurcosq; ambiens peruasit atq; vastauit: ecclesias incendit: monasteria destruxit: clericos interfecit: monasteria virorū deiecit: puellarū delusit: & cuncta vastauit. Fuitq; eo tempore maior gemitus in ecclesijs: q; tempore persequutionis Diocletiani & Maximiani. Inter has discordes Chilpericus etiam commoto exercitu vsq; Remos accessit cuncta incendens atq; debellans. Quod audiens Sigebertus cōuocatis gentibus illis que vltra Rhenum sunt Parisios venit: & cōtra fratrē suum ire disposuit. Chilpericus quoq; fugiens per Rothomagensem regionem cum vxore sua et filijs Tornacum ciuitatem ingressus/ibi se clausit et communiuit. Sigebertus vero ciuitates illas que vltra Parisios sunt posite vsq; ad Rothomagum accepit: & reuersus est inde Parisios. Tunc Franci qui quondam ad Childebertum seniorem aspexerāt: ad Sigebertum legationem mittentes: relicto Chilperico ipsum sibi regem stabiliunt. Qui misit eos vt fratrez suum in memorata vrbe Tornaco obsiderent: dicens se cum exercitu sequuturum. Cui beatus Germanus epūs Parisiēsis dixit. Si abieris & fratrem tuum occidere nolueris: viu⁹ & victor inde redies. Si autem aliud cogitaueris: morieris. Si enim dōs per Salomonem ait. Foueam quā fratri tuo parabis: cades in eam. Quod ille audire neglexit. Cum Fredegundis memor artiū suarum/inebriauit duos pueros timanenses & dixit eis. Ite ad Sigeberti cuneum: & simulate vt euz supra vos regem eleuare debeatis: & interficite euz. Si ea dere poteritis: ego mirifice honorabo vos & sobolez vestrā. Si autē corrueritis: ego eleemosynas multas per loca sanctorū tribuā. Illi vero nec dubij fero ad eum vt erant corde venientes: quez aliā causam suggerere se velle simularent: abstractis cultris vtraq; ei latera feriunt. At ille vociferās corruens emisit spūm: vbi etiam et homicide illi corruerunt. Chilpericus vero nesciebat: donec Fredegundis omnia de interitu fratris enarrauit. Tunc Chilpericus rex de Tornaco egressus fratrē suum Sigebertū apud Lambras vicū sepeliunt. Interēpto vero Sigeberto rege Brunechildis regina cū filijs suis residebat plena luctu: quid agere deberet ignorās. Dūdobaldus autē dux apprehendit Childebertuz filiuz eius furto per noctē: & cū eo aufugit in Austriā. Collectisq; gētibus super quib⁹ pater eius regnauerat: regē euz instituit. Chilpericus vero rex Parisios veniens apprehensa Brunechilde apud Rothomagensem vrbē eam in exiliuz intrusit: filias quoq; eius Meldis ciuitate teneri precepit. Chilpericus post hec filium suum Merouei cum exercitu vltra Ligerim dirigit. At ille relicta ordinatione patris tūc per Cenomānos reuersus: matrē suam Andouerā visitare fingens Rothomagum venit. Ibiq; Brunechilde regine cōiunctus: eā sibi in coniugiū copulauit. Hoc aūt sciens Chilpericus q; ꝑ fas & legē canonicam vxorē patrui sui accepisset: valde amar⁹ fact⁹ est: & festin⁹ ad ipsam vrbē prexit. Illi vero qui cognouissent q; eos separare deberet: ad basilicā sancti Martini que est ligneis tabulis supra muros cōstructa: cōfugerunt. Rex vero illos inde ingenio ejcere non valens: iurauit eis dolose. Si volūtas dei est (inquit) egovos nō separabo: quo audito de basilica sunt egressi. Et dignanter acceptis epulatus est rex cū eis. Post hec vero insidiante Fredegunde propter ꝓsugationē Brunechildis: Merouеus tōsurat⁹ est: & iussu Chilperici patris sui presbyter ordinat⁹ est: & ad monasteriū Lenomānicū q; vocat Anisola directus: vt illi regulr degere deberet. Eo quoq; tpe beatus Germanus Parisiorum epūs plenus virtutib⁹ migrauit ad dōm: & gloriose cū magno honore in ecclesia sctī Uincentij delatus sepult⁹ est. Childebertus post hec minoz legationem ad Chilpericum misit propter Brunichildem matrem suam rehabendam: qui eam pacifice reddidit.

Chilperic⁹ tor nacū ꝑ fugit.

Gāct⁹ Germa n⁹ epūs parisiē.

Sege berti ce des.

Merouе⁹ q; & Merouethus Brunechildez duxit vxorez.

§. V. Post hec Chilpericus rex descriptiones nouas & graues p cōsiliū Fredegūdis in omni regno suo fieri iussit. Pro q; causa multi relinquētes ciuitates illas & possessiones alia regna petierunt: dicētes meli⁹ esse peregrinari q; tali piculo subijci. Populus vero valide oppressus vociferat ad dōm. Eo tpe Chilpic⁹ rex grauiter egrotauit: q; sanitatē recuperāte filij eius grauiter egrotarunt. Et Fredegundis plena dolore filiorū & gemitu: ait ad regē iaz sero penitēs. Diu nos male agētes diuina sustinuit pietas. Sepe nos febrib⁹ & alijs malis corripuit: & emendare neglexim⁹. Ecce iā perdimus filios: iā essi eos lachrymē pauperū/lamēta viduarū/suspiria orphanorū interimunt. Ecce auri & argēti immēsa pōdera. Cellaria & horrea plena redundāt: & nescim⁹ cui cōgregamus ea. Ecce q;ō pulchrius

Nota.

habebam⁹ pdidim⁹. Quid ergo pderūt nobis oīa ista? Nūc igīt placeat tibi cōsiliū meū: t iube reddere qō male quasi m⁹: t descriptiones nouas q̄s iniuste t nequiter fecim⁹: nube igne cremari: vt t si filios pdim⁹: vel saltē ppetuā penam euadamus. Tunc rex corde cōpunctus/tradidit oēs descriptiones iniquas igni cōburēdas. Post hec filius eius parūulus mortuus est: alius quoq; noīe Clodobertus. Fredegundis aūt filiū peperit quē vocauerunt Clotharium. Hic postea fuit rex magnus qui etiā genuit Dagobertū. Mariti etiā tūc discordie inter Chilpericū t Chyldebertū nepotē suū psurgebāt. Irritabāt eīm eos ex vtrisq; ptib⁹ Fredegūdis t Brunechildis. Erat autē Fredegundis regina pulchra t ingeniosa nimis atq; adultera. Landericus eīm erat tunc in aula regis Chilperici vir efficax atq; strenuus: quez memorata regina diligebat multum: q: luxuriabaf cum ea. Quadā igīt die quum maturius rex Chilpericus ad venationē exercendam de villa Callensi in Parisiacā pgeret: reuersus est in camerā palatij de stabulo equorū. Illa faciem suā erat abluens in ipsa camera. Et rex retro veniēs eaz in nates fuste percussit. At illa cogitās q⁹ Landericus esset: ait Quare sic facis Lāderice? Respicienscq; vidit q⁹ rex esset: et vehementer expauit. Rex vero nimiū effectus tristis in venationē perrexit. Fredegundis itaq; vocauit ad se Landericū: t narrauit oīa que fecerat dicens. Cogita quid agere debeamus: q: crastina die ad tormēta valida exhibebimur. Et ait Landericus cōtrito spū t lachrymis commotus. Tam mala hora viderūt te oculi mei: ignoro enim quid agere debeamus. Comprimunt me eīm vndiq; angustie. At illa dixit ei. Noli timere audi cōsilium meū: t faciam⁹ hāc rem: t non moriamur. Quū rex de venatione summo vespere obtenebrāte aduenerit: mittamus q̄ eū interficiant: t precones clament q⁹ insidie sunt Childeberti nepotis sui. Illo aūt mortuo/nos cū filio nostro Clotharīo regnabimus. Factuz est autē in initio noctis reuertēte Chilperico rege de venatione: quidam pueri gladiatorzes inebriati vino a Fredegunde missi dū de equo descēderet: pergentib⁹ reliquis psonis ad negotia sua: ipsi gladiatorzes percusserunt regē in aluo. At ille vociferans emisit spiritū. Succlamauerunt q; gladiatores quos regina fraudulenter miserat dicētes. Insidie hoc fecerūt Childeberti regis Austrasiorū super dīm nostrum. Tunc exercitus huc atq; illuc discurrēs: quū nihil inuenissent reuersi sunt ad propria sua. Itaq; Fredegundis viro suo Chilperico ingeniose perēpto ipsa cum Clotharīo rege paruulo suo t Landerico: quē maiorē domus palatij elegerunt in regno resedit. Frāci q; dictuz Clotharīū sup se regē constituerūt. Audiēs aūt hec Childebert⁹ rex austrasiorum filius Sigeberti hostē collegit: nam defuncto Guntranno patruele suo regnū Burgūdie ipse acceperat. Hic Gūtrannus rex Francorū dum semel in venando fessus in gremio armigeri sui dormiret iuxta riuum aque: postea experrect⁹ t stupefactus dixit se p somnū p pontē ferreū trāsisse: t sub quodā monte thesauros multos vidisse. Quo quū rex perrexisset ḡm fidem somnij: multos thesauros inuenit: eosq; acceptos sancte ecclesie vsibus delegauit. Post mortez igīt huius quuz Childebertus accepisset eius regnū: Burgundiones t Austrasij t superiorzes Franci simul commoto magno exercitu per Lāpanias digressi: pagū Suessionicū cum Bundebaldo t Uintrione deuastabant. Hec audiens Fredegūdis cū Lāderico t reliqs Frāco⁹ ducib⁹ hostē congregat: t ad Brumacum villam veniens multa dona t munera Francis dedit: eosq; ad pugnādū cōtra inimicos suos incitauit. Quū autem cognouisset q⁹ multus esset exercit⁹ Austrasiorū: coadunatis Frācis qui cū ea erāt cōsiliū dedit eis dicēs. De nocte cōsurgam⁹ cōtra eos cū lucernis quas portent ante nos p̄cedētes: t simul ramos syluarum in manib⁹ nostris feramus cum tintinnabulis supra equos ligatis: vt eorum vigiles t custodes equorū nos cognoscere nequeant: t nos in initio diei illucescente irruamus sup eos: t fortitā eos deuincem⁹. Placuit hoc cōsiliū. Quū aūt denuntiatuz fuisset placitū qua die ad prelīandū in loco nuncupato Trūcia in pago Suessionico conuertere deberent: illa sicut pfidium dederat/de nocte cōsurgēs cū armorū apparatu/cum ramis in manib⁹: t reliqs q̄ supra dixim⁹: ascēsis equis Clotharīū paruulū regē in brachio vehitans vsq; ad Trunciam puenit. Quū aūt custodes hostiū ramos syluarū quasi in mōtib⁹ in agmine Francoz cernerent: t tinnitū tintinnabulorū audirēt: dixit vir ad sociū suum. Nonne hesterna die in illo t illo loco cāpestria erāt: quō nunc syluas cernim⁹? At ille irridens eū dixit. Certe hac nocte inebriatus extitisti: t modo deliras. Nunquid audisti tintinnabula equorū iuxta ipsam syluā pascentiū. Dū hec agerent: t aurora diei initiū daret: irruerunt Franci cū strepitu rubarū sup Austrasios t Burgūdiones dormientes: t interfecerunt maximā partez exercitus eorū a maiori vsq; ad minorē. Bondebaldus q; et Uintrio p fugā delapsi vix euaserunt. Landericus q; insequut⁹ est Uintrionez: sed ille cursu velocissimi equi euasit. At vero Fredegundis cū reliquo exercitu vsq; Remos accessit: ac tota Lāpania succensa/cum multis spoliis reuersa est ad ciuitatē Suessionēsem. Eodem tpe Childebert⁹ rex Austrasiorū habebat duos filios: senior vocabaf Theodebert⁹ ex concubina. Junior vero ex regina natus erat noīe Theodoricus: quē cum auia sua Brunechilde in Burgūdia in regnum Guntranni regis magni direxit. Eo tēpore mortuus est Childebert⁹ rex iunior: regnauitq; annis. xx. Theodebertus autem filius eius in regnum patris sui successit idest in Austra. Theodoricus vero in Burgundia.

Clotharius.

Chilperic⁹ vxoris fraude trucidaf.

Frede-gundis hostes mira fellit astutia.

§. VI. De reprehensione sancti

Colūbani erga Theodoricū regē de adulterio: et persecutione eius contra sanctū Columbanū. Theodoricus ergo vt refert Uincē. spe. histo. lib. xxiij. ca. iiij. q: intra regni sui terminos habebat sanctū Columbanū abbatē plurimorum et nominatissimū: sup hoc gratulabaf. Quū aūt ad Theodoricum vir dei sepissime veniret: cepit increpare eum cur cōcubinarū adulteriis miscerē: t non potius ad legalē plem procreandā legitimo coniugij solamine frueret. Quūq; ad eius imperiū rex obtēperās se ab oībus illicitis segregaturum respōderet: eius auia Brunechildis cōtra virū dei stimulata est. Uerebatur eīm ne si rex abiectis pcubinis regnaz quā in vrorē acciperet auie prefecisset: dignitatis sue t honoris modū amputaret. Quadā igitur die quum ad eum veniret illa Theodorici filios adulterinos ad eum adduxit. Quo sciscitante quid sibi vellent: ait. Regis filij sunt: tu eos tua benedictione roboza. At ille. Nequaq; eos regnaturos scias: q: de lupanaribus emerserunt. Tunc illa furens parūulos abire iussit. Egredientecq; viro dei aulā regiā dum limīē trāsirer: fragor subito est exort⁹: qui tota domū quatiens oībus terrorem incussit: nec tū misere femine furorez cōpescuit. Tunc monasteriū prepositis per nuncios imperat vt nulli eorum extra terminos iter pādatur: nec receptacula monachis eius: vel quelibet subsidia tribuātur. Cernens autē vir dei animos regios cōtra se permotos: ad eoz frangendam pertinaciā properās apud Pisam villam publicam vbi tunc rex erat: occidēte sole peruenit. Q̄ō quū regi nuntiatum fuisset: iussit regio cultu opportuna subsidia parari deiq; famulo dirigi. Qui quum vidisset dapes et pocula regio cultu preparata: quesiuit q̄d de ḡs agere vellēt. Qui dixerunt. Tibi sunt hec a rege directa. Abominatus ea sctūs dixit. Munera impiorū reprobat altissimus: nec dignū est vt oza famulorū dei cibis eius polluanf: q̄ non solū in suis verūetiā in aliorū habitaculis dei famulis adituz denegat. His dictis vascula oīa in frusta dirupta sunt: vinaq; t sicera solo diffusa: ceteraq; separatim diuersa. Pauefacti ministri rei geste causam regi annuntiant. Et ille pauefactus cum auia sua diluculo ad virum dei properat: de cōmisso veniam precaf: seq; postmodū emēdare pollicētur. His pacatus promissis ad monasterium redit. Hec pollicita matrimonij iura nō diu seruata violantur: solitaq; a rege adulteria perpetrantur. Quo audito/vir dei literas ad regem verberibus plenas t cōminatorias direxit. Us rursum pmota Brunechildis animum regis contra eum excitauit. Eos etiā solicitare aggressa est: vt eius cōuersationi detraherēt ac statum regularem quē monachis tradiderat vituperando maculārent. Rex itaq; Lexouiū venit: cōquestus est cuz eo cur a prouincialium moribus desisteret: t intra septa secretiora oībus christianis aditus non pateret. Cui Columbanus vt erat audax t animo ingens ait. Si in hunc locum veniſti vt habitacula seruorum dei destruas: t regulārē vitam macules: scito regnū tuū funditus ruiturū: t cuz omni propagine regia euertendū. Quod postea rei pbauit euentus. His ergo dictis territus extra refectoriū q̄ ingressus fuerat: celeriter repedauit. Quūq; vir dei duris increpationibus vrgeretur: ait. Martyrij coronā me speras tibi illaturū: sed non sum tāte dementie vt tantū scelus perpetrez: quin potius placet vt qui aliorum moribus regulariter tuo proposito discordas: via qua venisti repedare studeas. Ad hec ille se dicit de cenobij septis nō egressurū: nisi violenter abstraherēf. Discessit ergo rex: t virū procerē noīe Wādulfum reliquit: q̄ virū dei a monasterio pellēs/ad exulandum perduxit iuxta oppidū Neſonanēse. Ibi commoratus audiuit carcerē in illo loco plenuz damnatorū. Illuc properans eis verbū dei annuntiabat. Qui quū responderent oēs si liberarenf se emēdaturos t penitētiam acturos: ipse vir dei per ministrum suum iubens vt de vinculis educeret ferreis illos: ferrū manu t fruticē putridus cōminuit: et de carcere liberauit. Peractoq; euangelici cultus officio pedes illis lauit

Theodoricus incestū arguit.

Brunechildis Columbano infesta.

Laptiui opa Columbani solum

lauit ⁊ ertersit. Deinde imperauit vt ecclesiam intrarent: ⁊ scelus cõmissum fletibus abluerent. Tribunus audiẽs carcerẽ euacuatũ cum militibus eos insequit: sed oratione viri dei facta pro illis ne ad vincula reducerentur expresso miraculo per clausurã portarũ ecclesie virtute diuina liberos dimiserunt. Non multo post tpe sancti Colũbanus reuersus est nullũ timẽs ad monasterium a quo prius fuerat exiliatus. Quo audito rex ⁊ auia eius Brunechildis aculeis atrocioribꝰ stimulati: iubẽt cohorti militũ vt vi illum a loco abstrahãt: atq; ad exiliũ pristinum ferant. Qui monasteriũ ingressi quũ ante eum transirẽt ipm dei nutu videre nõ poterãt. Qõ quũ regi fuissent nuntiatũ: aucto furore quendam comitem ad eũ destinauit: qui eũ rogabat ex parte regis vt inde recederet. Qui respondit nõ nisi vi coactum se recessurum. Demũ vir dei cernẽs periculũ aliorum si seueritati sue satisfaceret: egressus inde ad Aualonẽ castrũ puenit. Sed quũ in via custos equoꝝ Theodorici lancea eum trajscere vellet manus eius qua lanceam extendebat/obriguit: ⁊ ipse a demonio arreptus ad pedes sancti corruit: sed oratione eius liberatus est. Porro Theodoricus rex apud Metẽse oppidũ diuinitus percussus: inter flagrãtis ignis incendia mortuus est. Post quẽ Brunechildis filiũ eius Sigebertus in regno suffecit. At Clotharius memor prophetie viri dei: collecto exercitu fratres regni qui sue ditioni debebanẽ volẽs recipere Sigebertũ captũ peremit: fratresq; ei? quinq; Theodorici filios cũ proauia Brunechilde cepit. Et pueros quidem separatim perenit. Brunechildem vero ignobiliter camelo impositam hostibus girando monstrauit primo postꝯ indomitorũ equorũ caudis irretitã miserabiliter vita priuauit. Funditus ergo et radicitus Theodorici stirpe sublata: Clotharius trium regnorũ monarchia solus potitus est: ⁊ sic beati Columbani prophetia in oĩbus impleta. Hic sanctus Columban? multis miraculis claruit. Et inter cetera quum semel sepulchrũ beati Martini cũ socijs visitasset: ⁊ quas portauerat secum pecunias pro viatico furtim ablate fuissent: pie questus est apud sanctum Martinũ in oratione ꝯ non venerat vt sibi auferrentur bona socioꝝ repeteq; qui furatus fuerat verberatus cõparuit indicans furtum ⁊ locũ vbi abscõderat atq; restituens. Item quũ in quodã loco syluestri permaneret fructibꝰ arborꝝ victũ percipiẽs: ⁊ minister eius pro fructibꝰ colligendis tpe refectionis ad locũ accessiisset: inuenisset; q; vsum fructus comedentem: nuntiauit viro dei. Qui ad locũ remisit eum mãdans vt diuideret fruteta ⁊ poma: partẽ assignans vse pro sui sustentatione: ⁊ partẽ pro cibo viri dei. Qõ animal oĩno obediens fuit: nihil sumens de parte assignata ꝓ viro dei. Qõ est ad magnaz confusionẽ hominum deo non obedientium. Huius sancti Columbani inter ceteros fuit discipulus sanctus Gallus: qui postꝯ per tẽpora cõuersatus fuerat cũ eo in sancta religione inspirat? a deo per diuersa loca discurrit: loca religiosa constituẽs: ⁊ specialẽ gratiã ejciendi spiritus immundos a dño percepisse legitur. Episcopatus sibi oblatũ renuit: sed in desertis locis habitans sibi ⁊ deo solo vacauit. Et post multa miracula in domino requieuit.

Theodorici filiorũq; eius et Brunechildis authore Clothario cedes.

Gãct? Gallus colũbani discipulus.

§. VII. Proinde Justinus imperator octauo imperij sui anno pedib? cepit ifirmari: quapropter assumens comitem excubitorum Tyberium odoptauit in filiũ: ⁊ successorem suum ipsum declarauit. Hugo flo. Justino aũt mortuo vt testat Sigisbert? qui imperauerat annis circiter. xij. suscepit imperiũ Tyberi? secũdus huius nois. anno dñi. dlxxvij. Mũdi aũt ab initio anno quinquies millesimo. dcclxxv. sm cõmunior̃ opinionẽ. Naz antea Romanorum vrgente inopia famis multi se Longobardis dediderant. Qui Longobardi vt dictum est supra imperante Justino Italiã intrauerunt. Fuit imperator iste vir iustus strenuus/vtilis/sapiẽs/in iudicijs clarus/eleemosynarius. Et qõ oĩbus prestantius est) deuotissimus ⁊ totus catholicus. Hic quũ multa de thesauris quos Justin? congregauerat pauperibus erogaret: Sophia augusta eum sepius arguebat dicens ꝯ rempublicã in paupertatẽ redigeret: et qõ multis annis cõgregauit Justinus: tu (inquiebat) intra paruum tẽpus prodige dispergis. Cui ille aiebat. Spero in deo ꝯ non deerit pecunia fisco nostro: trñs. vt pauperes eleemosynã recipiant aut captiui redimanꝰ. Deinde quũ quadã die per palatium ambularet: vidit in pauimento domus marmoream tabulam: in qua crux dñica erat sculpta et ait: Cruce dñi frontem nostram ⁊ pectora debemus munire: et ecce iam sub pedib? calcamus: mox tabulã inde iubet auferri. Qua sublata alterã inueniunt hoc signum crucis habentem: qui ⁊ ipsam iussit leuari. Hac remota inueniũt ⁊ tertiã tale crucis signum habentẽ. Hanc etiam iussit auferri. Hec quũ fuisset sublata: magnum thesaurũ inueniunt sup mille auri talẽta. Sublatoq; auro abundantius ꝯ prius consueuerat eleemosynas elargitur. Preterea ⁊ Narses patritius dum esset Italie presidẽs: fecit in domo sua magnã cisternã fodi: in qua abscondit immensos thesauros: occisis; oĩbus conscijs huius rei: vni seni a quo sacramẽtuz celandi id exegerat commendauit. Mortuo Narsete senex ad Tyberium proficiscit: ⁊ ait ad eũ. Si mihi vtile futurũ erit: rẽ tibi magne vtilitatis pandã. Dic inquit imperator: tibi eñ profuturũ erit. Indicauit senex locũ thesauri quẽ Narses condiderat. Letatus Tyberius pueros suos ad locũ illũ trasmisit: aperta cisterna thesaurũ inueniunt: quo per plures dies cisterna vix potuit euacuari. Deinde dictum thesaurũ pene omnẽ Tyberius manu largifiua pauperibus dispersit. Sequenti anno. s. secundo imperij sui Tyberius misso exercitu suo cõtra gentẽ persarũ eam feliciter subegit. Victorq; rediens tantã molem prede cũ. xx. elephãtibus detulit: vt humane crederet cupiditati posse sufficere. Daphon Longobardoꝝ rex post Cleb demũ diem clausit extremum: post quẽ per. x. annos sine duce fuere: in quib? per varios duces omnẽ fere Italiam subegerunt: preter vrbẽ Romanã quam in huius gentis potestatẽ nunq; deuenisse constat. Boethi per ea tẽpora diuisi mutua se cede pternunt. Nauicula Petri tunc regebat Pelagius secũdus: de quo supra dictum est. Longobardi alpes trãgressi in Galliã ruunt: ⁊ magna exacta preda ac ingenti captiuorũ numero in Italiã reuertunt. Lupi ciuitatẽ Burdegalensem intrantes neminẽ metuentes deuorauerunt canes. Demum Tyberius augustus quum imperasset annis multis vbi finẽ vite imminere preuidit: vt refert Vincẽ. specu. histo. li. xxiij. in principio. elegit ad imperiũ quẽdam virum genere Capadocẽ: strenuum ac sapientissimũ: qui ⁊ Mauritius nũcupabat: cui etiã filiam suã Cõstantiã ornatã tradidit regalib? ornamentis dicens. Sit tibi imperiũ meum cũ hac puella cõcessum: vtere ergo eo feliciter: ⁊ habe in mente incessanter equitatẽ ⁊ iustitiã. et intellige hec precipua optimi imperatoris esse insignia qõ postꝯ dixit spirit? exhalauit. Tunc Mauritius purpura indutus ⁊ diademate coronatus ad circum processit: et acclamatus sibi laudibus/⁊ largitis sm morẽ muneribus: primus ex Grecorum gente potitus est Romano imperio.

magn? thesaur? inuẽtus est.

§. VIII. Mauritius igitur sumpsit imperiũ anno dñi. ccccclxxxiij. Mũdi vero quinquies millesimo. dcclxxxiij. sm cõputationeꝫ maiorũ numeri. Et imperauit annis. xxj. Hic fuit vir catholicus fide et reipublice satis vtilis. Hunni qui ⁊ Auares appelleantur: eius industria sunt superati atq; domiti. Circa hoc tempus verus de fracto pane sanguis efflurit. Anno Mauritij primo Persę / Armeniam predis incendijs captiuitate eꝓorum ac populorũ conturbant. Ecclesiã tñ. xlviij. martyrũ apud Armeniam sub Licinio passoꝝ nullo modo incendere potuerũt.

Hũni ⁊ et Auares.

Cum vero scõo imperij Mauritij Antiochia subuertitur hoc modo. Quidã ciuis illius adeo eleemosynis et hospitalitati deditus: vt nullo vnq; die sine paupere vel hospite comederet: quum vna die vsq; ad vesperam ciuitatem circuisset: vt pauperẽ vel hospitem inueniret: tandem virum seniorẽ veste alba indutũ cum duobus socijs statem in medio ciuitatis inuenit. Et inuitans eum ad hospitiũ: hoc respõsum accepit ab eo. Non poteras o homo dei cum nostro Symeone hanc vrbẽ seruare ne subuerteret? Et hoc dicto sudariũ qõ in manu tenebat: excussit super vnã medietatez vrbis. Statimq; ipsa medietas vrbis cum habitaculis et habitatoribus est subuersa. Et volens adhuc excutere sudariũ super aliã medietatẽ vrbis: vir ab illis duobus socijs suis multa prece flexus est: vt parceret residue vrbis medietati. Sicq; virum qui hoc aspiciebat attonitum consolatus ex saluatione domus sue discessit: et vltra non comparuit.

Antiochia subuertit.

Anno Mauritij septimo nimie pluuie inundauerunt: vt oẽs quasi dubitarent ne aque diluuij tempore Noe iterum terram cooperirent. Et tanta clades superuenit: vt nullus grauiorem a seculo esse meminerit. Magnus etiam draco in modũ valide trabis cuz innumerabili serpentum multitudine per Tyberim in mare descendit: a quibus suffocate bestie ⁊ ad litus maris proiecte putredine aerẽ corruperũt. Et de hoc supra in capi. de Grego. papa. In eo aquarum diluuio narrat Grego. in. iij. dialogoꝝ hoc miraculum Vero magna ne accidisse. Rome quidem fluuius Tyberis egressus alueũ Tyberi suũ adeo excreuit: vt eius vnda super muros vrbis influeret: atq; in ea maximas regiones occuparet. Apud Veronam vero ciuitatem ad beati zenonis martyris atq; pontificis ecclesiã venit: cuius ecclesie quum essent ianue aperte aque in eã minime intrarunt: que paulisper crescentes vsq; ad fenestras ecclesie q̃ tectis erant propinque peruenerunt. Sicq; stans aqua ecclie ianuã clausit: ac si illud elementum

magna inunda tio.

liquidū in soliditatē parietis fuisset immuratum. Quumq; essent multi interius inuēti: sed aquarū multitudine eccl'ia omni circūdata: qua possent egredi nō haberent: ibiq; se fame ⁊ siti deficere formidarēt: ad ecclesie ianuā veniebant ad bibendū hauriebāt aquā: que (vt predixi) vsq; ad fenestras excreuerat: ⁊ tamen intra ecclesiā nullo modo defluebat. Hauriri itaq; vt aqua poterat. Stans autem ante ianuam ad ostendendū cunctis martyris meritū ⁊ aqua erat adiutorium: ⁊ quasi aqua non erat ad inuadendum locum. ¶ Mauritius iste imperator circa ea tēpora Armenios et Persas p̄ prefectos suos debellat. Idem Childeberto regi Francorū quinquaginta milia solidorū direxit: vt cū exercitu suo Longobardos de Italia pellat. Is Francorū multitudinē postea in Italiā misit. Lōgobardi interim se ciuitatibus munierūt: legatis Francorū oblatis muneribus pacem cum rege Francoꝝ firmarūt: ⁊ in Francia Francorum exercitus est reuersus. Mauritiꝰ deinde cognito hoc a rege Francorum cepit expetere qō obtulerat: sed rex Francorum nec ei responsum dedit. ¶ Ea tempestate Lōgobardi regē sibi p̄ficiūt Auctharim Daphonis filiū qui Flauius dictus est: a quo Flauij deinde cognominati sunt. Fuit hic rex. xiij. eorū ⁊ regnauit. vj. annis. Ipse autē Auctharis rex Longobardorum Breſillum supra Padi marginē sitam in quaꝝ Doctrulfus dux a Lōgobardis aufugerat: secū partibus imperatoris tradēs/militibus sociatis/Lōgobardorū exercitui fortiter resistens inuasit. Sed quū nō posset resistere: Rauennā aufugit. Breſillus ciuitas capta est: muriq; eius diruti sunt. Exinde Lōgobardi Romam obsederunt. Sed quum Tyberis exūdasset adeo vt super muros vrbis aque ascenderent: ⁊ pestis etiam superueniret: obsidionem ipsam dissoluerunt. Ex qua inundatione aquarum q̄ fuit de mense octobris innumerabilis multitudo hoīm ⁊ pecudum per Italiā ⁊ maxime Rome / ⁊ in Liguria ⁊ Uenetia perierunt: ⁊ tonitrua ⁊ coruscationes vltra solitū. Ex peste illa Pelagio papa defuncto electus est Brego. et a Mauritio approbatus: licet ipse Breg. qui eius filiū sacro fonte leuauerat quū esset Cōstantinopoli: adiurasset eum per literas ne assentiret tali sue electioni: vt supra dictuꝝ est. Et per ali quod tempus fuit Mauritius Bregorio affectuosus et deuotus: sed postmodum ex auaritia sua ⁊ aliorum falsis informationibus in aduersarium commutatus: vt patebit.

§. IX. Anno octauo Mauritii:

Perse Mauritio sub dūtur.

Hormisdam regem Persarum a Persis excecatum filius eius Cosdroe occidit: ⁊ ad Mauritium imperatorez confugit eiusq; virtute Persas debellans regnum persarum accepit: in quo. xxxviij. annis regnauit. Deditq; ei Mauritius imperator filiā suā noīe Mariā in vxorez. De quo Cosdroe infra dicetur. Anno Mauritij. x. in Gallia quidam in sylua cedens ligna/adeo a muscis infestatus est: vt per biennium amens fieret. Deinde sub religionis habitu se exhibebat pseudoprophetā: deinde sanitates ēt super infirmos faciēs

Richaredus q̄ et Recared⁹ Uisigotoꝝ rex.

christi ū se esse dicebat: ⁊ pro christo se adorari iubebat. Nolētes se adorare cū populo quiei multus adherebat: hostiliter insequebatur. Qui postea a quodam fideli occisus est: ⁊ ita sequaces eius sunt dispersi: hec Gigisbertus. ¶ Richaredus rex Uisigothorū terminos Romanorum inquietauit anno Mauritij. x. vt ait Gigisbertus. Et post annos duos idem rex synodo. lxij. epoꝝ apud Toletū congregata: tibi Arriana hereſi abdicata ⁊ anathematizata: se cū toto Uisigothorum cetu cōfirmat in fide catholica. Constantinopoli nascit puer quadrupes: ⁊ alter duos vertices habens: que pdigia p̄trendunt aduersa locis in quib⁹ nascunt. Circa illa tpa regnabat in Hybernia Phultanus. Et in Scotia Brendanus (alꝰ Brendinus) cui frater erat noīe Adelphius: de cui⁹ Adelphij filia q̄ vocata est Selgehes genuit rex Hybernie Phultanus sanctum Furseum de quo infra: et fratres eius Foillanū ⁊ Ultanū. Et hucusq; Greg. Turoñ. historiaꝝ Francorum digessit. ¶ Circa illud tps tunica domini nostri Jesu christi in ciuitate zaphat non longe ab Hierosolyma confessione Symeonis iudei inuenta: ⁊ ab epīs Brego. Antiocheno ⁊ Thoma Hierosolymitano ⁊ Joanne Constantinopolitano Hierusalē in loco vbi crux christi venerabatur est posita. Saugericus Lameracē. eps claret. Ea tēpestate Agilulphus rex Longobardoꝝ in Romanos insurgit. Sed

Irruptio Lōgobardoꝝ in Italiā.

a gente Theudelinda regina non multo post cum eis fedus iniit. Huic regine Greg. papa libros dialogoꝝ misit. ¶ Ingobardi⁹ diebꝰ illis irruētes Lōgobardi in montē Lassinū: diripuerūt oia q̄ in monasterio scti Bñdicti inuenire potuerūt. Nemonasterium vero tenere valuerūt: sicut eidē famulo suo dñs p̄miserat: vt si res gentib⁹ traderet: alias tū saluaret. Monachi sancti bñdicti. ergo fugiētes Romā petierunt: codicē regule a bō Benedicto editū ⁊ pondus panis atq; mensurā vini secū deferentes. Sol a mane vsq; ad meridiē minoratus est vsq; ad tertiā sui partē. s. per eclipsim subtracta luce. ¶ In Nilo Egypti flumine visa sunt alialia humane forme: vir scz ⁊ mulier vsq; ad lūbos sup aquā extātes. Qui ⁊ ab hoīb⁹ p deum adiurati a mane vsq; ad nonā se videndos p̄buerunt. Et vir quidē erat pectoribus ⁊ vultu terribilis/rufa coma/caniscq; permista. Mulier aūt mamillas habebat: ⁊ femineū vultuꝝ cesariesq; plixas: ⁊ oia pl's admirabat nudos vsq; ad lumbos: reliquū aqua operiebat. ¶ Anno. xvij. Mauritij con

Constantinopolitani.

tētio inter Romanā ecclesiā ⁊ arrogantiā Joānis Constantinopolitani: qui nomē sibi vniuersalis p̄siarche vsurpauerat: sub Pelagio papa incepta et a Brego. inde non leuiter agitata: non ante quiescere potuit q̄ Joā. ipse subita morte obijt. Multe Brego. epl'e circa hoc contra Joannem reperiunt. Augustinꝰ epūs Anglorum consecratus ab Etherio epo Arelatensi: sed missus illuc cū aliis a bto Brego. habita synodo cū Britonū ⁊ Scotorum epīs: q: sacerdotes ⁊ monachos inuenit aduersarios veritatis: quos voluit habere socios predicationis terruit eos vaticinio future sup eos calamitatis. ¶ Anno. xxj. Mauritij occidētales Angli cū rege suo Sigisberto cōuertunt ad fidē christi per Mellitum epm̄ missum cum Augustino p̄fato a Greg. papa. Et per Aug. ip̄m archiep̄m translata est dignitas archiepatus que p̄ius Londonijs erat ad Cantuariēsem ecclesiā. Precedente maxima siccitate / locustarum agmina in maxima multitudine subsequunt: que q̄cq̄d in aruis virescebat depascendo ingentem famem biennio facere. ¶ Exarchus Italie primus creatur Patritius Romanus populo Romano: et princeps primus contra Longobardos: q̄ magistratꝰ apud eos antea non fuit. Ipse em̄ ciuitates q̄ p̄ius a Longobardis tenebantur recuperauit scz Butriū: Polimartium: Ortas: Tudertū: Ameriam: Perusium: Luciolas: et alia multa. Agilulphus rex Longobardorum cum Cachano rege Hunnorum pacem firmat illam ipse postulante per legatos e Pannonia. Cometes per mensem apparuit.

Cātuariensis epatus

Exarchus Italie imperatoꝝ.

§. X. De occisione Mauritii fa

cta per Phocā successorē eius in imperio. Deniq; Mauritius quū Greg. papā cerneret votis suis nō annuere vtpote q: non erant iusta: libertatē vocis tāti pontificis reprehensionisq; cōstantiā admirat⁹: ad exercendā in eū tyrannidem nitebat. Sed eodem anno scilz vltimo imperij sui: vt refert Jo. diaconus. vir quidā monasticis indumētis vestit⁹: diuina quadā virtute commotus apparuit: spataq; dextera accipiēs: quā scz a foro vsq; ad statuā eneaz gladiatoris nudam circunferēs imperatorē gladio morituruꝝ p̄dixit. Qō Mauritius vt p̄cepit a tyrānide Brego. inferenda se continuit ⁊ iudiciuꝝ diuinū qō ei cōminatus fuerat: cito se subituruꝝ tāto magis timuit: quāto Brego. credidit nō posse mentiri: qui aliq̄n p epīas quasi hoc cōminatus fuerat. Morq; scripto p̄ces cōpositas tam idē q̄ cūctis p̄siarchis epīs et monachis ciuitatū siue solitudinum / pecunias multas cereos ⁊ thymiamata destinauit: hoc potissimum deprecans quatenꝰ in hoc seculo merita suoꝝ malorū reciperet: nō in futuro seculo. Quūq; ⁊ hoc ipse p̄ multa tpa cū lachrymis postulasset quadā nocte dormiēs videt ante eneam palatij portā se coram multo pplo enee statue saluatoris adsistere. Eunc vox terribilis facta ex ipso incarnati verbi charactere. idest figura enea dicēs. Date Mauritiū. Et capientes eum iudiciorū ministri: statuerunt eū ante imaginē illā saluatoris. A qua vox exiuit. Ubi vis reddā tibi mala que in hoc seculo perpetrasti? At ille rñdit. Amator hoīm dñe ⁊ iuder iuste: hic potius ea mihi ⁊ nō in futuro seculo redde. Statim diuina vox iussit tradi Mauritiū ⁊ Cōstantinā vxorē eius cū oibus filijs et filiabus suis omniq; cognatione sua Phoce militi. Euigilans aūt vocari ad se fecit Philippicū generum suū: quē olim suspicat⁹ fuerat imperiū eū sibi velle auferre. At ille suspitiōe perdendū se esse conijciens aduocata Bozdiana vxore sua tanq; eā non reuisurus vltimū vale dixit: sacramētoq; cōionis accepto ad palatium venit. Cubiculū imperatoris ingrediens ad pedes imperatoris pcidit. Cui imperator adsurgens: ad pedes ei⁹ nihilominus ⁊ ipse corruit dicens: ignosce deprecor mihi: q: diuina reuelatione edoctus/cognoui q̄ nihil in me qō suspicabar commiseris: sed si quē in agminibus nostris cognoscis qui Phocas soleat vocitari: dicito mihi. Et Philippicus diu apud se recogitans ait. Unū Phocā cognosco qui nuper p̄curator ab exercitu nuncupat⁹ contradicebat tuo imperio. Quū vero Mauritiꝰ de qualitate eius quereret: rñdit. Est quidē iuuenis ⁊ temerarius: attamē timidus. Et Mauritius. Si timidus (inquit) est: p̄fecto ⁊ homicida. Dūcq; sup hmōi rogaret: in crastinū Magistrianus ab heremitis quib⁹ imperatoris p̄ces portauerat rediēs: responsum retulit dicēs. Dē

recepta

recepta penitentia tua saluabit alam tuam: et cū sanctis tecū tota domo tua constituet. Imperio vero cū ignominia et discrimine decides. Quib⁹ auditis Mauritius deū glorificans penitentiā tenuit. Sed a cupiditatib⁹ vsq; adeo nō recessit: vt exercitus in periculosis hyemare: et transito Danubio victus sibi de Sclauozū regione periclitabundis quereret me videlz alimenta publica manducarent: petro priori feralibus literis mādaret: qui tartarchis vocatis ait. Nimis mihi videntur grauia imperatoris precepta: Romanos in aliena hyemare prouincia. Nam et illi non obedire seuus est: obedire vero seuissimū. Nullus bonus parit auaritia: quia mater oīm malozū cōsistit: qua imperato⁹ languens horum maximozū malozū Romanis causa efficit. Exercitus itaq; hoc per tartarchas audito ad seditionem cōuertit: exaltatumq; sup clypeū Phocam centurionē hexarchū acclamarunt. Fugatoq; pretore Theodosio filio imperatoris et Germano socero ei⁹ nūtios dirigūt: vt alter eozū sibi imperare studeret. Illi nullo modo cōsenserunt: immo Mauritio retulerunt. At ille Germanū perdere voluit: qui qm̄ in ecclesiam fugerat: filiū tanq; pdītorē sui cōsilij flagellauit: multosq; ad hunc ab eadem ecclesia extrahendū transmittens: nunq; permittitur: immo multis cōuicijs a populo lacerat⁹. Martinista hereticus appellatur. Et commota intra Constantinopolim graui tumultu Mauriti⁹ dissimulato habitu cum vxore et filijs nocte Dyomonem cōscendit. Fugiens apud sanctū Antonomon venit. At vero Phocas cum exercitu imperato⁹ efficit: a quo Mauritius cum filijs et vxore et filiabus apud Macedoniā: quēadmodū sibi denuntiatum fuerat: decollat. Igitur septimo kalēdarū Maiarū imago Phoce et Leontie vxoris sue augusto⁹ / cū eozundem fauorabilibus literis delata est Romā. Et postq; a clero et senatu acclamatū est eis in basilica Julij: iussu Bzego. in oratorio sancti Cesarij in Lateranensi palatio constituto reponitur. Quūq; Phocas factus imperato⁹ mandari sibi Romane sedis diaconū cū magna humilitatis reuerentia postularet a Bzegorio qui tunc Rome presulabat: Bzegori⁹ ita rescripsit. Considerare cum gaudijs et magnis actionibus gratiarum libet quantas oīpotenti deo laudes debemus: q; remoto iugo tristitie ad libertatis tempora sub imperiali benignitatis vestre pietate peruenim⁹. Nam q; permanere in palatio iurta antiquam consuetudinē apostolice sedis diaconē vestra serenitas nō inuenit: non hoc mee negligentie sed grauissime necessitatis fuit: quia dū ministrioēs huius ecclesie tam contrita asperaq; tēpora cū formidine declinarent atq; refugerent: nulli eozū poterat imponi vt ad vbez regiam in palatio permansurus accederēt. Sed postq; vestram clementiā oīpotentis dei gratia disponēte ad culmen imperij peruenisse cognouerunt: ipsi quoq; suadente letitia ad vestra vestigia venire festinant: qui illuc prius accedere valde timuerūt. Lator aūt presentū qui primus oīm defensoꝝ fuit: bene mihi ex longa assiduitate compert⁹ est vita/fide/moribus approbatus. Hunc aptū pietatis vestre vestigijs esse iudicaui: vñ eum authore deo diaconum feci: et sub celeritate transmittere curaui. Qui cuncta q; in his partib⁹ agunt: inuēto opportuno tpe valeat clemētie vestre suggerere. Cui rogo clementia vestra pias aures inclinare dignet vt tanto celeri⁹ nobis valeat misereri: quāto afflictionē nostrā veri⁹ et ei⁹ relatiōe cognouerit⁹. Qualiter eīm quotidianis gladijs/et quātis Lōgobardozū incursionib⁹: ecce iā per. xxxv. annozū lōgitudinē premimur: nullis explere suggestionib⁹ valeam⁹. Sed in oīpotēti deo pfidim⁹: q; q̄ fusci tauit in republica pios dños: extinguet crudeles inimicos.

Mauritio trucidato Phocas īperiuz assumit

¶ De sancto Hoare confessore/et Brigida regina Suetie. Capitulum. vij.

DE sanctis qui claruerūt

vita et miraculis tēporibus prefatozū imperatozū. Et vt refert Sigisbert⁹ anno. xvij. Mauritij imperatoris sctūs Hoar venēs ex Aquitania claret in Gallia. Hic vt narrat Vin. spe. hist⁹. li. xvij. ex gestis ei⁹: in suburbano Treuerico iurta fluuiū eccleſiā fecit: multasq; sanctozū reliquias collocauit. Ibi die nocuq; deo seruiebat in ieiunijs/vigilijs/oratione/et predicatiōe: multosq; paganos conuertebat: et egrotos sanabat. Unde diabolus virtutib⁹ ei⁹ inuidēs: multis ei tribulationes ingessit. Itaq; contigit vt legati epi Treuerici noīe Rustici / Alboinus et Alamānus ad cellā viri dei quasi speculatozes aduenirēt: vt ibi aliquā rem nouā vel inanem inuenire possent. Uiderunt ergo q; more solito mane post psalmodiā et missam cū peregrinis et pauperib⁹ in charitate cibum sumeret. Oō ipsi non charitate sed gulositate fieri existimātes: accusauerūt eū ad archiepm dicētes se eum vidisse sine tēperamento mane comedere vel potum sumere. Quod audiens archiepus iussit illos legatos illuc redire: et sctm̄ dei Hoarē sibi pītari: dicēs q; inquisitionē de eo facere vellet: vt posset scire quo ingenio vel arte talia presumpsisset plebi sibi commisse exēpla monstrare. Qui venientes ad beatū Hoarē loquuti sunt dolose: putātes q; accusationē illā p quā eū infamauerūt: possent blāditijs verboꝝ obtegere. Archiepus inquit⁹ noster Rusticus salutē tibi mandat: iubetq; vt ad colloquiū eius Treueros festināter accedas. Hoc audiens sctūs Hoar cū gaudio dixit. Faciat mihi deus vt possim ei obedire: q; obedientia sine mora est faciēda. Et nocte quidez illa fecit eis cenam sm vires suas: et ipse in laudibus vt solebat fuit perseuerās. Mane facto postq; cursum suū finiuit: missarū solennia celebrauit. Quūq; cōpleſſet diuinū officiuz die illo/dixit ministro. Fili fac nobis letū die de abundantia nra: vt isti legati archiepi simul nobiscū faciant charitatē: q; in itinere sunt: et forsitan de⁹ aliquē pauperē vel peregrinuz adducet: vt pariter epulemur. Oō audiētes illi: nō potuerūt malignitatez cordis abscondere: nec ei voluerunt cōsentire. At sanct⁹ introducto quodā peregrino per charitatē comedit cū illo. Oō vidētes legati cū letitia strauerunt equos dicētes. Nunc manifeste vidimus qō nūtiemus archiepo. Accepto itaq; a viro dei cibo et potu vasculis ad viaticū itineris/ambulantes cum eo ceperunt fame et siti vehementer vrgeri. Mittēteſq; manus ad cistarchiā et vtrē nihil inuenerunt: quum vtiq; de domo Hoaris sufficienter secū deportassent alimoniam. Et ait Alboinus ad Alamannū. Talem ego famē et sitim nūq; habui. et hec dicens cecidit de equo suo quasi mortuus. Alamānus vero cōuersus ad famulū dei ait. Succurre nobis pie sacerdos christi: q; fame et siti morimur. Sctūs Hoar quum hec audisset: cū gaudio ait. Hodie filij qm̄ indigū vidistis: charitatem facere non debuistis recusare: ista vero q̄ nūc patimini ad correptiōē vos de⁹ me⁹ permittit fieri. Dū hec eis diceret: et fames eos nimis vexaret: venerūt tres cerue mire magnitudinis trinitatē representantes. Que iusse ab eo stare se firmauerunt: et multis eas in vasculo: et iussit exinde illas abire. Sāctus aūt ex illo lacte liniuit corpora illoꝝ: et statim nullum dolorē qui eis acciderat ex fame senserūt: inde confortati mittēteſq; man⁹ ad sartiunculas suas inuenerunt ei cibum et potuz et epulati sunt. Quūq; mirarentur secū de ijs que acciderāt et timerēt: iter pſequentes demū Treueros venerunt. Seruus aūt dei Hoar p oratoria et ecclesias sanctoruz sicut solit⁹ erat facere pgebat. Predicti aūt legati acceden tes ad archiepm suū inuenerunt euz in solio suo in synodo sedentē cū clero suo: et narrauerūt q; acciderāt eis: et que viderāt. Que quū audisset cū iracundia cepit dicere. Inquantum intelligētia cordis considerare valeo: cōsuetudo huius pertinacis viri qui sic mane comedit et bestias mulget: sine dubio pot⁹ gulositati deputāda est q; ieiunio. Inquirendus est tū: quam ob rem vel quo humane laudis desiderio hoc faciat: et vtrū ex parte dei sit: an ex pte aduersarij. Uix verba cōpleuerat: et ecce vir intrauit in domum in qua ipse archiepus residebat. Et ingressus cepit circunquaq; respicere. si forte esset locus vbi posset stare discipulus ei⁹: et capā suā pēdere seu abscondere. Dū ergo circunspiciens vidit in angulo dom⁹ quasi silr̄tudinē fustis: q; certe non erat fustis. sed radius solis q̄ per fenestrā penetrabat interioza māsionis. Quūq; appropiasset ad radium solis speciez grossioris partice pretendētis: appēdit capā suā sup ipm radium: ibiq; precepit stare discipulū suum. Quod quū vidisset Rusticus archiepus vna cū clero suo dixit. Uidetis nūc quid fecit? Uere si hec causa ex deo fuisset: tam mane nō comedisset: q; anteriozes sancti per oratione et ieiunia intrauerūt in regnū dei. Hoc aūt mirabile factū quod video: quid sit oīmode nescio: fz inde non mediocriter stupeo. Mane comedit et bibit et nunc etiā capam suaz radio solis suspendit. Accedat ergo propius vt reddat rationē super his circūsidentibus. Cui vir quidā venit portās in brachio suo infantem tres noctes habentē qui profectus fuerat in clocā marmoreaz vbi pauperule femine solent infantes suos lactare. Quem videns archiepus dixit ad sanctum Hoar. Nunc oportet vt ostendas nobis mysterium tuuz si verū sit an falsum. Si verū est: per verā obedientiā precipio tibi vt facias istum infantē nobis innotescere genitorez suum et genitricez suam: si hoc facere poteris: credemus tibi et virtutibus tuis. Sinautem nihil tibi credere debemus. Tunc vir dei suspirauit grauiter: et lachrymas fudit: rehementer admirans quam ob rem pontifex suoꝝ operū viruperato⁹ talez sibi inanem atq; ineptam obedientiā pecepisset. Et fundens orationem ait. Sancta trinitas te inuocoratq; te infans in nose trinitatis diuorum genitorez tuum per nomen denominet: et sil̄r genitricē tuaz. Ridens infans ait. Iste Rustic⁹ est pater meus: mater mea Affligia nuncupatur. Quo audito eps cecidit velociter ad

Diuus Hoar vt te pbi tate clarus.

Sancti Hoaris miracu luz non pulgat.

pedes sancti Boaris dicens. Nunc scio vere te sanctum esse dei seruū: cui scelera q̄ ita absconsa putabā vt nullus sciret preter me ⁊ mulierē ⁊ vnum puerū meū tibi patefacta sunt per ipsius nati mei verba. Hec audiens beatus Boar stupore miraculi repletus ait. Heu heu oñe quare per me miserū pctā tua hactenus latentia facta sunt manifesta ⁊: Melius fuisset spontanea cozā deo secreta cōfessio: ⁊ ista contra votum tuum ignominiosa publicatio. Deinde solicite ac benigne monuit eū ad pniam dicens. Quantum saluator noster est pius ad dimittēdum: tantū oportet nos esse paratos ad penitendū. Ego aūt inquantū pietas diuina vitā mihi condonauerit ⁊ exaudire dignabit: septem annis pniam pro te cōpellente charitate fraterna iam deliberaui facere. Tante sanctitatis famā ⁊ noua gesta audiēs Sigisbert⁹ rex Francozum: statim missis legatis suis fussit sanctum Boar ad se venire. Mirante autē rege atq; discente oia q̄ facta fuerant a sancto miracula: ois populus acclamabat ad regem vt faceret eū archiepm Treueris ciuitati. Quod quū ei gratum esset: rogabat sanctū dei vt huic rei consentiret. Cui respondit seruus. Melius est mihi mori ⁊ sup epm adhuc viuētem accipere ministeriū eius ⁊ peccare in conspectu dñi. Dimitte o rex Rusticū deū ne facinora sua: si vis vt dñs dimittat tibi pctā tua. Quumq; rex multus super hoc instaret: ⁊ eus rogaret omni populo ⁊ clero hoc postulante: dixit Boar. Gloriosissime princeps sine me prius redire ad cellā meam: vt ad responsum tue celsitudinis me preparem. Cui rex. Vade in pace ⁊ transactis viginti diebus veni ad Mettensem ciuitatem ad respondendum. Reuersus ergo ad cellā cepit contristari ⁊ valida febre fatigari. Quid multa? Die ac nocte dominum precabatur vt daret ei defensionis sue auxiliū ⁊ eriperet eum de tam graui iugo quod rex ei imponere cupiebat. Sicq; sex annos transigens ad regem redire non valuit: sed demum in senectute bona in pace quieuit.

Sācta brigida

§.I. Ante ea tempora imperāte

scilz Justino seniore: vt refert Gisibertus refulsit sanctitate ⁊ miraculis admiranda sctā dei girgo Brigida in Sueria. Hec siquidē vt narrat Vin. spe. histo. lib. xxij. de christianis ⁊ nobilibus parētib⁹ orta in Sueteria: a puericia bonarum rerū studijs inoleuit: pudicicie ac sobrietati semp intēta: ⁊ de bonis ad meliora crescens: ab ipsa puellari etate signis extitit admiranda. ¶ Quū a matre sua trāsmissa esset vt de vaccarū lacte butyrū congregaret: et ad pondus redderet sicut alie puelle in illis regionibus facere consueuerant: hec virgo iam hospitalitati dedita / magis volens deo ⁊ hoibus obedire: pauperib⁹ ⁊ hospitib⁹ trā lac ⁊ butyrum largiter distribuere cepit: ⁊ quū tps aduenisset vt oēs redderent fructū vaccarū: cooperatrices eius monstrauerūt opa sua: ventū est ad Brigidā vt redderet opus suū: que pauida nō habēs quid redderet: q; totū pauperib⁹ erogauerat: timore mīs pauida rotā se cōuertēs ad dñm ad oronē cucurrit: quā dñs exaudiuit. Et mox post oronez super oēs cooperatrices suas opus suū in butyro amplius abundans matri assignauit. ¶ Nō multo post quū parentes ei⁹ more humano eā despōsare voluissent: illa celit⁹ inspirata virginē castā sevolens ⁊ vouēs christo exhibere: ad epm sanctissimū Machillā nose perrexit. Qui palliū album ⁊ vestē candidā sup ei⁹ caput imposuit. Que cozā deo ⁊ epo genua flectens humiliter ad altare: ⁊ suaz virginalē cozonā dño offerens: vt fundamentū ligneū altaris retigit: statim viride factū est: ⁊ vsq; hodie sic virescens languores a fidelib⁹ pellit. ¶ Quū aliq̄ lardū aduenētibus hospitibus in chaldaria coxisset: cani adulāti ac flagitanti misericorditer dedit: ⁊ tū quū lardū de chaldaria tractū ac postea hospitib⁹ diuisum fuisset: plenissime est repertū ac si nihil inde dēptuz fuisset. ¶ Aliq̄ quū conuocasset messores ac operarios in messez suā: ⁊ facta esset dies nebulosa ⁊ pluuialis valde p circuitū in prouincia tota: ⁊ in eius messem gutta aque non cecidit. ¶ Quum oues suas aliq̄ pasceret in campestri ⁊ herboso loco: munia inundatione facta humectis vestibus domū rediit. Et quū radius solaris per foramina dom⁹ intrinsecus intraret: illa umbrā obtusa oculoruz acie arborē fuisse trāsuersam ⁊ firaz putās / desup suā vestē cōplutam posuit: ⁊ ita ⁊ ⁊ in arbore grādi ⁊ firma in ipso tenui solari radio pependit. ¶ Leprosis ab ea petētib⁹ ceruisiā in potū quū illa nō haberet: aquā purā benedicens cōuertit in ceruisiā optimā ⁊ illis dedit. Lapidē in salem conuertit cuidā ab ea sal postulanti. Ceco nato oculos restituit. ¶ Quidā nequissimi quū ei furati fuissent boues: ⁊ fluuium cum eis transire vellent: submersi sunt: bobus saluis ⁊ reuertentibus p se ad domuz sctē Brigide. ¶ Aper ferus ⁊ syluester ad gregem Brigide cursu precipiti peruenit. s. porcozū. Quē sctā videns benedixit: ⁊ statiz oīm feritate deposita cū grege porcoz⁹ pmansit.

¶ Quidā simplex vidit vulpem ambulantē per regis palatiū: quā nescius esse domesticā ⁊ varijs artibus agilitatis edoctā occidit. Quo cognito rex iratus iussit illum occidi: ⁊ vxorē eius ⁊ filios ⁊ oīa q̄ habebat in seruitutē redigi: nisi sibi vulpes sil'r edocta redderetur. Quod audiens Brigida iuncto curru regem rogatura per planitiem cāpi pergebat per viā q̄ ducebat ad palatiū regis: ex intimo corde rogans deū vt puideret. Starūq; dñs vnā de feris vulpib⁹ ad eaz trāsmisit. Que currēs per cāpestria appropinquauit currui beate Brigide: ⁊ leuiter se eleuans intrauit currum eius: et sub veste sancte Brigide se constituēs: imāsuete in curru cuz ea sedebat. Perueniens ad regem Brigida rogare cepit vt qui ignorans deliquerat absolueretur. Noluit rex nisi sibi filis vulpes restitueret. Protulit Brigida vulpem omni calliditatis artificio edoctā: vt prior fuerat. Mirat⁹ rex iussit illū reū liberū abire. Non multo post illo liberato quū sctā rediisset domum: vulpes dolosa inter turbas se torquens ⁊ callide mouens aufugit: ⁊ capi nō potuit. ¶ Nouē viri consueti erāt superstitione quadā nefaria votis ⁊ iuramētis se adstringere: ⁊ in kal. Junij hoiem iugularent. Quib⁹ Brigida predicabat vt ab hoc errore desisterēt: ⁊ q̄ noluerūt nisi prius voto cōpleto. Illa aūt p execratione erroris eoz cepit dñm rogare. Egressi illi viri contēplant imaginē instar viri quē volebant iugulare: quā cōtinuo suis lāceis cōfoderunt: ⁊ quasi post triūphū de aduersario suo cū armis suis cruētatis ad Brigidā reuertūtur: ⁊ sic ad penitentiam conuertuntur. ¶ Arborem ingentē excisam sua oratione ad locum destinatum transmisit. Multa alia miracula fecit.

¶ De sanctis Carilepho, Gregorio Lingonensi / ⁊ Gregorio Turonensi / ⁊ alijs. Capitulum. viij.

Emporibus Childeberti ⁊ Clotarij regum Francozum floruit sanctus Carilephus: ⁊ in castris sctē ecclesie contra potestates aereas clypeo fidei precū: spicula doctrine cōtorsit: fulmineq; miraculoruz effulsit. Hic in Arimīnēsi territorio clarissimis parētib⁹ ortus: doctrine gra in monasterio Menate mittit: vbi literarū facūdiā ⁊ sancte cōuersationis excipit formā. Quūq; veller singulare cōtra diabolū inire certamē ⁊ heremiticā vitā duce re: eiusdē cenobij monachus Anit⁹ nose colloquutiōis gratia adfuit: vir meritoz summoz p̄rogatiua predit⁹. Dū ergo inter se colloquia serūt: codicē sancti euāgelij aperūt: ⁊ linea q̄ prima fronte occurrit: hec fuit. Qui amat patrē aut matrē plus ⁊ me: non est me dignus. Itaq; trās Anit⁹ qui apotheci ministerialib⁹ erat prepositus: claues cellarij clam abbatis sui supposuit ceruicali: ⁊ pergentes simul in suburbiū Aurelianēse deuenerūt. Auditaq; sancti Maximini fama: qui ibi monachoruz cohortib⁹ in cenobio Mitiarēsi degentiū preerat: ad eū visendū cōuolauerūt: ⁊ ab eo humanitus recepti: sacerdotali dignitate p eum insignit⁹ sunt. Sed postmodū habitaculū remotius pquirentes: vastas partiti saltus solitudines expetunt: quas dū peragrāt inter opaca queq; nemoruz ⁊ lustra abditissima ferarum: obuiuz se tulit eoruz cōspectib⁹ fertilis locus qui tūc Pirriacus dict⁹ est: ⁊ nunc cella sancti Anitri vocat: fonte aque ibi repto: illic plurimis diebus cū sctō Carilepho deo seruierūt. Et quum fama sancti Aniti aures regis occupasset: iussu regis basilica ibi fabricat: opibusq; regijs ditatur. Btūs autem Carilephus p̄spera mūdi vitare: ⁊ aduersa ob sui custodiā appetere pponebat: vñ a sctō amito discedens in interiora intrauit deserti. Assumptoq; secū cōmilitone suo: pedē vertit in partes Cenomānice vrbis. Tādem diuertit in locum Lasagnani nūcupatū: ⁊ accessu secretū: terre fertilitate iucundū. Itaq; heremi pater ferarum adventu sepe visitabat: vt quodāmodo dictum videret. Et bestie terre pacifice erunt tibi. Inter hec Childebert⁹ cū coniuge sua ⁊ oīm comitatu pres Cenomanicas adijt: ibiq; consistēti nuntiat bubalū inusitata bestiā in locis illis delitescere. Rex autē gaudēs iussit venatores preparare necessaria bestie capiēde. Quūq; terrā curiose perrarēt: miser iam capiendus bubalus ad sanctū Carilephū decurrit: quasi singulare adiens suffragium. Venatores tandem deuenerunt ad locū vbi erat vir sctūs ⁊ bubalus post eum. Tunc ministri insolita rei nouitate turbati: nec bestiā attingere: nec sctō viro aliquā molestiaz ingerere ausi sunt. Rex vero viso miraculo nequaq; dei potētiā honorauit. sed indignatus ait. Uñ vobis o incognite p̄sone tāta p̄sumptio: vt mei iuris saltū nullo consedēte ausi sitis irrūpere: ⁊ nostre venationis dignitatē in aliquo mutilare? Cui sanct⁹ rīdit. O rex bone nequaq; despectus tui gra aut cōturbande venatiōis lustra ferarū irrūpimus sed vt familiarius atq; enixius dñi occuparemur seruitio inaccessibilia hoim loca petiuimus. Precepitq; rex turbat⁹ vt inde

Carilephus et Anitus sancti.

vt inde recederēt. Ger⁹ autē dei regē inuitauit ad potum vt refocillaret. Cui non acquieuit: sed eū contēnens quum redire tentaret: equ⁹ cui insidebat immobilis steterit: nec calcaribus cruentatus mouere se poterat. Quisq; ex eo stupe-rent cū rege oēs huius rei causaz ignorātes: dixit quidā ex illis prudentior ceteris. Optime rex hoc existimo accidisse q; contumeliose tractasti illū dei seruū: quē etiā horrat⁹ est vt nuntiū mitteret ad virū dei veniā petens. Qō quū fecisset: ait sanctus. Vade & dic regi vt reuertatur: q; eē iratus sine benedictione recessit hoc ei euenit. Ad regem ergo nuntius celer reuersus: qō sibi iniunctuz fuerat retulit. Mox; solutis nexib⁹ equus se mouit: & reuersus ad sanctum Carilephum veniā prostratus cū lachrymis petijt & obtinuit: postulans humiliter vt qō prius obtulerat vinū afferret ob deuotionē bibendū. Quisq; vir dei calicem vnum vini porrexisset regi: bibit ex eo & comitiua sua. Mirū autē erat vt vas vitreū paruulū in tantam copie magnitudinem exuberasset: vt oēs sufficienter biberēt: nec tñ detrimētuz inopie sustineret. Regina quoq; Aldiogadis nobilissima et deuota: audita vite qualitate: cibi scilicet parsimonia: noctium insomnietate: vestium vilitate (cilitio enim obuoluebat: et in nuda homo dormiens iacebat) desiderans presentia eius frui: promisit ei oīa fisci illius vbi residebat se daturā: si eaz visitare dignaret. Qui venientibus ad se regine nuntijs ait. Equū est mihi & salutare cauere mulieb⁹ez aspectum: ne capiar ego laqueis inimici incolēs squallida heremi loca. Ite ergo optimi iuuenum: & dñe vestre hec verba referte. Si q̄d prealeo: pro ea dñm exorabo. Certum autem habeat q̄diu in corpore fuero: faciē mulieris me nunq; visurum: nec hoc cenobiolum vnquā ingressui mulieris patebit. Paulopost monachis adstantibus dissolutionē corporis sui imminere predixit. Sed & fama quū percrebuisset per vulgi ora Carilephum nunq; visum mulieris aspicere vel ad cenobiū eius accedere permittere: quedā mulier inhonesta & curiosa huius rei experiri voluit eritum: & incisa coma capitis sui & vilibus vestibus assumptis accessit ad locū: armis accincta et baculo. At vero quū ireriora penetrare voluit: & curiose perscrutari: gemina capitis eius lumina crepitu repētino mulcrata sunt. Demonecq; peruasa horridā cruoris teterrimi vndā per os arca pectoris eius emisit. ¶ Post eius obitum scz sancti Carilephi/ad sepulchrū eius ceci illuminati sunt: infirmi sanati: & obessi a demonijs liberati. Sanctus vero Anitus abbas Carnotensis pagi quē Portēsi vocant exitū suū spū sancto reuelante predixit. Quo honorifice sepulto apud Aurelianensem vrbē ecclesia in ei⁹ honorē edificata est. Quisq; anniuersarius dies assumptiōis ei⁹ solenni ter celebraretur: alijsq; ciuib⁹ ad ecclesiā eius pergentib⁹: & quidā rastrū hīs ad pastinandam vineā vel purgandā iret quū argueretur ab alijs cur huic festo nō interesset: rñdit. Et hic quē colitis operari⁹ fuit. Verū quū vineaz est ingressus: facies eius ad tergū cōuersa est. Tunc tremēs cuz fletu magno spectantib⁹ pplis basilicā ingreditur: & post paucos dies oraus in eodē loco assidue directa ceruice conualuit.

Punit nolens colere festum sancti Aniti.

§. I. De sancto Gregorio Lingonensi epo.

Hic vt refert Uincen. spe. histo. lib. xxij. ex senatoribus Augustudunensib⁹ ortus est: & regionē illā per quadraginta annos rexit ita seuere & districte: vt rei eū sufferre nō possent. Habuit cōiugem noīe Armētanam de qua filios suscepit. Post cuius mortem electus est in epm Lingonensem. Sub pamb⁹ tritices hordeaceos tenues sibi faciebat apponi: & tritices frāgēs & erogans: hordeaceos nullo scīente comedebat. vinū etiam non bibebat: tale vitrū eligēs qō claritatē aque obtergeret. Multi de virga quaz ferre solebat signati energumini curabantur: & de strato eius si q̄s aliquid abstulisset egrotus curabat. Hic ignoranter sepulchruz sancti Benigni frequētare solebat. Cui sanctus Benignus apparēs corripuit eū: & monuit vt oratorium fabricaret super sepulchrū suū. Letusq; effectus p inuētione martyris flebat amarissime q̄ non prius phibuerat: & cryptā antiquitate collapsam decēter reparauit. Ibi habebat oratorū p amore martyris: in quo multoz sanctoz reliq̄e habebantur: ad qō nocte de sua domo baptisterio adherente pergebat: & ostium clausum sola manu pulsans aperiebat: ingrediensq; orabat diutissime in silentio: posteaq; voces sctōz cū eo psallentiū per tres horas & amplius audiebantur. Quo expleto ita ad lectulum caute reuertebat: & super stratū se deponebat: vt nemo sentiret. Obseruatores autez baptisterij claue sua ostiuz reserabāt & reseratū reperiebāt ac si nemo illud aperuisset. In die aūt sepulture huius Brezogij vidit quidā religiosus celos apertos. Defunctus vero facie habebat roseā: ceterū corpus candens vt lilium. Fecit autē se sepeliri iuxta sanctum Benignū. Et quū deferret ad sepulturā: vincti clamabant vt sui miserek: & ita aggrauatum est corpus eius vt sustineri non posset. Quo deposito trabs in qua inclusi erant: & coarctati pedes vincroz: repulsis obicibus scissa est media: et liberati sunt a iudice. Post multa rpa quū corpus eius ad aliū locum transferret: a sancto Letrico successore & filio eius facies eius integra & illesa inuēta est: & nihil in vestimento eius immutatū. ¶ Quedā puella die dñica pectens caput suū: sensit dētes pectinis ita affigi digitis suis vt valde cruciaret: sed ad sepulchrum sancti Brezogij curata est. ¶ Tēpore quoq; Justiniani imperatoris vt dicit Sigisbertus: florebant in Gallia duo fratres vterini & eodē die nati & pontifices cōsecrati Medardus ad titulum Nouiomēsem: & Hildardus ad Rothomagensem: & vna die absoluti a seculo & assumpti a christo. Et de sancto Medardo refert Uincen. in spe. histo. ex eius legenda/q̄ quū casulā quā ei genitrix sua dederat / ad artificem ferret: dedit eam cuidam ceco sibi obuianti Et similiter quicquid ad escam accipiebat duz gregem porcorum pasceret: egenis dabat: ipse de die in die egens. Quum aūt adhuc esset puer in scholis: predixit cuidam compari suo Eleuterio q̄ in actione publica comitiuaz assumeret: & quum. xxx. annorum esset: futurus pontifex esset. Quod sic accidit: factus eē epūs Tornacensis. in trāsitu autem Medardi vidit: Uilcarius presbyter celos apertos prorsus: et ante corpus sancti medardi luminaria micare videntibus cunctis qui aderant per tres horas: mox in terram grande fluxit diluuium pluuia nimis calida de celo cadente.

Sancti medardus et Hildardus.

§. II. Sanctus Bermanus terri-

Bermanꝰ parisiēsis epūs.

torij augustudunensis indigena fuit patre Eleuterio matre Eusebia: vt refert Uincē. spec. hist. lib. xxij. Dicta aūt Eusebia mater eius p eo q̄ hunc post alteruz intra breue spatium cōcepisset: pudore mota mulieb⁹ cupiebat eū aī partum extinguere. Et accepta potione vt eū extingueret: dum ei nocere nō posset: incubabat in ventrē: vt vel pōdere prefocaret quē venena nō lederēt. Habebat sociū Stratidium: cuius mater vt hereditatē Germani acciperet/filio suo temperatā potionē in ampulla cōdidit & vinum in altera: recipiens puelle vt venientib⁹ a schola ambobus / illi porrigeret vinū et alij maleficiū. Illa vero ignoranter mutauit ampulas et pocula: & illi dedit maleficiū/huic autē vinum. Cui Stratidio solicito impenso studio & si mors vitā nō abstulerit: tñ signū mortis infixit. Germanus igitur a venerabili pōtifice Nectario abbas adscisc⁹ ad sctm Symphoriaruz cuius bonis operib⁹ inflāmatus eps eū in custodiā tri. Ot. Cui nutu diuino aperiebat ergastulū/sed tñ nō inde exibat nisi supplex epalis ei daretur preceptio. Quisq; incendium fortuitū accidisset: rapta de foco cucuma: ascēdit Germa⁹ super fabricā cōcinens alleluya: fundensq; paululū aque in modū crucis restrinxit incēdia. Carilphus q̄dā Frācus rex ei⁹ inuaserat: quē vindicauit vsus singulis die⁹ tres eq̄s eius deorās: & dānuz semp triplicās donec ille resipisceret. Anna vxor Ebronis ingrediente ad eam Germano ait. Ecce sanctus Germanus coznuta facie mihi videtur incedere. Ebron vero eodē die iuxta sanctuz nullatenus presumpsit sedere honoris causa pariter et terroris. Credimus aūt q̄ p colloquio dñi sicut Moyses meruit sanctus iste cornutus videri. Ante quatuor annos cognouit se futurum epm. Uidit eē in sopore a quodam sene claues porte Parisiace sibi porrigi. et interrogans cur hoc fieret: accepit respōsum vt saluas animas faceret. Ciuitatis ergo illius epo deceden te dum regi Childeberto occurreret: mox electus est in epm Parisiensem. Eunte autem eo ad ecclesiam cuiusdam ville obuiū habuit quendā iuuenē Amantium noīe: quem deprehendit in vinculis ducit⁹q; recusaret legibus iudaicis subijci. Sed sancto Germano faciente signum crucis super eo/ois soluta sunt vincula. ¶ Itidem quum Parisijs ad ecclesiam sanctoz Gerualij et Prothasij causa orādi profectus esset et ianuis clausis ei negaretur ingressus: facto signo crucis pessulum reserauit. Quid plura? Quocūq; pontificis se conuertit presentia: nulla morboz⁹ generibus defuit medicina. Ante quē etiā demones non tolerantes ei⁹ presentiā/terribili vllulatu sua gemebant incendia. Et quū pedem efferret de domo vel ecclesia: videres strages demoniorus ante tanti pontificis ac triūphatoris obtutum. Cadebant circa sancti cateruatim vestigia diuersis modis effusa/hec muta illa clamantia: et velut ante iudicem gesta referrent: propria nō effugiebant tormenta. Ceterum eleemosynis quantum prodigus fuerit explicari non potest. Qui frequenter cōrentus vna casula vel tunica: quicquid erat residui nudum pauperem vestiebat vt inops calefieret largitore algente. Quāta etiam fuit in eo redemptionis effusio: quum ad nomen beati cōcurrerent vndiq; liberandi iugo seruicij? Quū vero ali-

quatenus nihil esset pre manibus/tristis sedens et anxius/ seuerus in vultu/austerus erat eloquio. Cunc si forte assis ab aliquo inuitaretur ad prandium: cōpellebat conuiuas aut ministros proprios vt conferentes pariter vñ vel vnū captiuum seruitio liberarēt. Quis vero digne repetat quāta virtus verborū in eius ore rotabat quū predicaret in populus vt omni literature nascerē stupor: et fieret in cōmune generalis cōpunctio: atq; ex ore dicēris crederes vt verba forma rentur ab angelo: ous pl⁹ quā homo loqueretur trāslat⁹ in mentis excessu: quum sinceritate dogmatis pectora plebis cogeret diuinis effiagrare pigmentis? Qui equitās in itinere semper de deo aliquid aut verbo contulit aut cantauit: cursum nudo capite ducens: etiam si nix aut ymber vrgeret. Quum venisset ad mēsam: confestim adfuit et minister recitans diuina colloquia: vt inter cibi fercula animi pastus alimento plus saturaretur conuiua. Nullū tēpus interpollās quo nō aut alij prodesset: aut nō ipse ꝓficeret. Dié añ obitus sui hoc modo predixit. Ante aliquot dies vocans ad se notariū suū: imperat sup lectū suū in cubiculo scribere hoc tantūmodo. v. kalē. Junij. Sed nescientibus cunctis q̄d hoc esset: postea sanctus suum discessum de seculo manifestauit. Nam illa die fere octogenarius migrauit ad dñm.

§.III. De Sancta Radegunde

regina in francia. Hec natione barbara fuit de regione Toringa: patre rege Berengario: que regione Francorum victoria deuastata: exiuit de patria. Cum inter ipsos quorus erat in preda regalis puella/fit cōtentio de captiua. Et nisi reddita fuisset transacto certamine: reges inter se arma mouissent. Que veniens in sortem Clotarij regis in Ueromanduos ducta: apud Atheias villā regiā nutriendi causa custodibus est deputata. Quā quum preparatis expēsis Victuariaci voluisset rex predictus accipere: nocte cum paucis ela psa est. Deinde quū ad Suessiones eā direxisset vt reginam exigeret: illa euitabat pōpam regalē: ne seculo cresceret: sed cui debetur etiam humana glia nō mutat. Nupsit ergo terreno principi: nō tñ separatur a celesti: ac dū sibi accessisset secularis dignitas: plus se inclinauit voluntas q̄ permitteret dignitas: timensq; ne adeo degradasset quū mundi gradu proficeret: se cū sua facultate eleemosyne dicauit. Nam quū sibi aliquid de tributis accideret: oibus q̄ venissent ad eā/ante dedit decimas q̄ accepit. Deinde q̄ superat monasteriis dispensabat: et quo ire pede non poterat: misso munere circūibat. Item nocturno tpe quū reclinaret cum principe: rogans se pro humana necessitate velle consurgere: et leuās egressa cubiculo tādiu ante secretū oroni incūbebat iactato cilitio: vt solo calēs spū taceret gelu penetrata: tota carne premortua. de qua regi dicebat habere se magis iugalem monachā q̄ reginā. vñ et ipse irritat⁹ p bonis erat asperrimus. sed illa p parte lenies/p parte tolerabat rixas modeste illatas a coniuge. Diebus vero q̄dragesime saris est scire qualiter rexerit se inter vestes regias singulariter penitens. Igit appropinquante ieiunij tpe ad religiosas monachā noie Piam mittebat: cui sctō ꝓposito illa dirigeret: veneranter in linteo sigillatū cilitiū: q̄ sancta induens ad corpus p totā quadragesimā subter vestem regias dulci portabat in sarcina. Si añt rex deesset q̄s credat q̄r oroni se diffunderet? qualr se tanq̄ presentē christi pedibus alligaret: et quasi repleta delitijs si longo ieiunio satiaret in lachrymis? Cui despecto ventris edulio: christus erat tota refectio. et tota fames erat ei in christo illud q̄ pietate peragebat solicita. Qualr vero si q̄s p culpa criminali vt assoleret a rege interfici deputabat: sanctissima regina mouebat cruciatu: ne desinatus reus moreret gladio? Qualiter concursabat p domesticos fideles seruientes et pceres: quorū blanditiis mulcebat animū pncipis: donec ex ipsa ira regis vnde pcesserat sors mortis/inde curreret vox salutis? Hijs igit beatis actib⁹ occupatā intantū puerit diuina clemētia: vt etiā in palatio dū adhuc esset laica: dño largiente per eam declararent miracula. Denicq; in villa quadam dum perambularet sanctissima: rei truci pro crimine succurri sibi clamabāt vociferātes de carcere. Ipsa añt q̄d esset interrogat mētiunt ministri q̄ medico turba eleemosynā qreret. Interea a iudice cōpellitur tacere q̄ tenebant in cōpede. Quū vere nox superuenisset: fractis vinculis soliti sancte occurrunt de carcere. Et q̄m aliqua occasione diuinitate prosperante casus cedit ad salutem: vt hec religiosius viueret: frater interficitur innocenter. Directa igit a rege veniens ad btm̄. Medardum Nouiomi supplicat instanter vt ipsam mutata veste dño consecraret. Morq; vestimentum nobile quo celeberrima die solebat pompa comitante regina procedere. erutā ponit in altari. et ablatis ornamentis et gemmis mensam diuine glorie onerat venerabilis. cingulum auro ponderatum fractum dat inopis pauperum.

§.IIII. Porro predicte sancte

Radegundis mens intenta ad xp̄m Pictauis inspirante et cooperante dei gratia monasteriū sibi p ordinationem precelsi regis Clotharij cōstruxit. in q̄ gaudens ingressa est: vbi et pfectionis ornamenta cōquereret: et magnā cōgregationē puellarū christo nupturo sponso aggregaret. Que electa abbatissa et iā cōstituta: tam se q̄ sua oia eius tradidit potestati ex ꝓprio iure nihil sibi reseruans: vt post vestigia christi curreret expedita: et tantum sibi plus augeret in celo: quārū subtraxisset ex seculo. Dz inuidus bonorum hūani gñis inimic⁹: cuius voluntatē etiā quū esset in seculo: facere abhorruit: eā persequi nō cessauit. Sicut esti iam p internuncios cognouerat: q̄ timebat precelsus rex Clotharius cū filio suo precellentissimo Sigeberto Turonos aduenit q̄si deuotionis causa: q̄ facilius Pictauos accederet: vt suā reginā acciperet. Quo cognito btā Radegundis sacramentales lras fecit sub contestatione viro aplico sancto Germano Parisiensi epo: q̄ tunc cū rege erat: quas per proculū suū agētem secreti? direxit cū enxenio aut eulogijs. Ar vbi eas relegit vir deo plenus: lachrymās se prosternit pedib⁹ regis ante sepulchrū scti Martini: deprecans eū cōtestatione diuina: sicut ei lras fuerat intimatus: vt Pictauos nō accederet. Hinc amaritudine plen⁹ rex intelligēs hanc petitionē esse btē regine: pnia ducr⁹ malis cōsiliarijs istud reputans: seq; indignū reputās q̄ talē reginā diutius nō meruisset: pternit se t ille ante limina sancti Martini pedib⁹ aplici viri rogans vt p christo veniā peteret a beata radegūde: vt ei indulgeret q̄ in eā per malos consiliarios peccauerat: vnde vltio diuina de p̄senti eos vindicauit. Sicut essi Arrius q̄ cōtra catholicā fidem certās oia intestina sua in secessum depositi/ita t ijs euenit qui ō beatā Radegūdā egerūt. Tūc rex timēs diuinū iudicium: rogat beatum virū Germanū epm̄ Pictauos celeriter ire p eo veniaz postulaturū. Q̄ et fecit. Unde Pictauos aduenies monasterij oratorijū ingressus: ad pedes sctē regine se prostrauit: venā p rege postulās. Illa añt gaudēs de faucib⁹ seculi se eripiam benigne indulget: et se dei aptat seruitio expedita ad sequēdū christū quocūq; ierit. Qualr autem se gessit per singula q̄s enumeret infinita? Hec etiaz in mensa sub fladone siliginei panē absconsum vel hordeaceū manducabat occulte: sic vt nemo ꝓciperet. Nā et illo tpe quo beato Medardo cōsecrāte velata est/vsq; ad infirmitatē nihil ꝓter legumen et olera/nō pomū/piscē/ vel ouū/vel aliud esui habuit. potū vero ꝓter aquā mulsam atq; myrrhatus non bibit. Cunc vero more scti Germani iubet sibi molā afferri secretissimā in qua tota quadragesima tñ laborauit quātū quatriduana refectio postulabat. Balneo parato ipsa succincta sabbato capita lauabat egenorum: defricans quicquid erat crustescabei vel tineę: nec purulenta fastidiens interdum etiā vermes extrahens: purgans cutis putredines: sigillatim capita pectebat ipsa que lauerat. Egredientibus exinde si cui inuenerata essent indumenta: tollens rasa/noua reddebat. Ante pannosos faciebat cultos venire ad prandium. quibus congregatis ministerio parato: ipsa aquam siue mappam singulis porrigebat: et inualidis ipsa pariter os et manus tergebat. Hinc tribus ferculis allatis stans ante prandentes ieuna presens conuiuis: ipsa incidebat panem carnez vel quicquid aponeret. Languidis autem et cecis nō cessabat ipsa cibos cum cochlearib⁹ porrigere. Mulieres varijs lepre perfusas maculis comprehendens/in amplexu osculabat: in deo eas toto diligens aio. Recedentibus prebebat auri vel vestimenti solatia. Prima. xl. qua se clausit in cellula: donec fuisset transacta panis nō sumpsit cibaria nisi die dñico: sed tantum herbas aut olera de maluis sine olei gutta sine sale cōdita. Uerum aque toto ieiunio nec duo sextaria sumēs tanta siti laborabat: vt faucibus deficcatis vix psalmos diceret arida. Liliciuz autem habens ad corpus iugiter decantans peragebat vigilias ante se habens cinerem stratum: supiecto silitio hoc vtebat p lectulo. Manichā qua brachiuz induere non habebat: nisi de caliga sua duas manichas fecit: sed ita se retractabat: vt hec nec abbatissa sentiret. Adhuc monachalibus oibus sopoatis calciamenta tergens et vnguens retransmittebat per singulas cellas. De officijs autez monasterialibus nihil sibi placuit nisi prima seruire: t ipa se castigabat si bonū fecisset post alteram. Ergo suis vicib⁹ scopans monasterij plateas vel angulos: quicquid erat fedum purgans: sarcinas quas alie horrebant videre: nō abhorrebat euehere. secretū etiā opus purgare non tardans: sed scopans ferebat stercoris fetores. Credebat se minorez sibi: si se non nobilitare vilitate seruitij ligna supportans brachijs. Cadens nec lesa se retrahebat extra suam hebdo-

madam

madā: infirmantibus seruiēs ipsa: cibos decoquēs: egrotis facies abluens. hinc cōsummatis coniuijs ipsa vascula diluens: purgans nitide coquinam. Ad oēs faciebat humanitatem: pedes lauans ⁊ osculans: ⁊ adhuc oibus prostrata deprecabaf̄ venias pro cōmissa negligentia. Post tot labores quas sibi penas intulerit: ipsa vox que refert perhorrescit. Quadā vice translatos sibi circulos ferreos dieb⁹. xl. collo vel brachijs innexuit: et tres cathenas inserēs circa suum corpus dū alligasset stricte: inclusit durus ferrū caro tenera succrescens. ⁊ transacto ieiunio quū voluisset sub cute clausas cathenas extrahere: nec valeret: caro per dorsus atq; pectus super cathenatum ferrū est inclusa per circulum: vt sanguis fusus ad extremum exinaniret corpusculū. Inde iussit vice altera fieri laminā de orichalco in signo christi. Quam accensam in cellula locis duobus corporis altius sibi impsit tota carne decocta. Sic spiritu flāmante membra faciebat ardere. Aliquid adhuc grauius in seipsa torrire excogitans: vna quadragesima super austerū ieiunio ⁊ sitis torridum cruciatum/adhuc pena cilitū tenera mēbra seris asperis dissipante: iubet portari mātile ardētib⁹ carbonib⁹ plenum. Hinc descedētib⁹ reliquis trepidātibus mēbrisanim⁹ armatur ad penam: tractans q; nō essent psequutionis tpa vt martyr fieret. Inter hec vt, refrigeraret tam feruentem animū: incendere corpus deliberabat. Apponit era candentia stridunt cremātia mēbra. cōsumit cutis intima. q̄ attigit ardor: fit fossa. tacēs tetigit foramina: sed cōputrescēs sanguis manifestabat qō vox nō prodebat in pena. Sic femina pro christi dulcedine tot amara libēter excepit. Hinc actum est: vt qō ipsa abdiderit miracula non tacerent. Intantum de corde vel ore eius laus dei non discedebat: vt quum quadam die vidisset posticariam monasterij transeuntem noīe Kodegundē: vbi eā voluit appellare pro eius noīe: alleluya clamabat. hoc millies fecit. Nunq; mendaciū: nūq; maledictū ab ei⁹ ore contra qualēcūq; psonā, platū est. non solum nō detraxit cuiq;: sed nec detrahentē audiuit. Patienter p psequētib⁹ se semp orauit: ⁊ orare alios docuit. Nūq; imposuit alicui qō ipsa prius non fecerit. Undecumq; seruus dei venisset: solicite pquirebat qual'r deo seruiret. Si quid vero noui cognouisset ab eo qō ipsa nō faceret: cōtinuo cū oī alacritate sibi prius imposuit: ⁊ post congregationem tam verbo docuit q; exēplo ostēdit. Quū ante eā psalm⁹ cessaret lectio nunq; discessit. Dum nocte quasi vel vnius hore spatio videret somnū capere: semper tū lectio legebaf̄. vbi aūt a lectione cessasset: mens ad christū intenta dicere videbaf̄. Ego dormio: ⁊ cor meū vigilat. ¶ De miraculis eius. Mulier quedam quum inimici inuasione grauiter laborasset: et vir ad sanctam potuissent rebellē hostē adducere: imperat aduersario vt se suo cum tumore pauimento prosterneret. Mox ad btē sermonē in terras se deijciens/q̄ timebaf̄ extimuit: ⁊ expulsus est. Et q; in rebus minimis est gloria creatoris: ergo casu dum globus quē sctā filauerat/penderet de camera: vemens fore vt tāgeret: anteq; filū incederet: mox tuus pependit in morsu. Rogauit btissima de loco suo euelli arborē validā lauri: ⁊ ad suā cellulā pro iocūditate transferri. quo facto transplantata non adherente radice fit tota foljs arida. Cui abbatissa ioculariter imputat qō nisi exoraret vt arbor terre adhereret: se a cibo suspenderet qō nō inaniter dictū est. Nā sancta intercedēte: foljs ramis et radice laurus siccata reuirunt. ¶ Item quum dicta sctā clausa esset in cellula audiuit fletus de mortua monacha infantula. Cuius cadauer sancta ad cellulā suā cōpatiēs ferri mandauit. iubetq; oēs discedere. Interea duas exequie parabantur: mortue p septē horas tractat corpusculū: ⁊ orans illam vite restituit ⁊ saluti. ¶ Quū aūt ad imperatorē mississet pro portione ligni salutifere crucis: ⁊ de ea tulissent: pictauis in suo monasterio collocauit. Ad cuius ligni psentiā miracula plura ostēsa sunt. Sed nuncij p mare nauigātes quum ater agerent: facta est magna pcella: ita vt nauis eorū quadraginta dieb⁹ ⁊ noctib⁹ in medio maris periculis subiaceret. Qui desperātes de euasiōe sanctā Radegundem inuocauerunt in adiutorium suū. Et ad inuocationē nois eius columba apparuit: que circūiēs nauē famulos eius de mortis ianuis vite restituit. Ipsa autē hora qua migrauit a seculo sanctā: tribuno fisci q̄ Demolemus vocabaf̄: dum suffocationis languore totus deficeret: in sopore apparuit sancta: tangensq; fauces eius sanauit: iubens: vt quos in carcere habebat septem horas relaxaret. Qui euigilans ⁊ sanum se inueniens: existimauit sanctam illa hora migrasse. vnde et nuntius mittens id inuenit: ⁊ de carcere liberatos illos absoluit. Uiuoberga vna ei⁹ famula fuit: que ausu temerario in cathedra beate regine post eius decessum sedere presumsit. Quo facto: iudicio dei percussa ita ardebat: vt viderent omnes fumū de ea in altū procedere: ⁊ illa coram omni populo confitens se clamaret peccasse: et propterea ardere: ea in beata sede consederat. Tribus ergo diebus et noctibus incendium passa vociferans clamabat: Domina Radegundis peccaui: male egi: ignosce mihi. refrigera mihi membra duro cruciatu erusta. In tanta pena eam omnis populus videns pro ea deprecabatur. Dicq; beata ad preces omnium indulgens benigne ignem feruentem compescuit: et illa sospes domum rediit. Huius sancte transitus recolitur idibus Augusti.

§. V. Eo tempore vt ait Sigisbertus in Scotia Brēdanus claruit. qui fortunatas insulas septēnali nauigatione perquirens: multa miraculo digna vidit. A quo Machutes qui et Maglouius regulariter inducatus: et ipsius nauigationis socius in Britannia sanctitate et miraculis claruit. Hic vt refert Uincen. spe. hi sto. lib. xxij. parentibus generosis in Britannia quadrāgula est ortus: matre vt fertur ias decrepita. i. septuagintaseptenarium: que soror erat Haymonis patris sancti Samsonis Hunc Maglouium sanctus Brendanus abbas baptizans/ spiritualem filium spiritualiter educandum deinceps accepit: et literis eruditit. Qui licet etate teneri animo tamen fortis erat: et stabili grauitate fundatus. igneumq; vigorez corpusculi in se validum feruere testabatur. ita vt duz eius condiscipuli pre nimio frigore stridere dentibus videbātur ille spiritu feruens omnib⁹ horis calebat in corpore. Itaq; more puerorum ipse et condiscipuli ad litus maris perrexerunt vt laborem discipline iocandi licentia releuarent. Sed quum cereri ante inundationem maris continue estuantis fugerent: ⁊ ludū relinquentes ad scholas redirent puer sanctus dormiens super fascem alge remansit in litore. Quūq; appropinquaret mare: minime eū tangens circundedit. nutuq; diuino quantum circa cūcrescebat: tantū locus litoris superquē ille iacebat exaltabat. Tādem puer prehorrore sonitus fluctuū euigilans: dum circunspiciens neminē videret/condiscipulos noiatim inclamare cepit. Qui quiz nemo rīderet: secū ait. Deus oēs: vbi nunc posit⁹ sum ego: ne derelinquas me: sed adiuua me. Interea magister ḡrebat a discipulis solicite vbi esset alumnus ei⁹ charissimus. Quib⁹ respondentib⁹ se nescire: ingemuit ille timēs eius submersionē. Et iam imminēte vespere cū scholasticulis suis ad litus maris prexit: ceperūtq; p vndas maris circūquaq; pspicere: si forte vel cadauer pueri videre cōtingeret. Et nō inuento eo ad monasteriū redeūtes exeqas pueri quasi iam mortui celebrarunt. Sed sancto Brendano nocte oranti apparuit angelus: significans ei puerū saluū inter vndas maris. Ecce enim (ait) pro cōseruatiōe pueri facta est vbi iacebat dormiens perpetua insula. Tunc sanctus dño gras agens mane cū fratribus ad lit⁹ abijt. Ibiq; puerū in suppozi loco insule odas dño concinentē pspexit: et gaudēs eum salutauit. Qui oēs ad benedicēdum deum inuitās addidit. Nunc saltem vna die permitte me manere: vbi pietas saluatoris miraculo me dignata est illustrare. Sed et psalteriū meum vt mecū habeam afferte: ⁊ si nō est modus quo ad me deferatur illud in mari deponite. Qō quū magister sctūs in mare misisset: fascis alge sup quā iacens dormitauerat/accurrit: et super sepsalteriū excepit: ⁊ ad insulā aēs nō madidū puero psentauit. Quū autē ad requisitionē parentū sctūs Brendanus eum vellet eis assignare: puer lachrymabiliter ait. Magister sctē et mihi pre parentib⁹ venerande. Nonne quū euangeliū legerē audiui. Nolite vocare vobis patrez super terrā. Sicq; parētes eū cū magistro dimiserunt. Quū vero quadā nocte surgēs vt ante magistruz candelā accensam in lucerna vt moris erat ad eundū in ecclesiam in matutinis deferret: ⁊ p ea accendenda ad lucernam seu lampadem accederet: alij pueri consocij inuidia instigāte extinxerunt focum vnde lumen accendere debebat: cupientes eum ob hoc a magistro verbera perpessurum. quo cōperto: puer ambigens quid ageret saltē mortuos carbones in sinuz collegit: ⁊ subito ignis inter illos irrupit: a quibus illesum pmāsit vestimentum eius. et reuersus ad magistrum reperit candelam ab angelo illuminatam. Itaq; omni vita sua virgo permanens monasticū habitū induit. et demum post longam nauigationem ad patriā redeūtē ad sanctū Machutez miraculis choruscātem reges et nobiles illi⁹ prouincie ad epatus apicē elegerūt. Qui solenniter ordinatus sacrū officium aliquādiu feliciter administrās: nauali b⁹ iterū apparatib⁹ instructis ad quādā insulam cū quodā magistro suo Brēdano peruenit: vbi sepulchrum mire manitudinis inuenerunt. Tunc sanct⁹ Brendan⁹ cū fratribus suis btrū Machutem poscebat vt corpus illud quocūq; foret tumulatum oone sua suscitaret. Qui quū se primo ad hoc ope excusasset: ne inobediens magistro videret: cū lachrymis se pster,

Brēdan⁹ ⁊ maglouī⁹.

nens et otans mortuū suscitauit gigantee stature. Qui interrogat? ꝯs fuisset ⁊ cuius conditionis: rñdit se noīe Adil duinū paganū ⁊ idolatrā fuisse. tormēta etiā q̄ cū aliys perditis sustinebat enarrauit. et q̄ meritis bti Machutis inde erept? esset. Cōfitebat quoq; xp̄m verū deū esse ⁊ filium dei. Judeos q; ei? crucifixores plus ceteris cruciatos. Suscitatū igit̄ se intelligēs ꝟtute deitatis/aq̄ et spū renasci flagitabat. Erudit? ergo ab eo in fide baptismuz suscepit: qui post tp̄s modicū q̄uit in dño. Patriā demum redire disponentes/carinā a statiōe submonerūt: ⁊ illucescēte sacratissima die pasche circūspiciētes q̄si modicā insulā ad eaz applicuerūt. Ibiq; suggerentib? fratrib? missarū solēnia celebrare cepit. Quūq; fratres psallendo missam canerent: peruentū est missali ordine ad orationē dominicā. Tūc subito tota illa que videbat insula commota est. Erat aūt belua ex ijs q̄ cete dicunt̄ abyssi incola: tāte magnitudinis vt crederet paulo ante insulā esse/vel terre spatiū aliq̄ non modicum. Adueretes desup stantes viuum aīal esse: exterritis oībus secū iam mergēdos et glutiēdos clamātibus: vir dñi fidens in deo imperterrit? stetit: donec expleta missa fratrū caterua pfortare cepit: pponēs eis Jonā pphetā in vētre cetj triduo illesum seruatum: diuinaq; adesse suffragia vbi desunt hūana. Diffugiētib? ergo cūctis ad nauim/sanctus vir se in ore pstrauit rogans deū vt cetū illū immobilem faceret: donec illa pgregatio fratrū illesa euaderet. Sicq; factū est vt immobilis permaneret. Idem sanct? Machutes quū in vigilia pasche missaz celebraret: ante fores eccl'ie cadauer hoīes portātes vsq; ad cōsummationē misse subsistere mādauit. Qua expleta oratione sua mortuū illū vite restituit. Quūq; suscitatus sitiēs potū vini postularet: vasculum marmoreū sanct? iussit afferri aq̄ plenū. Qui epāli benedictione vas marmoreū cōuertit in vitreū: et aquā in eo in vinum optimum. Et quū per Britanniā trāsiret p̄dicans ꝟbū dei: inuenit subulcū merētē eo q̄ iactu lapidis porcam occidisset: eo q̄ messes importuna voraret. Cui incūbebant septē suilli nec lac nec quicq; a māmillis eius elicere valentes. Huic cōpatiens sanctus dei cuspidez baculi sui misit in aurē scrophe: sicq; reuixit ⁊ filios enutriuit. Item quuz in quodā loco multa fuissent ei et suis allata: inter cetera rusticus quidā asellū donauit ad ligna ferenda ex syluā. quez quadā die lupus occidit et comedit. sed sanctus dei in syluā pergens vbi lupus fecesserat: lupum fecit ad se venire: atq; salmam lignorum pro asello imposuit deferendam. Qui domesticum animal effectus/officium asini in ferendis salmis agebat. Complura alia dominus per eum fecit. demum sancto fine quieuit. xvij. kal'. Decembris.

§. VI. De sancto Samsone Dolensi, Sigisbertus.

Tēpore illo Samson Dolensis archiep̄s cōsanguineus bti Maglouij et successor Samsonis Maglouius qui de transmarina Britānia ad cismarinā transierant clarent sanctitate et miraculis. Hic Samson vt refert Uincē. spe. histo. lib. xvij. ex gestis ei? de Metiana puincia nobilib? parētib? fuit ortus ex matre Anna sterili ⁊ patre Amonnio. Ipsiq; matri reuelatū est a dño talē filiuz conceptura cui Samson nomē imponeret: q̄ magnus in conspectu dei esset futurus ⁊ sacerdos sanct?. Hic igit̄ conceptus ⁊ natus cū esset anno⁹ q̄nq; et scholas adire voluisset: pater contrarit ne clericus fieret: sed celesti increpatione per somniū admonit? est: vt a scholis non reuocaret. Fuit ergo sub magisterio egregij Britannozū magistri Elchuti noīe: q̄ ex discipulis erat sci Germani. Hic erat olim scripturarū noui et veteris testamenti et omnium artium philosophie cunctoz Britannozū sapientissimus. Itaq; literis puer apud eum eruditus: quū esset anno⁹ circiter q̄ndecim: ieiunijs ⁊ vigilijs plus oībus se exercebat: ita q̄ sepe biduana ieiunia facere contendebat. Quadam die dum estiuo tpe fratres ad mala herbarum germina purganda egressi fuissent de messe: coluber quidam de rubo egrediēs fratrem vnū momordit in inguine: morq; in terraz cecidit semiuiuus. Et quum de vita desperaret a cūctis: Samson adueniēs ⁊ pro eo per trium horarū spatium deū orans p eius incolumitate: ip̄m sanitati restituit ad plenū. Quū aūt ordinaret a dño Dubzutio papa. i. episcopo in diaconem prefatus Samson visa est columba super illū descendere et immobilis permanere. Idemq; contigit quum in presbyterum tēpore suo fuit promotus. Quanto autem ad maiorem gradum ascendebat: tanto et in arctioris abstinentie tramite se inferebat. Qui etiam libidinosa incentiua in adolescentie sue flore vincens voluntariā carnis munditiaz pro natura habebat: nec vnq; aliquid alicuius animalis in vita sua tota gustauit. Inuidia quoq; ex fratribus poculū veneno infectum: cui? malitia experimento cuiusdam animalis ex eo mortui ostensa fuerat: sibi oblatum mortiferum bibens in nullo lesus est. Sed quum ille qui tantum scelus operatus est in sanctum: penitentiā nec secum ageret: vindicta dei adfuit velox. Naz dñica die sequenti de manu Samsonis communicans: cum bucella introiuit in eum sathanas terribiliter vexans: ita vt se discerperet: turpiterq; nudaret: ac labia sua dentibus laniaret. Sed dei viro Samsone compatiente et pro eo lachrymis exorante liberationem eius obtinuit: malū perpetrati penitentiā cozā oībus agentis. Cotam vero noctez sanctus fere ducebat insomnē: lectione scripturarū et meditatione se occupans. et siq̄ quiescere opus esset vt hōr seipsum parieti aut alicuius rei dure firmamento inclinās nunq; in lecto dormitabat. Ad deo aūt inspirat? longum iter assumpsit: vt visitaret patrē suum infirmatum. ⁊ per syluaz transiens socium suum cuiusdā monstrosi animalis eis occurrentis timore ⁊ horore ad terram prolapsum ⁊ semineceni ore sua sospirati restituit. Demū ad domum patris sui Amonij peruenit. Qui in aduentu plurimū gauisus: capitale crimen q̄ in se celauerat in medium publicauit: ⁊ ad seruiendū deo se deuouit: ⁊ caput suum tondere fecit: sed et vxorem suā Samsonis matrē cum q̄nq; eozū filijs fecit altissimo famulari. vnā aūt sororē tunc paruulā quā p̄cognouit voluptatibus implicandā/mandauit tū nutrirt q; creatura dei. Exinde ad monasteriuz pristinū remeās: in nemore serpentē terribilē inueniens contra eum flammeo capite spirantē signo crucis occidit. In suo autem monasterio abbas creatus p̄m regulā et sanctoz vitā fratres suos verbo ⁊ exēplo viuere docuit. Indeq; post annū cum dimidio vastissimā solitudinē intrans solus habitare decreuit: vt deo frequētius frueret: vbi et fontē aque ore sibi p̄curauit. Jn visione autez nocturna apparuerunt ei tres ep̄i diademate aureo coronati eccl'iam intrantes: quoz noīa ei scisitanti dixerunt esse Petrū: Jacobū: ⁊ Joannem: ⁊ ad eum ep̄m confirmandū aduenisse. Unde et paulo post congregatis ep̄is cū suo metropolitano Dubzucio ad prouidendum eccl'ie cuidam ep̄o viduate: ei dño reuelante q̄ Samson ad pontificiū illud assumeret: ita oībus placuit in eū assentire. Uisaq; est colūba sup eum descendere ⁊ p̄manere quousq; ordinatus in ep̄m fuit. visumq; est Dubzucio ⁊ duob? egregijs monachis quū missam celebraret solēniter: ignem de aure ⁊ naribus eius exire. Jn missa aūt eius ab ea die qua fuit presbyter ordinatus angeli altaris ⁊ sacrificij ei? erant ministri. Demū in paschate missam eo solēniter celebrante/apparuit ei angelus dñi q̄ eū confortauit: admonuitq; vt vltra mare proficisceret. Qui iter assumens matrē in via vi sitans: inuenit ⁊ sororem a matre separatā ⁊ adulterio pollutam. Unde ⁊ in hoc malo p̄durantē excōicauit: ⁊ post doctrinā ⁊ miracula naufragio demū venit in Britanniā minorem. descendensq; de nau ꝑpe portū inuenit quendā plozātem ⁊ ad mare aspiciētem ad ostium tugurij sui manentem. Qui percunctatus ab eo causam merozis: habeo (inquit) in hoc tugurio vxorē lepr̄osam ⁊ filiā demoniacā: et virū expecto trāsmarinum qui istas sanare debeat. prout mihi p̄missum est. Ingressus ergo vir dei tugurium: ⁊ super illos orationem fundens: restituit sanitati. Jn illis ergo partibus monasterium fundauit Dolense nuncupatum: vbi plurimis ad deo seruiendum collectis: ⁊ diebus et noctibus a collo quijs diuinis ⁊ oratione non cessans: ieunijs ⁊ vigilijs vacans: quieuit in pace miraculis clarus.

§. VII. De sctō Ethbino. Hic

sanct? vt refert Uincē. spe. histo. lib. xvij. in Britānie partibus fuit natus: et in domo patris sui nobilissimus vsq; ad xv. annū artibus liberalibus eruditus. Quo scz patre eius mortuo: mater eius ad sanctū confugit Samsonē: qui eā sacro velamine cōsecrans deo dicauit: ⁊ filiū suuz Ethbinum comā capitis radens clericauit. Qui annis aliquot cum eo manens ei fugiter seruiēs: eo quadam die celebrāte audiuit oīa dominī in euangelio dicentis. Qui non renuntiauerit omnib? que possidet: nō potest me? esse discipulus. Hac vocatione compulsus cuncta reliquit: ⁊ ad sctm Simulianum abbatem peruenit: habitumq; monachalem de manu eius suscepit: et in Tauraco monasterio sub iugo domini ceruicem suam inclinauit. In quo scz monasterio habitabat sanctus Uignalocus sacerdos ⁊ monachus. cui iussu abbatis ecclesias dño offerre ꝑsuetudo fuit. ⁊ ad hoc secū sanctū Ethbinum socium sociauit diaconū. Quadaz igit̄ die dum irent: inuenerunt leprosum in messe iacentē: totū vulnerib? plenū: flebili voce ab eis auxiliū postulātem. Qui requisit? de infirmitate ait. Graues dolores quatiunt̄ in corpe: sed insup vnus dolor est tam nociuus: vt si hunc diem sine eius leuamine transiero mortem proximaz existimo. Nares etiā mee plene

Uignalocus locus ⁊ Ethbinus sanctus

stercoris

stercoris concremantur ardore infirmitatis. Tunc Ethbinus eū per latera arripiēs a terra sursum erexit. ⁊ Vignalocus manus eius ad nares porrexit. Sed paup flebili voce clamare cepit. Noli senior manibus tuis nares caperē: q̄ dolor non pmittit. Sed si dolorem meū leuare volueris necesse est vt in ore tuo nares meas mittas: et ita traxeris. Tunc ille meritis exaltatus humiliauit se. ⁊ quādo putauit dolorem pauperi alleuiare: ore suo carnem excepit filij dei. Mox ergo vt ad ad se traxit: petia mirabilis in os ei⁹ cecidit. Beatus aūt Ethbin⁹ p latera dñm tenens sursum aspexit. celū apertū vidit. et in capite dñi quem tenebat sancta crux apparuit. angelosq; dñi obuiā venire vidit. Tunc sacerdoti ait. Pater sancte ipm quē teneo manibus et tu ore dominū nostrū Jesum christū qui pro nobis semetipsum tradidit esse crede. Quisq; dñm vellent manib⁹ tenere: eleuauit se in nubibus dicēs. Nō me erubuistis serui mei in angustijs meis: nec ego vos erubescam in regno patris mei. Hereditas vestra mecum est. et ijs qui memores vestri fuerint in orationibus vestris salus in regno meo. His dictis euanuit ab oculis eorum et receptus est in celum. Quumq; manerēt stupefacti: alter alteri cepit attribuere miraculū. Vignalocus Ethbino pter pfectā ei⁹ obedientiam: vt nil pretermitteret sibi mandatū. Ethbinus Vignaloco pter eius quotidianā misse celebrationē. ¶ Deniq; quum Franci vastassent Britāniā: Ethbinus Hybernie partes petens: in sylua q̄ Noctēsis ōr:vt pauper peregrin⁹ tuguriū fecit: ⁊ ecclesiā fabricauit in qua dño militauit. Et quadā die clausum ab eo eleemosynam petentem in noie christi sanauit. Quedā etiā mulier pro sanitate filij sui paralytici postulauit. Cui respōdit Ethbinus. Nos petōres nō possumus hoc miraculū facere. hoc in vsu non habem⁹. Sed si vis sanari filiū tuum: perduc eū ad sancte Brigide sepulchrum. At illa inquit. O pater iam eū illuc portaui: sed nocte quadam audiui vocē dicentē mihi vt ad te accederē. Ingressus igitur oratoriū pro eo ad dñm pces fundēs sanitati restituit. Uixit aūt in eodē loco sanctus vir annis. xx. miraculis coruscans. Tante autē abstinentie fuit: vt in eum cibus non intraret in hebdomada nisi tantū feria quinta panis ⁊ aqua. Uinum aūt nō bibebat nisi quū cōicabat. Quūq; esset iam lxxxiij. annorum acri dolore fatigatus conuocatis fratrib⁹ obitum suum predixit. eisq; deo commendatis ante altar spiritum reddidit. xiij. kalen. Nouembris.

§. VIII. De sancto Basolo. Anno

Justini imperatoris scō:vt ait Sigisbert⁹: Basolus abbas. et Syndulphus presbyter et reclusus in Francia claruerūt. Hic Basolus (vt refert Uiacē. spe. hist. li. xxij. ex gestis eius) in territorio Lemouicino ort⁹: quū tpe adolescentie sacri tyrocinij incremēta cōtigisset: ad diuine seruitutis opus totū se cōuertit. Quūq; extra loci illius fines pedem peregrinatur⁹ mouisset: apparuit ei angelus dñi socius itineris. quo duce ad Remensem vrbē peruenit: vbi pontificatum tenebat sctūs vir Egidius post drīm Remigium quartus. Hunc rex Franco⁹ Chilpericus et regni pceres valde diligebant. In ea igitur altercatione q̄ inter Chilpericum et Childebertū de principatu regni fuerat obortā: idē presul Chilperici regis auxilio non defuit. Unde et multa post aduersa sustinuit. Ab hoc vir dei Basolus honorifice susceptus: petijt ab eo secretius sibi concedi habitaculum: eo q̄ haberet pter turbas ppl'm vitiādi ppositū. Et primo q̄dez eiusdez pontificis gra et authoritate in quodā cenobio ad radices montis Remo⁹ monasticā vitā duxit. Et quum de virtute in virtutē sublimiter excreuisset: volens solitariā agredi vitā: in nemorosi mōtis cacumine cellā sibi cū oratorio cōstruxit. vbi per. xl. annos habitans singulariter/ꝓtra antiquū serpentē fideliter dimicauit. Et quum aque penuria ibi laborar et: ad deū deuote conuersus orauit. Mox dicto citius fons in eodē loco fluere abūdātissime cepit: haustu dulcis ⁊ infirmis ad portandū salubris. ¶ Quū autem Attila quidē diues ⁊ prepotēs gra venādi sylua illam intrasset: mire magnitudinis aprum fugiētem insequit. Qui montē ascendens ad cellā viri dei puenit: et omni feritate deposita/ante pedes puolutus stetit: quasi pfidiū vite sue implorās. At ille eius miser⁹: tāta insequutores bestie virtute vno in loco fixit: vt bestiā sibi primā oc'lis cernerent: et tū oino cōtingere non valerent. Tunc Attila cognita dei virtute: veniam presumptionis flagitās: quicq̄d circa locus sui iuris fuit: nō mulla etiā possidēda predia sancto viro contulit. ¶ Homo quidā pro crimine cōmisso dyudicatus ⁊ patibulo suspensus quum iam in extremis ageret inter laqos huius sancti confessoris sibi subito memoria incidit. Uoce igitur qua poterat adstrictus toris precordijs sanctum Basolum inuocat: et vt sibi subueniat lachrymabiliter postulat. Mox laqueus rumpitur: et ille ab alto labitur. Super omnes stupor ruit: et liber ille a morte recedit.

§. IX. Anno Justini imperato-

ris sexto sanct⁹ Amādus nascit. Hic vt refert Uincen. spe. Sanct⁹ histo. vbi. s. ex nobilib⁹ parētib⁹ ort⁹: ab infantia sacris literis eruditus: parētes suos reliquit: et in quodam monasterio habitum religionis assumpsit. Qui dum quadam die circa monasterium ambularet: repente quēdam maximum serpentē inuenit: quē statim virtute crucis et oronis ad foueam suam nūq̄ inde exiturum coegit redire. Postea egrediens de monasterio illo causa pegrinationis/venit Turonos ad sepulchrum beati Martini. ⁊ ibi mansit in quadam cella. xv. annis: cilitio semp tectus et aqua et ordeaceo pane sustentat⁹. Exinde Romā accessit ad limina apostolorum visitanda. vbi quū quadam nocte in eccl'ia vigilare vellet: eū eiecit irreuerēter custos eccl'ie. Qui dū ante fores eccl'ie dormitaret: apparuit ei sctūs Petrus rogans vt ad Franciam p̄dicatiōis gra remaneret. Quo quū venisset: ⁊ verbum dei cōstantissime p̄dicaret: multas iniurias est ppessus cum ipsum regem Francie Dagobertū de suis criminibus increparet de regno eius expulsus. Tandem quū rex filiū nō haberet: rogauit dñm vt daret ei filiū q̄ ei succedere posset in regno. Quū ergo nutu dei filiū habuisset: cogitabat rex solicite quis eum baptizaret. ⁊ venit in mentem eius sanctus Amādus. propter hoc diligenter eum inq̄ri fecit. Inuentus ergo regali imperio adductus cū magno gaudio susceptus est. Rex aūt pedibus eius obuolutus / rogauit vt ei indulgeret q̄ in eum perpetrauerat: et filiū quē dñs ei concesserat baptizaret. Ille vero prima ei⁹ petitionē liberter cōcessit: sed secularib⁹ negotijs metuens implicari: sc̄am pfus renuit ⁊ abscessit. Rex tū missit ad eum sanctum Eligium et socium eius Dadonē. quorū precibus fatigatus Amandus ad regē remeans eius filium baptizauit. Post hec quū Traiectensis eps migraret ad dñm: rex sanctū Amandum licet plurimū renitentem in Traiectensi eccl'ia in cathedrali sede sublimari fecit. vbi quū triennio verbum dei cōstanter predicasset: ⁊ a plerisq; p̄dicationē suā cōtēni uideret: cōtemptores suos deseruit: ⁊ in Uasconiā gentem ferocissimas causa predicationis intrauit. Ubi quū intrasset: ⁊ ioculator⁹ q̄dam leuis ⁊ lubricus predicationis sue vbis detrahere cepisset: statim a demonio arreptus dentibus seipm lacerare cepit et discerpere. et q̄ iniurias fecerat dei seruo clamans: expirauit. Inde pergens ad aliā ciuitatē ab epo ciuitatis humane susceptus est. Cui quū ille eps cā humilitatis ⁊ hospitalitatis aquā manibus daret: iussit ille vt aquā illam diligēter custodiret. Credebat enī q̄ meritis viri multis foret fidelibus ad salutē. q̄d ⁊ sequutū est. Nam ⁊ cecus quidā aqua illa oculos lauans subito visum recepit. Post hec sanct⁹ Amandus reuertens in Galliā: impetrauit a rege Childeberto locum qui dicitur Abanto vt ibi cenobiū edificaret. Sed quidam eps vicine ciuitatis moleste hoc sustinēs: iussit famulis suis vt eū inde ejcerent vel certe occiderēt. Ueniētes ad eū dolose ei dixerunt vt secum pergeret: ⁊ illi locum aptum ad cōstruendum monasteriū ei ostēderēt. Sanctus autē malitiā eorū agnoscēs deo sibi reuelante: iuit cum eis ad cacumen montis vbi eum occidere decreuerant. Nec tū suis hoc ipse dixerat: q̄ valde martyrium cupiebat. Sed orta tempestate subito pluuie et grandines ita montem terrunt: q̄ maligni qui eū disposuerant occidere: penitus nihil viderunt. et iam se mori putātes prostrati veniam postulabant: et vt eos viuos abire permitteret orabant. Cui sanctus tandiu orauit donec serenitate reddita et visu recepto ad propria redierunt. Laudes sanctus Amandus post plura miracula in pace quieuit.

§. X. Sanctus quoq; Paulus

Leonēsis eps brō viro Hydulto a puericia est traditus doctrina ⁊ moribus informand⁹: simul cum sancto Samsone postea futuro epo. Hic quū venisset ad domum sororis sue sup litus maris Britannie sitā: rogat⁹ ab ea pces fudit ad dñm: quatenus statuto maris fluctus coerceretur alueo: ⁊ terra optata aliquo sibi et incolis eius insule ampliaretur spatio. Quisq; subito mare vndas retraheret: ⁊ terra ficca apparere cepisset: ab oone pariter ipse et soror surgunt et ad ripā accedūt. Cui Paulus sorori imperat vt in manibus lapillos vsq; ad summā maris marginē deferat. Nam mille passus vel amplius aquis exhausta terra p eius oronez dilata est. Cū genua in oone sup ripam flexerunt. Qua finita Paulus ad mare conuersus ait. Lapilli quos in finib⁹ tuis posuisti sint in signū inter me ⁊ te: vt deinuo nunq̄ transgredi nec hec nostra territoria audeas ingredi. Cuius sermonis imperiū vsq; hodie seruat horridū maris elementū. Quūq;

reuerterenſ domũ:ſubito viderũt prefatos lapillos diuina virtute columnas lapideas mire magnitudinis factos: vt res ſimpl'r poſtulata redderetur duplicata. Via ꝙ quam eo die tenuerunt per medias illas colũnas incedentes / adhuc in Britonibus ſemita Pauli vocatur. Quadã die quum iter agerent diſcipuli grauiter feſſi ſyluas peragrantes aquam exquirunt nec inueniunt: miraculoſe eis procurauit. Et ſer pentem maximum in maris precipitium ire coegit.

ſemita Pauli.

§.XI. De ſancto Gregorio Turonẽſi archiepo.

Gregorii Turonẽſis

Hic vt aut Sigiſbertus octauo Juſtini anno ordinatur Turonenſis archiepus: et in omnib' clar' habetur. Ipſe (vt refert Vincen. ſpecu. hiſto. lib. xxij. ex geſtis eius) Aruernie regionis indigena quum aliqñ de Burgundia ad Aruerniam iter faceret magna ℨ ſe tempeſtas exorta eſt. denſus imber in nubib' cogitur. celũ crebris ignib' micare ⁊ tonitruis reſonare cepit. Oibuſq timore pallentib': Gregorius ſancto ꝫ reliquias quas indefinenter collo ferebat de ſinu protraxit: ac nubibus cõſtanter oppoſuit. Que ptinus diuiſe dextera leuaq pretereũtes: illeſum iter gradientibus prebuerũt. At ſuperbia que plerũq nutrit virtutibus iuuenili animo prorſus irrepſit. Et quia ſuperbie vicinus eſt caſus: dum priuatim gaudens ſuis meritis preſtitum arrogaret auxilium: equus cui inſederat illico lapſus ad terram eum grauiter eliſit: ita vt omni corpore cõtuſus vir poſſet aſſurgere. cauſamq ruine intelligens ſatis deinceps cauit ne ſe vane glorie ſtimulus qualibet occaſione deiceret. Hic igitur beati Martini amore flagrans: et paſtorali officia exſtens idoneus: eius vice cathedram Turonenſem regendam accepit: beato migrante ad dominũ Euphonio: q eccl'iam illam rexerat immediate. Eccleſias autẽ plures ipſe inſtruxit: et libros in laudem ſanctorũ in expoſitione ſanctarũ ſcripturarum edidit. Matricemq eccleſiam quam beatus Martin' conſtruxerat: nimia vetuſtate cõfectam: arcuato ſchemate reparauit: atq hiſtoricis eiuſdem Martini geſtis decorauit. Quũ aũt aliqñ per viam incederet: ⁊ crucẽ auream cũ reliquijs collo geſtaret: ⁊ cuiuſdã pauperis hoſpitiolũ foliis ac ſurculorũ cremijs cõrectũ cremari cõſpiceret: illoq cũ vrore cũ liberis hac ⁊ illac curſitantibus ⁊ ſtrepentib' ⁊ aquã efferentib' flãme mitigari non poterant: tunc Gregorius accurrit: ⁊ ℨ flãmarũ globos crucem eleuauit. moxq in aſpectu ſanctarũ reliquiarum ita totus ignis obſtupuit: vt nec ea que iam apprehenderat vltra vel ad modicus vſtulare poſſet. Aliqñ ſepulchrum beati Hilarij Gregorius ſupplicaturus adijt. et inde ad viſendũ ſanctam Radegundam reginã olim ⁊ tunc ſanctimonialem diuertit. Et quũ ſecũ duo incole pagi de tẽporalib' loquerenſ: oleum qõ ante pignora ſancte crucis guttatim illic deſſuere ſolebat: ſic in aduentu pontificis auctũ eſt: vt intra vnius hore ſpatiũ vltra vnũ ſextariũ erundaret. Porro quũ hec btã regina ad regnũ celorũ accerſiẽda eſſet: Greg. de eius tranſitu nũriũ accepit. Et quũ illa eo occurrente migraſſet: ſctã eius mẽbra ſepulture locauit. Sedecim autẽ annis in epatu exegerat: quũ equiuocus ille magnus Greg. in ſede apl'ica ſubrogatus eſt. Opinata ꝙ res eſt ꝙ dudũ alter alteri ſit familiari amicitia deuinctus. Quũ igiſ ſacra apl'orũ limina hic petiſſet: eiꝰ magna reuerẽtia eũ papa excepit. Quem ad btĩ Petri confeſſionẽ introducẽs ex latere cõſtituit: pſtolãs donec aſſurgeret. Interim aũt (vt erat ingenio pfundiſſim') ſecretã dei diſpẽſationẽ admirans: cõſiderabat in hmõi homine erat eñ ſtatura breuis tãtam gratiã profluxiſſe. Qõ ille mox diuinit' perſentiẽs: ⁊ ab oſone ſurgens: placido vt erat vultu ad papã reſpiciẽs: Dñs inquit fecit nos: et non ipſi nos. Idẽ in paruis ꝙ et in magnis. Quũq cogitationi ſue id ſanctus papa reſponderi cognoſceret: ipſa ſua deprehenſione gauiſus: gratiã quã hacten' in Grego. mirabatur in magna veneratiõe deinceps hẽre cepit. ſedẽq Turonicam ita nobilitauit: vt etiã ei aureaꝫ cathedrã donaret: q pſtita apud pfatam ſedẽ in poſterũ ſeruareſ. Quũ aũt moreretur in cilicio ſtrato vel loco ſe ſepeliri fecit: vbi ſemp pedibus oĩm conculcareſ: nec in vlla reuerẽtia haberet. Sed grex beati Martini talia non ferens: eum de loco illo leuauit: ⁊ edito ſibi pulchro mauſoleo ad leuã ſancti ſepulchri ſcĩ Martini digna reuerentia collocauit. Obijt autẽ. xv. kal'. Decẽbris. Hic deſcripſit hiſtoriam regum Francorum: ex qua multa in hoc opere excerpta ſunt. Miracula quoq beati Martini poſt obitum eius in quatuor libris. et alia plura.

§.XII. Tẽpore Phoce impera

Joannes pfi archa Alexan drinus cognomento eleemoſynarius

toris vt refert Vincẽ. ſpecu. hiſto. lib. xxiij. c. cviij. ex geſtis eius floruit Joãnes patriarcha Alexandrinus: q cognominatus eſt Joannes eleemoſynarius. Hic quum eſſet Cypri adhuc iuuenis annorũ. xv. vidit vna nocte in ſomnis puellam ſup ſolem ſplendidam et ornatam: q ſtetit ante lectum ſuũ: ⁊ eũ in latere pulſauit. Qui expergefactus quũ vere videret eam ſtantẽ: ⁊ putaret eã eſſe mulierẽ: q etiã in capite coronã habebat ex ramis oliuarũ: ſigno crucis ſignatus dixit ei. Que es tu: et quõ intrare auſa es ſup me quum dormio? Illa hilari vultu labijſq ſubridẽdo dixit ei. Ego ſum prima filiarũ regis. ſi me amicã poſſederis: ego te perducaꝫ in conſpectu impatoris. Et hec dicẽs diſparuit. Ille igiſ in ſe reuerſus / intellexit viſionem ⁊ ait. Credo vere q: eleemoſyna ⁊ compaſſio eſt q veraciter deũ carne veſtiri fecit. Statim ergo ſe veſtiuit: ⁊ nullũ excitãs in eccleſiã abijt. Eratq iam aurora. Et dum iret: obuiauit cuidam frigore vexato: expoliauitq ſe indumento caprino: et dedit ei. Nondum eñ eccleſiam apprehenderat: ⁊ ſubito obuiauit ei quidaꝫ aldis veſtimẽtis indut': deditq ei ligaturam centum numiſmatum dicens. Accipe hoc frater et diſpenſa vt vis. Ille pre gaudio ſtatim hoc ſuſcipiens reuerſus eſt: volens reddere ligaturam illã quaſi nihil indigens: ſed nullũ inuenit. Intelligens ergo viſionẽ nõ eſſe phantaſiaꝫ: ſed veritatem ſepe fratribus q poterat erogabat. Quidã diues cui' domum ingreſſi fures expoliauerãt vſq ad ſtramentuꝫ: deprecatus eſt illum cũ magna reuerentia dicens ei calamitatem ſuam: qui miſertus eius iuſſit ei dari quindecim libras auri. At ille cui creditus erat aurũ: apprehẽdit conſiliuꝫ oeconomorum: ⁊ diaboli operatione inuidentes: non dederunt ei niſi quinq libras. Quũ ergo de collecta rediret archiepus: mulier quedã dedit ei in ſcriptis notitiã enrenij quinq centenarioꝝ auri. Quã quũ ſuſcepiſſet: conuocauit diſpenſatores ⁊ ait illis. Quot libras dediſtis ei qui ad me acceſſit pro eleemoſyna? At illi dixerunt. Dñe quindecim vt ſanctitas veſtra iuſſit. Quũq p inhabitantẽ in ſe gratiã cognouiſſet illos eſſe mentiros: adduxit eum qui acceperat et interrogauit quid accepiſſet. Illo aũt dicẽte ꝙ quinq libras acceperat: proferens ille pictatiũ qõ ei traditũ fuerat dixit eis. A vobis exquiret deus ⁊ alia decem centenaria. quia ſi dediſſetis quindecim libras: vt mea humilitas iuſſerat: que attulit ꝺnq cẽtenaria: dediſſet et decem. Et vt certos vos faciã: adducam eam ad vos. Quũq per nuntios accerſiſſet feminã illam: iſta ſtatim ſurgens cũ quãtitate auri acceſſit ⁊ veſtigia ſancti apprehendit. Qui quũ ſuſcepiſſet oblationem: ⁊ oraſſet ſup eam: ait ad ipſam. Obſecro te: Nonne voluiſti hoc tĩ offerre deo: an aliud aliq? At illa quum ſenſiſſet deiferuꝫ illum cognouiſſe qõ fecerat: timore concuſſa dixit. Per ſanctũ Menna ego ancilla tua proprias ſcripſerã centenaria quindecim vt darem tibi domino meo: et inueni decẽ deleta a ſeipſo. Tunc ſtupefacta intra me dixi. Utiq voluntas dei non eſt vt dem niſi quinq. Tunc patriarcha eã dimittente: ceciderunt ad pedes eius diſpenſatores indulgentiam petentes: et nihil vlterius ſe acturos affirmãtes. Habebat hic ſanctus ſcientiam ſcripturarum: nõ in ſapientia ſermonis ad inanem gloriam: ſed per operum executionem et in ſecreto quotidiani conſilij. Nullus ſermo otioſus audiebatur: niſi forte ordinatio rei ciuilis erigeret: ſed aut ſanctorum patrum religiones: aut ſcripturarum traditiones: aut dogmatica problemata ꝓpter multitudines hereticorũ regionẽ circundantem. Si quis alicui detrahere incipiebat: hunc per alteram ſermocinationẽ vt ſapiens ingenioſe remouebat. Et ſi iterum permanebat: hunc aduocans hebdomadario precipiebat ne vlterius ad eum intrare ſineret: vt p eus ceteros tẽperaret: ⁊ erudiret. Quumq in infimo ſtrato recũberet: ⁊ vilibus veſtimẽtis in cella vteref: quidã poſſeſſorum ciuitatis aſcendens ad eum / et videns ꝙ opertorio ſciſſo ⁊ laneo tegereſ: tranſmiſit ei opertoriũ numiſmatũ. xxxvj. rogans eũ multũ vt cooperireſ illo in memoria ei'. Qõ ille ob inſtantiã viri ſuſcipiens: vna nocte eo coopertus per totã fere nocte dicebat ad ſeipm: vt cubicularij eius recitabant. Quis dicet ꝙ humilis Joãnes pallio. xxxvj. numiſmatũ tegatur: ⁊ fratres chriſti frigore necanſ? Quanti deſiderant ſaturari de iota oleorũ que de coquina mea proſiciunſ? Quanti vel odorare vinum vellet quod in cellario meo funditur? Quanta putas fame frigore et miſeritate conſequi. et vinum bibis: et piſces immanes deuoras: et in cubiculis demoraris: nũc autem cum oſibus malis tuis ⁊ in coopertorio. xxxvj. numiſmatũ te calefacis. Uere hic ſempiternis gaudijs frui: ſed audies vtiq qõ ille diues la ⁊c. Benedictus deus humilis Job. alia nocte te non cooperiet. Juſtius eſt enim vt tegantur. exl. fratres dñi tui ꝙ tu infelix. Mox ergo miſit ipſum in craſtinum vt venunda retur. Is autẽ qui hoc obtulerat emit illud. Rurſumq patriarche obtulit vt eo tegereſ. Quũq id tertio feciſſet: ſan

ctus

etus vir gratulabundus dicit ei. Uidebimus vter deficiet ego an tu. Erat em̄ ille opulent⁹ valde. Quem suauiter vir sanctus vindemiabat paulatim ab eo multa auferēs: vt pauperibus daret. Ualde q̄ diligens erat eloqui de actib⁹ sanctoꝝ qui eleemosynarij fuerūt. ¶ Una dierū quum recitaret de vita sc̄i Serapionis qui Sidonius vocabat: inuenit eū vt fertur amictuꝫ suū egeno dedisse. et iterum paululum illū p̄cessisse. et frigus patiēti obuiasse: eiq; tunicā p̄buisse. Et q: nudus sedebat tenēs euāgeliū. interrogat⁹ a quodam: Quis te expoliauit abba? demonstrans euangelium: ait: Jste. Alio q̄ tempore hoc ip̄m euangelium vendidisse: et eleemosynā dedisse fertur. Discipulo aūt dicēte: Abba vbi est euangeliū? ait. Hoc q̄ dixit mihi: Uade ⁊ vende que habes ⁊ da pauperib⁹. ipsum vēdidi et ipsum dedi vt habeam fiduciam in die iudicij. Et quū quedaꝫ vidua petijsset aliq̄ ab eo eleemosynā q: filij ei⁹ esuriebāt: eo nō habēte aliq̄d: seip̄m ei tradidit vt vēderet eū ad Grecos: quos et in pauc̄is diebꝫ fecit christianos. Hec legens de sancto Serapione vir sanct⁹ stupefact⁹ et totus lachrymis infect⁹ ait. Credite mihi q: vsq; hodie putaui q̄ vel aliquid facerem dans quas haberem pecunias: nesciens q̄ et seipsos venderent quidam cōpassione superati. ¶ Precipiebat aūt collectas p̄o defunctis impigre facere dicens. q: ante paucū tempus q̄dā captiuus a Persis ductus in carcere trusus est. Quidā ergo fugientes illinc et venientes in Cyprum: interrogati a parētib⁹ illius si forte vidissent eū: responderunt se ꝑpe his mamb⁹ sepelisse. Nō aūt erat ipse: sed q̄dā ei similis. Illi ergo tā q̄ p mortuo faciebāt ei tres collectas p singulos annos. Post q̄tuoꝫ aūt annos ille fuga lapsus a Persis venit in Cyprū. Quisq; audisset a suis q̄ memoriā sui tanq̄ mortui fecissent ter in anno. s. in theophania. in dñica sancta: ⁊ in pentheceste. respōdit ille. Dis tribꝫ tpibus anni veniebat quidam candidatus vt sol: ⁊ dissoluebat me a vinculis ferreis ⁊ custodia. et monebat tota die deambulādo. nemoq; me recognoscebat. ⁊ in crastinū inueniebat vincla ferrea portās. Ex hoc igitur ait sanctus Joannes dormientes quiet̄ habere dicimus q̄ eis collectas facim⁹. ¶ Hunc quidam totum aurū q̄ habebat. cui. libras et dimidiā obtulit eū flexis genib⁹ rogans vt oraret p̄o salute vnici filij eius: et vt dñs nauē eius q̄ in Aphricam abierat cum bono reduceret aduētu. Q̄ quū ille fecisset: mortu⁹ est puer: ⁊ nauis illa in qua frater illius hois erat: naufragiū ptulit. Totumq; quo plena erat perijt: p̄ter aīas ⁊ scapham vacuā. Quumq; vir ille vltra modū tristis esset: vidit p noctē in somnis quēdā q̄si in habitu patriarche dicentem sibi. Ut quid turbaris frater? Nōne rogasti me vt peterē a deo quatenꝰ filium tuum saluaret? Ecce salu⁹ fact⁹ est. Crede mihi: q: si viueret: prauus ⁊ immūdus fieret. Et de naui tua scito q: nisi deus p̄o bono q̄ fecisti placat⁹ esset: smia data erat vt tota cū aīab⁹ in profundū pergeret: et frater tuū perditisses. Sed surge ⁊ glorifica deum qui donauit tibi eum: et ab hoc seculo vano saluauit filiuꝫ tuum. Euigilans ergo vir ille inuenit coꝛ suū consolatū. Et currens ad sanctū patriarcham iactauit se ad pedes eius: et gr̄as egit narrās visionez quā viderat: ⁊ ille glorificauit deū. ¶ Quodā monacho gyrante in ciuitate cū vna puella iuuencula ⁊ petente eleemosynā: q̄dam hos videntes scandalizati nuntiauerunt hoc patriarche q̄ ille monastice vite mulierem habens derogaret. Tunc sanctus Joannes volens p̄hibere pct̄m iussit mulierem flagellari: monachū vero verberari et in carcerem trudi. Quo facto: apparuit ei per visum nocte monachus ostendēs doꝛsum suū ex flagellis putrefactum dicens ei. Ita placet tibi domine patriacha. Crede mihi hac vice vt homo erraſti. et hec dicens recessit. Mane autem vir sanctus memoꝛ visionis: sedit super lectum suum mestus. et mittens p̄o monacho qui erat in carcere: fecit eum expoliari coram se vt doꝛsum eius videret si ita esset vt viderat in somnis. Quo facto dei voluntate solutus est etiā amictus quo erat indut⁹: ⁊ cecidit: oēsq; viderunt eū esse eunuchū. Tunc vir sanctus ait ignoranter se peccasse in deum ⁊ in eum. monens tamen eum non ita oportere monachum circunducere mulierem ad scādalum videntiū. At ille humiliter rationem reddidit dicens. Nuper quum essem Baze: exeunti mihi de vrbe hec mulier occurrit dicens se esse hebream et velle fieri christiana: contestans etiam me verbis terribilibus ne dimitterem eam perire. Timens ergo iudicium dei: sumpsi eam et baptizaui. et gr̄abam eam simplici corde modicum exposcens sumptū: quatenus eam introducerē in monasterium. Tunc sanctus narrata visione his q̄ presto erant: ptulit centum numismata daturus ei. At ille nihil accipere voluit. sz ait monachus. Si fidem habet. horum non indiget: et si horū indiget fidem non habet. Hoc maxime omnibus fidem fecit q̄ seruus dei esset. Hec ex hystoria Uicen-

§. XIII. Quedaz alia narrat ex

eius legenda Jaco. de voragine de isto Jo. eleemosynario. Quidam enim pauper in habitu peregrini ad eum venit et eleemosynam petijt. At ille vocato dispensatoꝛe dixit ei. Da ei sex numismata. Que ille accipiens: abiens habitum mutauit. et iterū ad patriarcham veniens eleemosynā deposcebat. Ille autē dispensatoꝛe vocato / iussit ei dare sex numismata auri. Dispensatoꝛ ait dño. Per oꝛationes tuas pater pauper iste mutato habitu bis eleemosynā accepit. Beatus aūt Jo. quasi hoc se nescire dissimulauit. Iterum ille tertio habitū mutās ad Jo. p̄o eleemosyna venit. Tunc dispensatoꝛ beatū Jo. retigit innuēs q̄ ille esset qui iam bis acceperat. Cui be. Jo. rñdit. Uade ⁊ da ei. xij. numismata: ne forte sit dñs meus Jesus christus qui tentare me velit. verū hic poterit plus accipere quā ego dare. ¶ Audiens patriarcha cōsuetudinē eē q̄ mox vt impatoꝛ coꝛonat⁹ est: p̄festim monumentoꝛū edificatoꝛes sumunt quatuoꝛ vel quinq; minutias marmoꝛuꝫ pusillas varij coloꝛis: et ingredientes ad imperatoꝛē dicunt. De quali marmoꝛe vel metallo iubet imperium tuum sibi fieri monumētū? Imitat⁹ hoc Joā. monumentū sibi fieri p̄cepit: sed tñ vsq; ad die obitus sui imperfectum manere voluit. Oꝛdinauitq; aliquos q̄ ad eum quum in celebri festiuitate cū clero consederet/accederēt: sibiq; dicerent. Dñe monumētum tuū imperfectū est. hcipe ergo vt cōsummet: q: nescis qua hoꝛa fur veniat. Quadā vice quuꝫ patritius quādā pecume eccl'ie quātitatē in mercationib⁹ ponere vellet: et patriarcha nullatenus cōsentiret: sed eam pauperib⁹ distribui vellet: ambo plurimū contendētes abinuicē discesserūt irati. Adueniente hoꝛa. xj. mādat patriarcha p archip̄resbyterū patritio dicens. Dñe sol ad occasum est. Q̄ ille audiens lachrymis infusus ad eum venit: et veniam postulauit. Quū q̄dā suus nepos grauem a tabernario quodā iniuriā audiuisset: ⁊ hoc patriarche lamentabiliter retulisset: nec cōsolari posset: respōdit ei patriarcha. Et quō aliquis ausus est hec dicere: ⁊ contra te os suū aperire? Certe fili faciam hodie in eū talem rem vt tota Alexandria miretur. Q̄ ille audiens consolationem accepit: putans q: faceret eum grauiter verberari. Uidēs Joā. q̄ p̄solationē accepisset Petrus: eum osculatus est dicēs. Fili vere nepos mee humilitatis existis: quū p̄paras te flagellari ⁊ conuicia pati ab oībus. vera em̄ cognatio non est carne ⁊ sanguine: sed ex virtute mentis agnoscitur. Confestim igitur p illo hoie misit: et ab omni pensione ⁊ tributo liberum eum esse fecit. Q̄ audiētes oēs admirati sunt: ⁊ intellexerūt hoc esse q̄ dixerat. Faciā in eum talem rem vt tota Alexādria miret. ¶ Idē quū cuidā eleemosynā petenti dari p̄cepisset q̄nq; nūmos: mox ille indignat⁹ q̄ maioꝛē eleemosynam nō fecisset: continuo ad contumelias eius prozupit: ⁊ in faciem eius conuiciari cepit. Quod eius famuli audientes/voluerunt in eum irruere et ipsum grauiter cedere. Q̄ beat⁹ Jo. p̄hibuit dicens. Sinite fratres vt mihi maledicat. Ecce enim ego habeo sexaginta annos blasphemans per opera mea christū: et ego vnū conuicium nō tolerabo ab isto? Jussitq; sacculū pecunie afferri: ⁊ coram eo apponi: vt inde tolleret quantum vellet. ¶ Quum populus Alexandrinus lecto euangelio ecclesiam exiret: et verbis otiosis vacaret extra: quadam vice patriarcha cuꝫ eis exijt: et inter eos sedere cepit. Omnibus vero de hoc mirantib⁹ dixit ad eos. Filij vbi oues ibi et pastoꝛ. Aut intrate et ego ingrediar: aut si manetis hic et ego pariter vobiscuꝫ manebo. Semel igitur er bis hoc fecit: et eos in ecclesia stare eruditi. Quum quidam iuuenis quandam sanctimonialem rapuisset: ⁊ clerici coꝛam beato Joanne iuuenem exp̄obrarent: et ipsum excōicandum dicerent: vt puta qui duas aīas perdiderat: suā sc̄z et illius femine: compescuit eos sanctus Joannes dicēs. Nō sic filij nō sic. Ostēdo vobis q̄ vos duo pctā cōmittitis. primo q: contra p̄ceptū dñi facitis dicētis. Nolite iudicare vt non iudicemini. sc̄do q: nescitis p̄o certo si vsq; hodie peccent: ⁊ si nō peniteāt. ¶ Frequenter existens beat⁹ Joā. in oꝛone ⁊ in ectasi positus talibus verbis cū deo disputare auditus est. Sic sic bone Jesu. Ego dispergendo ⁊ tu ministrando videamus vter vincet. Quum aūt mozti se appꝛopinquare videret febꝛe coꝛrept⁹: dixit. Gr̄as tibi ago deus q̄m exaudisti miseriā meam rogantez bonitatem tuā ne inuenirē mozienti mihi nisi vnus turonus. hic igitur dari pauperib⁹ iubeo. Ipso autem defuncto venerabile coꝛpus ei⁹ positū est in sepultura: vbi duo coꝛpa eꝛum tumulata erant. Et ecce coꝛpa illa mirabiliter sc̄ō Joanni reuerenter: ⁊ locū ei mediū vacuū dimiserūt. ¶ Ante autem te cōfi paucos dies q̄ mozeret: quū quedā mulier quoddaz flagiciosissimū pct̄m cōmisisset: ⁊ nulli vnq̄ confiteri auderet: dictum fuit ei sc̄ūs Jo. vt saltē illud scriberet: eo q̄ scribere sciebat suum.

Mira
culū de
mulie
re

mulier illa: ⁊ sigillatū ei afferret: ⁊ pro ea ipse oraret. Cui illa assensit: ⁊ pctīs suum scribens diligenter sigillarum btō Joan. tradidit. Sed post paucos dies Joan. infirmatus in dño requiuit. Illa aūt reputans se vitupatā et cōfusam: credens ꝯ scripturam alicui dimisisset: ⁊ ad man⁹ alicui⁹ deuenisset: ad tumulū sci Jo. accessit et ibi vberrime flens clamabat dicēs. Heu heu putans cōfusionē vitare cōfusio facta sum oībus. Quīq amarissime fleret: et dīm Jo. rogaret: vt sibi ostēderet: vbinā scriptū suū dimisisset. Ecce beatus Joā. in habitu pontificali de tumulo processit duobus epīs cum quibus erat tumulatus hinc inde vallatus: dixitq mulieri. Cur me tantū infestas: ⁊ me ⁊ sanctos istos ꝙ mecum sunt: quiescere nō permittis? Ecce stole nostre lachrymis tuis madefacte sunt. Porrexitq ei scriptū suū sigillatum vt prius fuerat dicēs. Vide sigillū hoc: ⁊ aperi scriptum tuum ⁊ lege. Qō illa aperiens pctīm oīno deletum inuenit et ibi taliter scriptum reperit. Propter Jo. seruum meum deletum est pctīm tuum. Dicq illa immēsas deo grās reddidit. et beatus Jo. cum duob⁹ illis epīs in tumulum rediit. Claruit aūt sanctus iste (vt supra dictū est) tpe Phoce imperatoris vnde et circa tempora Gregō. pape. Anno scī dñi dcv. vel circa.

De monacho natalio qui conuerrebat meretrices.

¶ Monachus quidam Natalius noīe sanctus vir volens tentare Joannē tunc viuentē si posset sibi verbis suaderi ⁊ ad scandalū facile inclinari: ingrediēs ciuitatem Alexandrie: omnes publicas meretrices conscripsit. Intrauit aūt ad illas per ordinē dicēs cuilibet. Noli fornicari cum alio: sed dona mihi hanc noctē. Intrans ad vnam in angulo dom⁹ tota nocte flexis genibus orabat pro illi⁹ conuersione. et postea mane exibat precipiens ne alicui reuelaret qō per eū fiebat. Una autē vitam eius manifestauit: que statim orante sene a demone arrepta est. Qui dicebant oēs. Reddidit tibi deus qō merebaris: qm̄ mentita es excusans illū: quia nō ad fornicandum intrauerat. Uespere aūt facto dicebat Natalius cunctis audiētib⁹. Volo ire ad locum. Expectat me dña talis. ſ. meretrix. Multiq obiurgantibus eum dicebat. Nunquid non ego habeo corpus vt alij: aut cōtra monachos solū iratus est deus? Dicebāt autem sibi aliqui. Accipe tibi vnam mulierē abbas: ⁊ nō scandalizes alios. Ille se fingens iratum dicebat. Uere non audiam vos. Qui vult scādalizari scādalizetur. Quumq apud beatū Joā. querimonia deferret de isto: dñs indurauit cor eius vt nō crederet. Deīcabat aūt deū vt post mortē alicui reuelaret vt nō imputaret in pctīm ijs qui scandalizati erāt sup eum. Multas ergo meretrices p illū modum deus conuertit: ijs ad monasteria destinabat mulierū. Quodam aūt mane dum egrederetur Natalius de domo vnius ad quam alius accedebat ad fornicandum: dedit alapam Natalio dicens. Usq pessime non emendas vitam tuā ab his immunditijs? Cui ille respondit. Crede mihi accipies a me alapam talē: vt tota Alexādria cōgregef. Et ecce post modicus quidam in specie mauri sibi alapā dedit dicens. Hec est alapa quam mittit tibi abbas Natalius: ⁊ statim a demone vexatur: ita ꝙ ad voces eius omnes currebant. sed tamen penitens per eius orationē liberatus est. Uir aūt dei mortī appropinquans hanc scripturam dimisit. Nolite ante tempus iudicare. Mulieribus autem confitentibus que faciebat: omnes glorificabant deum. et precipue beatus Joannes dicens. Utinam ego accepissem illam alapam quam ille accepit. Mirabile est istud exemplum: nec imitandum: sed ex eo hoc eliciendum ꝙ de operibus extraordinarijs sanctorum virorum non est facile in malum iudicandum.

§. XIIII. Prefatus sanctus Johannes volēs hoīes ad eleemosynas inducere: inducebat hoc notabile factū. Pauperes mendicantes semel sedentes ad solis radium / ceperūt adinuicē conferre de ijs qui eis faciebant eleemosynas: bonos eleemosynarios quosdam laudare nō latum: auaros alios ⁊ tenaces vituperare. Inter ceteros aūt ad medium colloquutionis eorum deductus est quidā noīe Petrus telonearius diues ⁊ potens: sed numis pauperib⁹ immisericors: q: ad domū suam mendici acceden tes cū nimia indignatione ab eo repellebant. Quum ergo nullus eo⁹ inueniret q̄ a domo illius suscepisset vnq̄ eleemosynā aliquā: vnus eorum dixit. Quid vultis mihi dare si ego ab eo eleemosynā accipio? Et facientib⁹ cū eo pactū de aliquo: accessit ille ad domū eius eleemosynā petēs. At ille Petrus quū domū tunc rediret: inueniēs pauperem pre foribus: ⁊ mancipiū eius panem siliginis a furno in domum referret: non inueniens lapidē loco eius panē vnū siliginis arripiens illū importune petentē percussit / in eius proiciens. Ille aūt eum accipiens ad pauperes socios suos adduxit: et ꝙ de manu ipsius Petri eleemosynā accepisset ille let⁹ insultabat. Post quos dies infirmat⁹ Petrus iste ad mortē: vidit se ante iudicū stare: ac mauros quosdam super stateram ei⁹ mala appendere. Ex altera aūt parte stare quidaz dealbati tristes stabant: eo ꝙ nihil qō ibi apponeret inuenebant. Tunc vnus eorum dixit. Uere nihil habemus nisi vnum panē siliginis quem ante duos dies christo dedit coctus. Illū igitur ipsis super stateram ponētib⁹: stare equalitas facta est. Dixerunt ei. Adauge ad siliginem hanc: aliquin mauri isti te apprehendent. Euigilans autem et liberatus ab infirmitate dicebat intra se. Si vnus panis siliginis quem per furorem iactauit ira profuit: quanto magis oīa sua pauperibus elargiri? Quadam igitur die quum optimis vestimētis indutus per viā pergeret: naufragus q̄dam ab eo aliquod tegumentum postulabat. Continuo ille se precioso vestimēto expolians illi dedit: quod ille accipiens statim vendidit. Quum telonearius rediret: ⁊ vestimentuz suspensum videret: contristatus est valde adeo nec cibum sumere vellet: dicens. quia non sum dignus vt mei memoriam egen⁹ haberet. Et ecce dum talia diceret: vidit quendam super solem fulgentem ⁊ super caput crucem ferentem indutum vestimento qō dederat egeno dicentem sibi. Quid deploras Petre? Qui quū causam sue tristitie expressisset: dixit ei. Cognoscis me? Et ille. etiam domine. Et dominus. Eo ego vestitu ex quo mihi dedisti: et gratias ago bone voluntati tue: quoniam frigore affligebar et cooperuisti me. In se ergo reuersus cepit egenis dñs facere et dicere. Uiuit dñs. Non moriar donec fiam vnus ex eis. Dans ergo pauperibus omnia que habebat: accersito notario suo dixit ei. Secretū tibi volo cōmittere: qō si propalaueris: aut si me non audieris: barbaris vendam te. Dansq ei decem libras auri dixit ei. Uade in sanctā ciuitatem et merces tibi eme: et vende me alicui christiano et precium pauperibus tribue. Ille autem recusante dixit ei. Si me non audieris: barbaris te vendā. Ducens ergo eum vt dixerat indutum sordidis vestibus: cuidam argentario tanq̄ seruum vendidit: et xxx. numismata ex eo accipiens pauperibus dispensauit. Petrus igitur venditus / omnia vilia officia faciebat. ita vt ab oībus contēneret. et ab alijs seruis percutiebatur. et iā amens existimabatur. dñs aūt frequenter ei apparebat: et vestimenta ⁊ numismata ei ostendens eū cōsolabatur. Uerum imperator ore et vniuersis sibi notis de amissione tanti viri dolentibus: quidā vicini eius ad visitanda loca sancta Constantinopolim accesserunt: ⁊ a dño illius inuitati quz prandere: sibi inuicem in aure dicebant. Quā similis est hō iste Petro telonario? Et curiose respicientibus / vnus dixit. Uere dñs Petrus est. Surgam et tenebo eum. Qō ille aduertens latenter fugit. Erat autem ostiarius surdus et mutus: qui per signum ostium aperiebat. cui Petrus non signis: sed verbis imperauit. Et ille continuo audiens ⁊ loquelam recipiens sibiq subridens aperuit ostium. Et domum intrans cūctis de ei⁹ loq̄la mirantib⁹ dixit. Ille q̄ coquinā faciebat exijt ⁊ fugit: sed videte ne seru⁹ dei sit. Quū essem mihi dixit. Aperi tibi dico. statim flāma ex ore eius exiuit: que linguam meā et aures tetigit: et mihi loquelam et auditū restituit. Et exilientes ⁊ currētes post eum amplius eum inuenire non potuerūt. Tunc oēs de domo illa pnām egerunt: eo ꝙ tam sanctum virum ita viliter tractauerunt.

De petro telonearío.

Petrus ⁊ vendi et p̄cium pauperibus dari voluit.

¶ De miraculis plurimorum sanctorum / ex dialogo sancti Gregorij collectis. Capitulum.xv.

Multa narrat Gregorius in libro dialogoꝝ miracula et exempla virtutuz imitanda: que gesta sunt a sanctis viris in diuersis partibus Italie circa tempora sua.

¶ In partib⁹ enim Samnij fuit quidā Honorat⁹ nomine: qui a puerilib⁹ annis ad amorē celestis patrie per abstinentiā exarsit: ab esu carnium se subtrahens: et ab otioso etiam sermone restringēs. Quadam autem die dum a parentibus eius conuiuium vicinis eorum paratum esset: carnibus ad vescendum paratis: Honoratus in proposito abstinentie sue firmus carnes contingere recusabat. Cepe runtq parentes irridere eum dicentes: Comede. Nunquid pisces tibi in his montibus allaturi sumus? Illo essi in loco aqua in conuio: mancipium perrexit ad fontem cum situla. Qui quum aquā ex fonte hauriret: piscis situlam intrauit: ⁊ ante ora conuiuantiū mancipiū aquam cū pisce fudit: tante magnitudinis: vt ad totius diei victum Honorato ri quē prius despiciebant. Hic demū Honoratus quū esset seruus ascriptitius: cum patre suo virtutib⁹ eius a dño suo fuit libertati donatus. Monasterium aūt in loco q̄ dicitur Fundi / construens pater extitit ducentoꝝ fere monachorum. Dum autem quadā die ex eius monte qui ei⁹ monaste

Honorat⁹ vir sanctus

rio

rio in excelsum prominet: ingētis saxi moles eruta esset: q̄ per occursum montis latus veniens/totius ruinā celle omniumq̄ fratrum interitum minabatur: eamq̄ venientē desuper vir sanctus vidisset: frequenti voce christum invocans extensa mox dextera signuz crucis opposuit: eamq̄ in ipso occursu montis latere cadentem fixit: ita vt nunc vsq̄ montem cernentibus casura pendere videatur.

§. I. Regis Totile tēpore quidā

Liberti nus di ti Ho nozati discipu lus vir sctitate conspi cuus.

nomine Libertinus Fundensis predicti monasterij prepositus in discipulatu dicti Honorati conuersus et eruditus fuit magnarū virtutum. Inter cetera autem dum pro vtilitate monasterij quadam vice iter ageret equo insidens comes exercitus Gothorum Darida ei obuiauit. Cui ex equo proiecto abstulerūt equū armigeri. Ille aūt non solum patienter tulit deiectionē et damnū: sed et flagellū quo equū ire cogebat eis obtulit. Abeūtibus illis Libertinus oroni se dedit. Et quū peruenissent ad fluuium noie Vulturnum equi raptores: equi eoz nec hastis tūsi/nec calcaribz cruentati mouere se poterant z fluuiū transire. Ad se aūt reuersi intelligentes hoc eis accidisse ex iniuria serui dei: ad eum reuersi equum ablatum reddiderunt. Quē quum recusaret accipere: eum ad hoc coegerunt per se leuantes z ponentes in eo. Post qō libere cū suis eōs iter psequuti sunt. ¶ Alio quoq̄ tpe Libertin⁹ pro negotijs monasterij pergebat Rauennā: q̄ de more suo quocūq̄ ibat semp caligulā venerabilis abbatis Honorati (de quo superius dixim⁹) in sinu suo portabat ob deuotionē. Quū ergo in via pergeret: quedam mulier corpus filij sui defuncti ei obtulit: z umētum illius per frenū tenuit: atq̄ pie cū iuramēto dixit. Nullaten⁹ hinc recedes si filiū meum nō suscitaueris. At ille inusitatū habens miraculum: expauit peritiōis illius iuramentū. Ibiq̄ pugnabant humilitas quersatiōis inter se z pietas matris. Timoz ne inusitata p̄sumeret: doloz ne orbate mulieri non subueniret. Sed ad maiorē dei gloriā vicit pietas illud pectus ꝓtutis: qz ideo fuit validū: qz deuictum. Itaq̄ de equo descendit. genibus flexis ad celum manus tetendit: caligulam de sinu produxit: z super extincti pueri pectus posuit. Quo orante aīa ad corpus pueri redijt: quem manu apprehensum matri sue reddidit viuū: iter suū exinde psequut⁹. Et vt subdit Grego. ad interrogationem Petri. In ostensione tam admirabilis signi cum fide femine virtus conuenit vtroq̄ scz z Libertini z Honorati: cui⁹ caligulā in sinu ob eius deuotionē gestabat. Sicut z Heliseus tangendo aquas Jordanis pallio Helie non diuisit: sed inuocando deum Helie. Tunc eīm exhibere magistri virtutem potuit: qū magistri nomē ad memoriā reduxit ex hūilitate. ¶ Contra hunc venerabilez virū Libertinum is q̄ post Honorati exitum monasterij regimen tenebat: graui iracundia erasit: ita vt in eū excederet. Et qz virgaz qua eum ferire posset minime inuenit: scabello suppedaneo ꝑ eū piecto caput et faciē tutudit: totūq̄ vultū ac faciē liuidā reddidit. Qui ita vehementer cesus/ad stratum proprium tacitus recessit. Die ꝯo altera erat p vtilitate monasterij cā cōstituta. Expletis aūt hymnis matutinalib⁹ Libertin⁹ ad lectum abbatis venit. orationē ab eo humiliter petijt z licentiaz vt exiret monasterū. Sciens aūt abbas quantuz Libertinus a cunctis honorarez z diligerez: p iniuria quā ei iniecerat eū de monasterio recedere velle putauit. vnde requisiuit eū dicens. Quo vis ire? At ille. Monasterij cā constituta est p̄ quam declinare nequeo qz hesterno die me hodie iturum p̄misi: quo ire disposui. Tunc abbas a fundo cordis considerans asperitatē z duritiā suā: ac humilitatē z mansuetudinez Libertini ex lecto psiliit pedes Libertini tenuit: se peccasse/se reū esse ex illa percussiōe testat⁹. At cōtra Libertin⁹ sese in terrā psternens eiusq̄ pedib⁹ puolutus sue culpe nō illius seuitie qō prulerat adscribebat. Sicq̄ factum est vt ad magnā māsuetudinē pduceret pater: z humilitas discipuli magistra fieret magistri. Quumq̄ p causa monasterij egressus esse: multi viri z nobiles q̄ euz vehemēter honorabant videtes faciē eius tā liuidā z tumidā admirati: interrogabant solicite q̄d hoc esset: z cām tanti tumoris faciei. Quibus respōdebat. Hesterno sero pctis meis exigētib⁹ in scabellū suppedaneū impegi: atq̄ sic hoc pertuli. Sicq̄ vir sanctus seruās in pectore honorē veritatis z magistri: nec patris pdebat vitiū: nec falsitatis incurrebat pctm. vbi p̄mittit Grego. Ego virtutez patientie signis z miraculis p̄fero.

magna virt⁹ est patientia.

¶ In eodem monasterio quidā magne vite monach⁹ horotulanus erat. Fur vero illuc venire consueuerat: z per sepē ascēdens occulte olera asportare. Quūq̄ ille multa plantaret que minus inueniret: z alia pedibus conculcata: alia diruta conspiceret: totū hortū circūiens inuenit iter vnde fur venire consueuerat. Qui eundem hortum deambulans reperit etiam serpentem. Cui precipiens dixit. Sequere me. Ad aditūq̄ furis ꝓueniens/dixit serpenti. In nomine Jesu christi precipio tibi vt aditum custodias: ac furem ingredi non permittas. Serpens ptinus sese in transuersum teretendit: z monachus abscessit. Quūq̄ meridiano tēpore cuncti quiescerent: more solito fur aduenit. sepē ascendit. z duz in hortum pedem deponeret: vidit subito quia tensus serpens clausisset viā. Et tremefactus post semetipsuz cecidit: eiusq̄ pes per calciamentū in sude sepis inhesit. Sicq̄ donec horotulanus veniret capite deorsum pependit. Consueta autem hora venit horotulanus ad locū: et pēdentē in sepe furē immenit: serpēti aūt dixit. Bras deo: implesti qō iussi. recede mō. Qui illico recessit. Ad furē vero ait. Quid est frater? Tradidit te mihi deus. Quare in laboze monachoz toties furtuz facere p̄sumpsisti? Et hec dicēs pedē illi⁹ a sepe cui inheserat soluit: eūq̄ sine lesiōe deposuit. Cui dixit. Segre me. Quē sequētē duxit ad hortī adituz. z olera q̄ furto appetebat auferre/ei cum magna dulcedine p̄buit dicens. Et post hoc furtū nō facias. Bz cū necesse habes: huc ad me ingredere: z q̄ tu cū pctō laboras tollere: ego tibi deuotus dabo.

§. II. De sancto Equitio. In

Valerie partib⁹/vir sanctissimus pro sue vite merito apud oēs magne admiratiōis habebat. q̄ i eadē puincia multoz monasteriorz pater extitit. Huc quū iuuēturis sue tempore acri certamine carnis incētiua fatigarēt: sue cōtemptionis angustie ad orationis studiū solertioz fecerunt. Quumq̄ hac in re oīpotenti deo remediuz continuis pcibus q̄reret: nocte quadam adsistente angelo eunuchizari se vidit. eiusq̄ visioni apparuit/q̄ oēm motū ex genitalib⁹ mēbris ei⁹ abscinderet. atq̄ ex eo tpe ita alienus extitit a tēratione: ac si sexū non haberet in corpore. qua virtute fretus ex dei oīpotentis auxilio vt viris ante p̄erat: ita cepit etiā postmoduz feminis p̄eesse. Nec tū discipulos suos admonere cessabat ne se exēplo eius in hac re facile crederent: z casuri tēterēt donū qō non accepissent. Eo aūt tempore quo malefici sunt in hac vrbe deprehēsi: Basili⁹ q̄ in magicis oīb⁹ ꝓmus fuit in monastico habitu Valerią fugiēs/ad virūq̄ reuerendissimū Amiternine ciuitatis epm Castoziū pgens / speraut ab eo vt eū Equitio abbati cōmitteret: ac monasterio eius cōmendaret. Tunc ad monasteriū venit eōs secū Basilium monachū ducēs. z eūdem Equitiū dei famulū vt eundē monachū in congregatione sua susciperet rogauit. Quē statim vir sctūs intuēs ait. Hunc quē mihi cōmendas p̄: ego non monachū esse sed diabolū video. Cui eōs. Occasionem queris ne debeas p̄stare qō peteris. Cui Equiti⁹. Ego quidem hoc eū denūtio esse qō video: ne tū me obedire nolle existimes: facio qō iubes. susceptusq̄ in monasterio est. Quumq̄ nō post multos dies p exhortandis ad supna desideria fidelibus paulo longius a cella digressus esset: cōtigit in monasterio virginū cuius etiā cura ei incūbebat: earū vnaz q̄ iuxta carnis huius putredinē speciosa videbat/febricitare: et vehementer anxiari: magnisq̄ nō iaz vocibus/sed stridoribus clamare. Modo morītura sum nisi Basilius monachus veniat: z ipse mihi p curationis sue studium salutē reddat. Sed tanti p̄is presentia adire quispiā monachoz ad congregationē virginū non audebat: quātominus ille q̄ nouus aduenerat eiusq̄ vitā adhuc fratrū congregatio nesciebat: Ad̄issum itaq̄ est repente et nuntiatum hoc Equitio. s. q̄ illa grauiter infirmaret: z Basiliū peteret visitatorez. Quo audito vir sctūs dedignādo subrisit z ait. Nunquid nō dixi q̄ diabolus esset iste: nō monachus? Ite z eum de cella expellite. De ancilla dei que anxietate febriū vrgetur nolite solliciti esse: quia ex hac hora neq̄ febribus laboratura est: nec Basilium petitura. Regressus est monachus: z ex ea hora saluti restitutam dei virginem agnouit qua Equitius longe positus dixit. In virtute miraculi exemplū tenens magistri: qui ad filiū reguli inuitatus soloverbo saluti restituit. Expulsus aūt de monasterio prefatus Basilius frequenter se cellam Equitij magicis artibus suspendisse: nec tamen eis quemq̄ ledere potuisse dixit/qui demū Rome igne crematus est. ¶ Item quadā die quedam monialis ex monasterio virginum hortum ingressa est: que lactucam videns concupiuit: eāq̄ signo crucis benedicere oblita/auide momordit. Sed arrepta a diabolo protinus cecidit. Quumq̄ vexaretur eidem Equitio nuntiat. Qui concitus accurrens quum hortū esset ingressus: diabolus qui illā arripuerat p eam clamare cepit dicens. Ego q̄d feci? Sedebam super lactucam: venit illa z momordit me. Cui quuz vir dei cū graui indignatione precepisset vt dei famulā dimitteret: protinus abscessit. ¶ Item quidā vir nobilis Felix nomine/ Murrie puincie quum predictū sanctū virum Equitiū conspiceret ordinē sacrum nō habere: atq̄ vbiq̄ discurrere: z verbū

Basili⁹ magus

dei predicare: quadam die familiaritatis ausu eum adijt dicens. Quum sacrum ordinem nō habeas: nec a summo pontifice licentiā predicandi acceperis. quō predicare p̄sumis? Qua eius inquisitione cōpulsus vir dei indicauit predicationis licentiā qualiter acceperat: dicens. Ea q̄ mihi loqueris ego mecum pertracto. Sed nocte quadā speciosus p̄ visionem mihi iuuenis adstitit: atq; in lingua mea medicinale ferramentū. i. phlebotomum posuit dicēs. Ecce posui verba in ore tuo: egredere ad predicandum. atq; ex illo die etiā si volucro de deo tacere non possum. Hec notat Gratianus xvj. q. j. §. hocidem. Ubi dicit q̄ quum angelus in somnis ad predicandum mitteret: & Equitius de vitio lingue conquereretur: angelus phlebotomo linguam eius tetigit & vitium curauit. Interrogante aūt Petro Gregorium de conuersatione vite huius Equitij qui talia opera faceret. Respōdit ei Grego. Opus ex dono est: nō donū ex opere: alioquin gratia iam non est gr̄a. Omne q̄ppe opus. i. bonū dona p̄ueniunt: q̄uis etiā ex subsequenti opere etiā ipsa dona succrescant. Ne tamen huius vite cognatione frauderis: hanc bene reuerendissimus vir Albinus Reatine ciuitatis antistes agnouit: & alij plures qui retulerunt. Sed q̄d plus operis queris: quando concordabat vite munditia cū studio predicationis? Tantus illuz ad colligendas deo animas feruor accenderat: vt sic monasterijs p̄eesset: quatenus per ecclesias / per castra / per vicos / per singulorum quoq; domos fidelium circunquaq; discurreret: & corda audientium ad amorem celestis patrie excitaret. Erat vero valde vilis in vestibus atq; ita despectus: vt si quis eum forte nesciret: salutatus etiam resalutare despiceret. Et quoties ad alia tendebat loca: iumento incidere consueuerat despicabiliori ceteris iumentis. In quo etiam capistro p̄ frenore herbis cū pellibus p̄ sella vtebatur. Qui per semetipsum sacros codices in pelliceis saculis missos: dextro leuoq; latere portabat. Et quocunq; peruenisset scripturarum aperiebat fontem: & irrigabat corda gentium. Eo tempore de clericis huius apostolice sedis quidam adulando conquesti sunt contra hunc sanctum virum dicentes. Quis est iste rusticus qui sibi authoritatem predicationis arripuit sine licentia apostolici nostri? Mittatur p̄ eo si placet: vt quis sit ecclesiasticus vigor agnoscat. Quadentibus clericis pontifex assensum p̄buit vt ad Romanā vrbem deduisset deduci. Julianus autem defensor qui postea fuit Sabinensis episcopus: mittitur vt eum magno cum honore deduceret: ne ex conuentione aliquid iniurie vir dei sentiret. Qui concitus ad monasterium eius venit. et vbi esset abbas Equitius inquirens: responsum accepit in valle eum esse ad secandum cū monachis fenum. Misit ergo Julianus seruum suum satis superbū ad vocādum Equitiū. Qui ad locum veniens: & interrogans q̄s ex secātibus fenuz esset Equitius: quū sibi fuisset ostensus: a longe aspicies immenso terrore corr̄eptus est: atq; ad eū veniens & genua eius deosculans / nuntiauit dñm suū eū querere. Cui resalutato Equitius dixit. Leua fenū viride: porta pabulū iumentis in q̄bus venistis. Et ecce ego q̄ parū supereſt: ope expleto te subsequor. Puerū ergo fenū deferentē subsequut⁹ Equitius est clauatis calciat⁹ caligis: falcem fenariā in collo deferens. Quisq; a lōge adhuc eo posito q̄s esset puer ostendisset ex ipso habitu: Julianus eū despexit. sed mox vt cōminus adfuit: intolerabilis pauor Julianum arripuit: ita vt ad q̄ venerat lingua vix explicare valuisset. Quo cognito: vir dei Equitius cepit immēsas gratias oportēti deo agere: q̄ se p̄ summum pontificē superna gratia visitaret. Mox q̄ Equitius Julianū vehementissime cepit vrgere ad iter p̄sequēdum. Sed quum ille se fessus ex itinere illo die nō posse exire assereret. Equitius dixit. Cōtristas me fili: q̄ si hodierna die nō egredimur: crastina die nō exibim⁹. Qō vtiq; vt a pphera p̄nuntiatū impletū est. Nā sequēti die in lucis crepusculo vehementi equo & cursu fatigato ad Julianū puer cū epistola pōtificis venit: in qua ei p̄ceptū est ne seruū dei de monasterio amouere auderet. Per visum em̄ pōtifex fuerat vehemēter exterrit⁹ cur ad exhibendū dei hoiem mittere p̄sumpsisset: sicq; Equitius in suo monasterio remāsit. Quuz aūt Petrus admiraret quō tāto pontifici subripi potuit de tali viro: vñ p eo mitti iussisset. Admirationis causam tollit Grego. subdēs. Quid miraris Petre: q̄ fallimur qui homines sum⁹? An a mente excidit q̄ Dauid q̄ spiritū prophetie habere cōsueuerat: cōtra innocētē Jonathe filiū sententiā dedit: quū verba mētientis pueri audiuit? Qō tū q̄ per Dauid factū est: & occulto dei iudicio: iustum credimus: & tū humana rōne quō iustū sit non videm⁹. Quid ergo mirum si ore mentientiū in aliud ducimur qui pphete non sumus? Multū vero est q̄ō vniuscuiusq; p̄sulis mentē curarū dēsitas deuastat. Quisq; animus diuidat ad multa: fit minor ad singula. Tāto q̄ ei in vna qualibet re subripitur: quāto elatius in multis occupat. Post mortē quoq; ipsius Equitij etiā miracula ad sanctitatē eius ostendendā apparuerunt. Quū em̄ supra sepulchrū ei⁹ in oratorio bti Laurentij q̄daz rusticus arcā cum frumento posuisset: turbo repente celit⁹ missus arcā illā a sepulchro extulit longeq; piecit. Longobardis quoq; Valerie puincia intrantibus: quū monachi monasterij dicti sancti viri ad sepulchrū ei⁹ in oratoriuz fugissent: Longobardi intrantes oratoriū ceperunt monachos foras trahere: vt p tormēta discurrerent vel necarent. Unus aūt ex monachis ingemiscens ait. Eia scrē Eq̄ti placet: tibi vt sic trahamur: & nō defendis nos? Ad cuius vocem mox Lōgobardos imūdus spūs inuasit. Qui corruentes in terrā tādiu vexati sunt: q̄usq; cognoscerēt etiā q̄ extra erāt Lōgobardi: vt sacrū locū vlteri⁹ temerare nō auderent.

§. III. De sancto Constantio.

Juxta ciuitatē Anchonitanā eccl'ia sita erat sub titulo beati Stephani. In qua vir venerabilis Constantius nomine mēsionarij functus officio deseruiebat. Cuius sanctitatis opinio fese ad notitiā hoim longe lateq; tetenderat: quia idē vir funditus terrena despiciens toto animo mentis ad sola celestia flagrabat. Hic quōquadaz die in eadem ecclesia oleū deesset: & p̄dictus dei famulus vñ lampades accēderet non haberet: oēs lāpades ecclesie aqua impleuit: & ex more papyrū in medio ponens aliato igne accendit. Sicq; aqua arsit in lampadibus: ac si oleū fuisset. Et q̄ Petrus querit. Cuius vir iste tātus in miraculis humilitatis fuerit: declarat Grego. per exēplū sequēs notabile. Quadam die ex longinquo loco ad eū vidēdum rusticus quidā venit. Et eadem hora contigerat vt sanctus vir stans in gradibus ligneis reficiendis lāpadibus deseruiret. Erat aūt pusillus valde exili forma atq; despecta. Quisq; is q̄ eum ad vidēdum venerat: inquireret quisnā esset Cōstātius: & obnixe peteret eū sibi ostendi: q̄ eū nouerāt ei mōstrauerunt q̄s esset. Sed sicut stulte mentes hois meritū ex qualitate corporis credentes eū paruulū atq; despectū vidēs: ipm hunc esse cepit omnino non credere. In mēte em̄ rusticana facta fuerat quedā rixa & existimabat tā breuē p̄ visionē esse non posse: quē tā ingētē habuerat p̄ opinionē. Cui quū ipm esse a pluribus fuisset adstructū: despexit & irrisit dicēs. Ego grandē hoiem credidi: iste aūt nihil habet de hoie. Qō vt vir dei Constantius audiuit: lampades quas reficiebat p̄tinus letus relinquēs cōcitus descēdit: atq; in eiusdē rustici amplexū ruit: eūq; ex amore nimio cōstringere cepit brachijs & osculari magnasq; gr̄as agere q̄ de se talia iudicasset dicens. Tu solus in me oculos apertos habuisti. Ex qua re pēsandū est cuius apud se humilitatis fuit: q̄ despiciētem rusticū amplius amauit. Qualis em̄ quisq; apud se lateat. contumelia illata probat. Naz sicut superbi honoribus: sic humiles sua despectione gratulantur. Eiusdē Anchonitate ciuitatis epūs fuit Marcellinus: cuius gressum dolore nimio podagra cōtraxerat. Eumq; familiares sui sic vbi necesse erat in manibus ferebant. Quadā vero die dū p̄ curiā ciuitas succēsa esset concurrentibus multis & aquam certatim p̄icientibus: ita flā ma crescebat: vt totius vrbis meritū minari videretur: vt nullus obsistere valeret. Deduct⁹ aūt manib⁹ venit dictus epūs p̄cipiēs suis vt cōtra ignem eū ponerēt. Ibiq; positus est vbi tota vis flāme incūbere videbat. Cepitq; incendium miro modo in seipm retorqueri. ac si ex reflectione exclamaret epm se transire non posse. Sicq; illo termino flamma refrenata in seipsa demum refriguit.

De scō marcellino epi Ancho nitano.

§. IIII. De Nononso monacho.

In Sorracte monte monasterium situ est in quo Nononsus nomine p̄positus monasterij erat sub abbate asperrimo: cuius mores mira semper equanimitate tolerabat. Et q̄ dictum monasterium in cacumine montis situ erat: ad quantūlibet paruū hortū fratribus excolendum nulla planities patebat. vnus enim breuissimus locus in latere montis excreuerat: quem ingentis saxi naturaliter egrediens moles occupabat. quā quinquaginta boum paria mouere non potuissent. Quisq; de humano labore facta esset desperatio ad remouendum inde dictam molez: nocturno silentio in oratione se dedit. Et mane facto inuenerūt monachi molē illā saxi longius a loco suo recessisse: vt spatiū largū ad hortum faciendum ibi relinqueret. Idē Nononsus quū lāpades vitreas quodā tēpore in oratorio lauaret: vna e manib⁹ eius lapsa per innumeras partes fracta est. Qui p̄is monasterij vehementissimū timens furorem / fragmenta collegit: et oratione cum lachrymis facta lampas integra inuenta est. Altera vice quū in monasterio oleum deesset: & iaz colligende oliue tēpus incūberet: & fructus nullus vel pauciss⁹

mus

mus in oliuis appareret: visum est patri monasterij vt circũ quaq; fratres in colligendis oliuis ad exhibẽda extraneis opera pergerent: quatenus ex mercede sui operis aliquantulum monasterio oleũ deportarent. Quod vir dei Nonnus prohibuit cum magna humilitate: ne exeuntes fratres de monasterio dñi lucra olei quererent: animarũ dãna paterẽtur. Eas aũt paucas que in arboribus monasterij erant colligi precepit: & in pilo mitti parumq; inde expressum sibi afferri. Quod allatum sibi ante altare in vase: facta oratione mandauit vt de eo minimũ quid in cunctavasa olei ponerẽtur: que omnia die sequenti plena reperta sunt.

§. V. In Tuscie partibus fuit

Bonifacius vir sanctus

vir vite venerabilis Bonifacius nõe. qui in ea ciuitate que Ferentia dr ẽpatus officium tenuit & bonis moribus impleuit. Hec tñ ciuitas ostẽdit fundit9 euersa & inhabitata versus Uiterbiñ ta cui9 ciuibus dr destructa. Hic ergo Bonifacius in sua puericia clarere virtutib9 & miraculis cepit. Naz dum cum matre sua adhuc habitaret puer: egressus hospitio nõnunq; fine linea: crebro etiam fine tunica reuertebat q: mox vt nudũ reperiebat/vestiebat: se hic expoliãs vt ante dei oculos illi9 mercede vestiret. Tunc mater sua frequẽter eũ increpare cõsueuerat dicẽs: q; iustũ non erat vt ipse inops pauperib9 vestimẽta largiret. ¶ Quadam autem die ipsa mater pueri horreũ ingressa: pene totum triticũ qõ in stipendio totius anni sibi parauerat: inuenit a filio suo pauperibus expẽsum. Quũq; seipsam alapis & pugnis cederet: q; quasi anni subsidia pdidisset: supuenit puer dei Bonifacius: eãq; verbis q̃bus valuit p̃solari cepit. Que quum nil consolationis admitteret: hanc rogauit vt ab horreo exire deberet in quo parũ remansserat. Matre secedente ibi Bonifacius orationi se dedit. qua finita matrẽ introduxit. Que horreũ magis plenũ reperit q̃ prius: quũ per eã ibi congregatum fuisset. Quo viso miraculo/cõpuncta mater iam cepit agere vt oraret: qui sic celeriter posset que petisset accipere. ¶ Hec quoq; in hospitij sui vestibulo gallinas nutrire cõsueuerat: sed eas ex vicino rure vulpes veniens auferebat. Quadam die dum in eodem vestibulo puer Bonifacius staret: vulpis ex more venit & gallinã abstulit. Ipse aũt concitus in ecclesiam intrauit: & se in oratione prosternens apertis vocibus dixit. Placet tibi dñe vt de nutrimento matris mee manducare nõ possumus? Ecce enim gallinas quas nutrit: vulpes comedit. Qui ab oratione surgens/de ecclesia egressus est. Mox aũt vulpis rediit. gallinã quam ore ferebat dimisit. & moriens ante eius oculos in terrã cecidit. Exauditus iraq; est in rebus vilibus puer sanctus & simplex: vt in paruis disceret quãtũ de deo p̃sumere in magnis petitionibus deberet. ¶ Factus aũt ẽps ita pauperem habebat ecclesiã: vt nihil aliud ad oẽ stipendium nisi tñi vnam solũmõ vineam possideret. Et hec vinea quadã die ita grandine vastata est: vt in ea in paucis vitibus vix parui rariq; racemi remanerent. Quã quũ Bonifacius fuisset ingressus: magn9 potenti deo gratias egit: q: in ipsa sua adhuc inopia sese angustiari cognouit. Solet eñ bonis mentibus paupertas custos esse humilitatis. Sed quũ iam tempus adesset quo illi racemi pauci matuescere cepissent: custodẽ vinee ex more posuit. Quadam aũt die iussit Constantio nepoti suo vt cuncta vini vascula in episcopio p̃pararet. Sup quo nepos admiratus est valde: quũ vinũ minime haberet. Fecit tñ qõ iussum fuerat. Uir ergo dei vineam ingressus racemos collegit. ad calcatorium detulit. oẽsq; inde egredi precepit. soluscq; cũ vno paruulo remansit: quẽ in eodem calcatorio deposuit: & calcari ipsos pauciss̃imos racemos fecit. Quumq; ex eisdem racemis parum aliquid vini defluueret: cepit hoc vir dei in vno vase suscipere: & per cuncta dolia p̃parata p benedictione diuidere vt omnia vascula vix infusa viderentur. Quo facto vocato p̃sbytero iussit pauperes adesse. Tũc cepit vinũ in calcatorio crescere: ita vt omnia q̃ allata fuerant paupertatis vascula impleret. Qui quũ se idonee satisfecisse conspiceret: de calcatorio puerũ iussit ascẽdere. apothecã claussit & impresso sigillo p̃prio munitam reliquit: moxq; ad ecclesiam rediit. Tertia vero die Constantiũ vocauit: & oratione facta apothecã aperuit: & vasa in quibus tenuissimus liquorẽ fuderat: vbertim vinũ fundentia inuenit: ita vt pauimentũ omne excrescẽtia vini inundasset: si adhuc tardius ẽps intrasset. Tunc terribiliter p̃sbytero Cõstantio p̃cepit: ne quouscq; viueret hoc miraculũ cuiq; indicaret: pertimescens ne in virtute facti humano fauore pulsatus inde int9 inanesceret: vnde fortis hoibus magnus appareret. exemplum magistri scilicet christi sequens: qui ad viã humilitatis instruens de seipso discipulis mandauit vt nemini dicerent que vidissent. ¶ Alio tempore quũ vir nobilis Fortunatus magnis p̃cib9 a Bonifacio p̃fato sancto viro obtinuisset: vt in natali beati Proculi martyris in ecclesia ei dedicata missarum solennia celebraret: & ad domũ suam declinaret ad prandiũ: peractis missarũ solẽnijs domũ Fortunati ingressus est. Et antecq; deo hymnũ diceret: sicut quidam ludẽdi arte solent victũ q̃rere: repẽte ante ianuã vir cum simia adstitit: & cymbala percussit. Quem sanctus vir sontrumodedignatus/dixit heu. heu. heu. mortuus est miser iste. Ego ad mensam refectionis veni: os adhuc ad laudẽ dei nõ aperuit: & ille cũ simia veniẽs cymbala pcussit. Subiunxit tñ et ait. Ite: & p charitate cibum potũq; ei tribuite: sed scito te q̃ñ mortuus est. Qui infelix vir quũ panẽ & vinũ ex eadem domo pcepisset: egredi ianuã voluit: sed sarũ ingens subito de tecto cecidit eiq; in verticẽ venit. Ex qua pcussione pstratus seminiu9 leuatus est. Die aũt sequẽti mortuus est 9nvri dei sententiã. Qua in re pensandũ ait Gregorius. quantus sit sanctis viris timor exhibẽdus. tẽpla eñi dei sunt. Et quum ad tracundiã sctus vir trahit: quis alius ad irascendum nisi eiusdẽ tẽpli inhabitator excitat? ¶ Alio quoq; tempore Cõstantius p̃sbyter nepos suus equũ suum. xij. aureis vẽdidit. Quos in arca ppria ponens ad exercendum aliquod opus discessit. Subito aũt pauperes ad Bonifacium venerũt vt aliquid sue inopie largiretur deprecantes: sed quum mil tũc haberet dãdũ: estuare animo cepit ne pauperes vacui ab eo exirent. Cui repente ad memoriam venit: q; nepos eius Constantius equũ vẽdidisset. Absente igitur ipso nepote suo ac cessit ad arcam: & vio lenter claustra arce comminuit. & .xij. aureos inde accipiẽs pauperibus vt sibi placuit diuisit. Reuersus Constantius ex opere/& arcam fractam inueniens & preciũ caballi nõ inueniens: cepit magna voce perstrepere: & cum furore nimio clamare. Omnes hic viuunt: solus ego in hac domo viuere nõ possum. Ad cuius vocem aduenit eps Bonifacius: oẽsq; qui in eodẽ episcopio aderant. Quũq; vir dei voce blanda eum temperare voluisset: cepit ille cum iurgio respondere dicens. Omnes tecum viuũt: solus ego ante te viuere non possum. Redde mihi solidos meos. Quibus vocibus cõmotus eps/beate Marie ecclesiam ingressus cepit extensis manibus rogare dñm vt ei redderet: vñ presbyteri furentis insaniam mitigare potuisset. Quumq; subito oculos suos ad vestimentũ suum inter brachia extensa reduxisset: repente in sinu suo. xij. aureos inuenit ita fulgentes ac si eadem hora ex igne pducti essent. Qui mox de ecclesia egressus/eos in sinũ furentis presbyteri proiecit dicens: Ecce habes solidos quos quesisti. Sed hoc tibi notum sit: quia post mortem meam tu eps huic ecclesie nõ eris propter auaritiam tuam. Ex qua sententie veritate colligitur: quia eosdem solidos pro adipiscendo episcopatu preparauerat: sed ille in presbyteratu decessit. ¶ Item quum quadam die duo Gothi ad eũ gratia hospitalitatis venissent: qui Rauennam festinare se professi sunt: paruũ vas ligneum vino plenum manu sua eis prebuit: quod fortasse in prandio itineris habere potuissent. Illis aũt pfectis: non solum in via vota: sz etiam dum aliquot diebus Rauenne steterunt: & in reuersione ad eum vinum bibentibus/nunq; de vase illo defecit ac si vinum non solum augeretur: sz in vase illo nasceretur. ¶ Itẽ altera vice quuz ingressus hortũ magna multitudine eruce coopertum esse vidisset: q̃ omne olus cõsumebat. Ipse ad eas cõuersus ait. Adiuro vos in nõe dñi nostri Jesu christi hinc recedite: & nolite hec olera comedere. Que statim omnes egresse sunt ita vt nevna quidem remaneret.

§. VI. De sancto Fortunato epõ

Tudertino. Hic (vt ait Gregorius in primo dialogorum) in effugãdis spiritibus immẽse virtutis gratia pollebat: ita vt nõnũq; ab obsessis corporibus legiones demonũz pelleret. Legio aũt cõtinet numerũ sexmiliũ sexcẽtorũ .lxvj. demonum. Hic inter cetera miranda vt narrat Gregorius ex relatu ciuiusdam Juliani defensoris in vrbe: qui paulo ante decesserat: & satis familiaris dicto Fortunato extiterat: hoc egit. ¶ Matrona quedã nobilis in Tuscie ptibus vicinis nurũz habebat quã fili9 ei de ppinquo vrorẽ duxerat. Hec aũt quũ fuisset inuitata ab amicis vt ad dedicationem ciusdam oratorij sub titulo sancti Sebastiani accederet: nocte precedenti dedicationis diẽ dicta nurus voluptate carnis deuicta: a viro suo sese abstinere non potuit. Quumq; mane facto deterreret carnis delectatio perpetrata: pcessionem vero ad oratorium illud imperaret verecũdia: plus erubescens vultum hominũ q̃ dei iudiciũ metuens: cum socru sua ad dedicandum oratorium accessit. Mox aũt vt reliqui beati Sebastiani martyris sunt oratorium ingresse: tandem predicte matrone nurũ spũs malignus arripuit: & coram omni populo vexare cepit. Eiusdem vero oratorij psbyter quum hãc vehementissime vexari conspiceret: ex altari protinus findonẽ tulit eamq; cooperuit: sed & hunc repẽte spũs inuasit.

Et q̄ supra vires voluit quicq̄ p̄esumere: compulsus est in sua vexatione cognoscere q̄d esset. Qui ergo aderant, puellam ex oratorio domū deportarūt. Quumq̄ malignus spiritus hanc vexatione continua attereret: parentes ei⁹ caritative amantes ⁊ amando p̄sequentes ad obtinendū remediū salutis maleficis tradiderunt: vt ei⁹ animam funditus extinguerēt: cui⁹ carnem ad tp̄s p̄desse conarent. Ductaq̄ est ad fluuium: ⁊ in aquā immersa: et arte magica diutius incantata vt diabolus exiret, sed miro oīpotentis dei iudicio dū puersa arte ab ea vnus pellit: in eam subito legio intrauit. Cepit ex hoc illa tot motibus agitari: tot vocibus clamoribus strepere: quot spiritibus tenebatur. Tunc imitos: consilio parentes ei⁹ sue p̄fidie culpā fatētes: hanc ad venerabilem virum Fortunatum ep̄m duxerunt atq̄ reliquerunt. Qua ille suscepta multis diebus ac noctib⁹ in oratione se dedit tantoq̄ anniru p̄cibus incubuit: quanto ⁊ in vno corpore cōtra se adsistere legionis acie meruit. qui demū ita sanā redidit ac si nunq̄ diabolus inuasisset. Alio quoq; tempore idem vir omnipotentis dei famulus ex obsesso quodā hoīe spīm excussit. q̄ malignus spūs quū aduesperascente iā die secretā ab hoībus horā cerneret: pegrinū quēpiā se esse simulans: circūire cepit ciuitatis plateas et clamare. O virum sctm̄ Fortunatū ep̄m: ecce quid fecit. peregrinū hominem de hospitio suo eiecit quero vbi requiescere debeam: ⁊ in hac eius ciuitate nō inuenio. Tunc quidam in hospitio suo cū voce sua ⁊ paruulo filio ad p̄tuas sedebat. qui vocem eius audiens: ⁊ quid ei ep̄s fecisset inquirens: hūc inuitauit hospitio, sedere secū iuxta p̄tuas fecit. Quūq̄ vicissim aliqua confabularent: paruulū ei⁹ filiū spūs malignus inuasit: atq̄ in easdē p̄tuas eiecit: animamq̄ eius excussit. Qui oratus miser: vel quē ipse suscepit: vel quē ep̄s expulisset agnouit. Et assignans rōnem Brego, quare isti tantus nocumentum de⁹ p̄miserit accidere: dicit Petro. Ego hunc virū q̄ dū ḡsi hospitalitatē exhiberet: filio orbatus est: non pietatis opere delectatū existimo: sed epi derogatione. Nam pena subsequens innotuit: q̄ precedens susceptio sine culpa nō fuit. Sūt nāq̄ nōnulli q̄ bona facere idcirco student vt gratiā aliene operationis obnubilent. Qua de re existimo hunc virū q̄ malignū spīm in hospitalitate susceptit: ostētationi potius intendisse q̄ operi: vt meliora q̄ ep̄s facere videret: recipiens eū quē ep̄s expulisset. Et quū puersa est intētio q̄ p̄cedit: prauū est oē q̄ sequit: etsi recrū esse videatur. ¶ Idē dei famulus lumē cuidam ceco ad eum adducto restituit. ¶ Cuiusdā etiā militis equū in rabiem versum: ita vt quos inuadere poterat morsib⁹ dilaniaret: facto crucis signo super caput eius ad mansuetudinem reduxit maiorez q̄ prius habuerat. Quē equū curatum quūq; magnis precibus ⁊ importunis rogasset: sibi retinere noluit: ne virtute miraculi videretur accipere: et tamen ne illū cōtristaret nō accipiendo p̄ charitate: dato ei p̄cio suscepit. ¶ Narrat insuper idem Brego, referente ei hec quodā sene Tuderti ne ciuitatis: quum ab eo quereret auide si illum cognouisset: et que de illo nosset qui respōdit. Homo ille lōge alius fuit ab hoībus quos videmus modo. Nam quicq̄d ab omnipotēte deo petijt: rata dum peteret impetrauit. Quadaz die (inquit) quū Gothi iuxta Tudertinā ciuitatē venissent: qui ad partes Rauenne p̄perabāt: duos pueros paruulos abstulerunt de possessione q̄ p̄fate ciuitati subiacebat. Oō quūz sancto viro nunciatū fuisset, p̄dictos Gothos ad se vocari fecit. Quoz̄ū aduenientiuz blādo sermone prius quesiuit asperitatē placare: ⁊ postea subintulit. Quale p̄cium vultis p̄o eis dabo? et eos dimittite ⁊ reddite: in hoc vestre gratie munus p̄bere. Quoz̄ū maior rūdit. Quicquid aliud p̄cipis parati sumus facere: sed istos pueruls non restituere. Cui venerand⁹ vir. Cōtristas me inquit ⁊ nō audis patrem tuū. Noli me cōtristare: nō expedit tibi. Sed ille negando discessit. Sequēti quoq; die iterū ad idē rogāte ep̄o nullo modo assentiri voluit. Cui ep̄s: Scio q̄ tibi nō expedit q̄ me cōtristato discedas. Qui Goth⁹ verba ei⁹ despexit atq̄ ad hospitium reuersus eosdem pueros de quibus agebatur: equis superimpositos cū suis hoībus p̄misit. Ipse vero ascendens equū statim subsequutus est. Quūq; in eadem ciuitate aū beati Pauli apostoli eccleā deuisset: eq̄ ei⁹ pes lapsus est: qui cū eo corruit. Et eius mox coxa cōfracta est ita vt in duas partes os esset diuisum. Tunc leuatus in manibus statim ad hospitiū est reductus. Qui festinus misit ⁊ pueros quos p̄miserat reduxit: ⁊ viro venerabili Fortunato mandauit dicens: Rogo te pater: mitte ad me diaconum tuum. Qui diaconus quum adiacentē venisset ei pueros illos reductos quos ep̄o negauerat: reddidit dicens. Vade et dic oño meo ep̄o: quia maledixisti mihi ecce percussus sum. Sed pueros quos quesisti recipe: et p̄o me ora in tercede. Susceptos pueros diaconus ad ep̄m reduxit. Qui statim aquā benedictā dedit diacono vt super iacentis corpus p̄iiceret: quod ⁊ fecit. Res mira ⁊ valde stupēda. Mox vt aqua illa coxaz eius tetigit: omnis fractura solidata est. Sicq̄ Gothus ille equo ascenso iter suū p̄sequutus est: ac si nullam lesionem pertulisset. ¶ Eodem sene referente narrat Brego. q̄ in dicta ciuitate Tudertina quum quidā Marcellus nomine cū duabus sororibus suis habitaret laudabiliter viuens ⁊ contigit vt eo infirmato morereturr sabbato sancto. Et quia longius corpus eius esset efferendum: sepultura eius dilata est. Interea sorores eius ad fortunatū ep̄m accesserunt flentes: ⁊ magnis vocibus clamare ceperunt dicentes. Scimus quia aplor̄ vitam tenes: leprosos mundas cecos illuminans: veni ⁊ resuscita mortuum nostrum. Qui mox vt earū fratrē mortuū agnouit: ⁊ ipse fleuit: eisq̄ rūdit dicens. Recedite ⁊ hoc dicere nolite. quia inssio est omnipotentis dei cui cōtraire nemo pōt. Recedentibus illis subsequenti die dominico ante exurgentis lucis crepusculum, vocatis duobus diaconibus perrexit ad domum defuncti: ⁊ accessit ad locū vbi iacebat corpus exanimme: ⁊ oratione se dedit. Expleta oratione nō grandi voce defunctum per nomen vocauit dicens: Frater Marcelle. At ille vt leniter dormiēs ad vocem excitatus: statim oculos aperuit atq̄ ad episcopū respiciens dixit. O quid fecisti? O quid fecisti? Cui episcop⁹? Quid feci? Qui dixit. Duo hesterno die venerūt qui me ejicientes de corpore in bonū locū duxerūt. hodie vnus missus est qui diceret. Reducite eū: quia Fortunatus episcopus in domum eius venit. Qui mox ex infirmitate conualuit ⁊ in hac vita diutius mansit. Nec tū credendū est q̄ locum quez acceperat perdidit: q̄ dubium non est q̄ intercessoris sui precibus potuit post mortem melius viuere: q̄ ⁊ ante mortem studuit omnipotenti deo placere. Sed cur multa de vita ei⁹ dicimus: quū nūc vsq̄ ad corp⁹ eius tot virtutū documenta teneamus? Demoniacos quippe absoluere / egros curare quoties ex fide petitur: vt viuens consueuerat: hec indefinēter facere ⁊ apud sua ossa mortua perseuerat.

§. VII. In Valerie partibus

quidam noie Seuerus / vite valde venerabilis / ecclesie sancte Marie virginis p̄sbyter. Hunc quum quidam paterfamilias ad extremū venisset vite: missis nūtijs petis rogauit vt q̄citissime ad eū veniret: suisq̄ oratonibus p̄ petis suis intercederet: vt acta penitentia de culpis suis / solutus culpa de corpore exiret. Cui sacerdoti inopinate contingit vt ad putandam vineam esset occupatus: atq̄ ad se venientib⁹ dicerat. Antecedite: ecce ego subsequar vos. Paululum mora fecit: vt opus q̄ minimū restabat expleret. Quo expleto cepit ad agrum pergere. Eunti aūt in itinere occurrerunt qui p̄ius missi fuerant dicentes: Quare tardasti pater? Ecce iā defunctus est. Quo audito ille contremuit: ⁊ magnisq̄ vocibus se interfectorē illius clamare cepit. Flensq̄ ad corpus defuncti venit. Secq̄ coram lecto illius cum lachrymis in terrā dedit. Quūq̄ vehemēter fleret: ⁊ in terram caput tunderet: seq̄ reuz mortis illius clamaret: repente is qui defunctus erat animam recepit. Quod dum qui circunstabāt aspicerēt: admirari vocibus emissis ceperunt amplius p̄e gaudio flere. Quūq̄ eum requirerent vbi fuerit: vel quomodo redisset: ait. Etsi valde erant homines qui me ducebant: ex quorum ore ⁊ naribus ignis exibat: quem tolerare non poteram. Quumq̄ per obscura loca me ducerent: subito pulchre visionis iuuenis cum alijs nobis euntibus obuius factus est: q̄ me trahentibus dixit. Reducite illum: quia Seuerus p̄sbyter plangit eius em̄ lachrymis eum dūs donauit. Qui Seuerus, p̄tinus de terra surrexit: eiq̄ penitentiā agēti opem sue intercessionis p̄buit. Et dū p dies septē de perpetratis culpis eger rediuiuus penitentiā ageret: octauo die letus de corpore exiuit. Et quuz Petrus querit. Quid est q̄ modo tales viri nequeunt inueniri? Rūdet Breg. Ego Petre multos tales in hoc seculo nec modo deesse existimo. Nec enim si talia signa non faciant: ideo tales non sunt. Vite nāq̄ vera estimatio in virtute est operis: non ostensione signoz̄. Nā sunt pleriq̄ q̄ ⁊ si signa nō faciūt: signa tū facientib⁹ dispares nō sunt. Et hoc p̄bat p exemplū Petri ⁊ pauli equalis sctitatis: ⁊ tū Petrus in mari pedibus ambulauit sc̄z ad christū: Paulus in mari naufragium pertulit.

Seuerus sanctus.

Presbyter capitur in vinea.

§. VIII. Tempore quoq; Justiniani imperatoris quuz Datius Mediolan. eps causa fidei eract⁹ ad Cōstātinopolitanā vrbē pgeret: Corinthū deuenit. Qui dū largā domū ad hospitandum quereret: que comitatum illius totum ferre potuisset: ⁊ vir inueniret: aspexit eminus domū congruentis magnitudinis: eamq; sibi ad hospitium p̄parari iussit. Quumq̄ loci illius incole dicerent in ea manere nō posse: quia multis iam annis eā diabol⁹ inhabitaret:

Datius Mediolanēsis eps.

habitaret: atq; ideo vacua remāsisset: vir venerabilis Datꝰ respondit dicēs. Immo hospitari in ea domo debemus si eā spūs malignus inuasit: ⁊ ab ea hominum habitationem repulit. In ea igit̄ sibi ꝓparariꝫ cepit: securusq; illa antiqui hostis certamina toleraturus intrauit. Itaq; intēpeste noctis silentio: quū vir dei quiesceret: antiquus hostis immensis vocibus magnisq; clamoribus cepit imitari rugitus leonum: balatus pecorum: rugitus asinorū: sibilos serpentum stridores soricum. Tunc repente Datius tot bestiarum vocibus excitatus: surrexit vehemēter iratus: ⁊ contra antiquū hostem magnis cepit vocibus clamare dicens. Bene tibi cōtigit miser. Ecce qui dixisti ponam sedem meam ad aquilonem: similis ero altissimo: per superbiā tuam porcis ⁊ soricibus similis factus es. Et q̄ imitari deū indigne voluisti: ecce vt dignus es: bestias imitaris. Ad quā eius vocem (vt ita dicā) directionē suā spūs malignus erubuit: ⁊ ad exhibēda mōstra in eandem domū vt consueuerat nō intrauit. Sicq; postea habitaculum hoīm facta est.

℣. IX. De Sauino Canusine ciuitatis epo

In partibus Appulie. Hic quum longo senio lumen amisisset vt nihil penitus videret: Totila rex Gothorū audiens hunc habere spīm ꝓphetie: minime credidit: sed probare studuit q̄ audiuit. Quū enim in illas partes rex veniss̄et: hunc vir dñi ad prandiū inuitauit. Quumq; iam ventus esset ad mēsam: rex discūbere noluit sed ad dextram Sauini venerabilis viri sedit. Quum vero eidem patri puer ex more poculū preberet: rex silenter manum tetendit: calicem abstulit: vnūq; ꝑ se vice pueri epo obtulit: vt videret si spū ꝓphetie discerneret q̄s ei poculū ꝓberet. Tūc vir dei acciens calicē: sed ministrū non videns: dixit viuat ipsa manꝰ. De quo verbo rex leratus erubuit: q̄ cuius deprehensus: tū in viro dei q̄ querebat inuenit. Huius autem venerabilis viri quū ad exemplum sequentiū in longū senū vita traheret: eius archidiaconus ambitione adispiscendi epatum accēsus: eā extinguere veneno molitus est. Qui quum vniꝰ puerorū Sauini animū corrupisset vt veneno mixtum vinū in poculum offerret: quum iam refectionis hora vir dei ad edendum discumberet: ꝑmijs corruptus puer q̄ ab archidiacono acceperat veneni poculū porrexit episcopo. Cuius venerabilis episcopus ait. Bibe tu quod mihi bibendus ꝓbes. Tremefactus puer sciens se deprehensum esse: maluit moriturus bibere: q̄ penas ꝓ illa tanti hominicidij culpa tolerare. Quūq; sibi ad os calicē poneret: vir dei cōpescuit dicēs: Non bibas. Da mihi ego bibam. Sed vade: ⁊ dic ei qui tibi dedit illud. Ego quidem venenum biboꝛ sed tu eps nō eris Facto igitur signo crucis: eps venenū securus bibit. Eadēq; hora in loco alio quo archidiacon⁹ ierat defunctus est: ac si per os archidiaconi in viscera venena illa transissent. Cuius tamen ad inferendam mortem venenum quidez corporale defuit: sed hunc in cōspectu eterni iudicis venenū sue malitie occidit. ¶ Eodē Gothorum tpe quū rex Totila Narniaz venisset: vir vite venerabilis Cassius eiusdē vrbis eps occurrit. Cui q̄ ex cōsperſiōe semp facies rubere solebat: hoc rex Totila nō cōsperſionis esse credidit: sed assidue potationis eſq; oīno desperxit. Sed ops deus quantus esset vir ille qui despiciebatur: ostendit. In Narnēsi eñ cāpo quū rex aduenerat: malignus spūs cozā omni exercitu eius spatarium inuasit: eumq; vexare crudeliter cepit. Qui quum a regis oculis fuisset amotus ⁊ ad venerandum Cassium fuisset adductus: hunc ab eo vir dei Cassius oratione facta/signo crucis expulit: qui in eum amplius ingredi non presumpsit. Post quod rex illum Cassium veneratus est ex corde quē prius despectum valde iudicauerat ex facie.

Sāctus Cassius Narnie epūs.

Cōuēti cula ma lignoꝝ spiritū

Tutū signi crucis munimētū

Que ꝺ dñr phibita sūt clericis vt extra ꝺ cohabitacle. ⁊ mulie.

℣. X. De andrea Fundane ciuitatis

Episcopo liberato a proxima ruina incōtinentie ex visione iudei. Hic igitur Andreas quū vitam multis virtutibus plenam duceret: seq; sub sacerdotali custodia incontinentie arce custodiret: quandam sanctimonialem feminam quam secum prius habuerat noluit ab episcopij sui curia repellere: sed certus de sua eiusq; continentia secum hanc permisit habitare. Ex qua re factū est vt antiquus hostis apud eius animum aditum tentationis exquireret. Nā cepit speciem illius oculis mentis eius imprimere: vt illectus nefanda cogitaret. Quadam vero die iudeus quidam ex Campanie partibus Romā veniens: Appie carpebat iter: qui ad Fundanā glebā veniens: quū iam diem vesperascere cerneret: ⁊ quo declinare posset minime reperiret: iuxta templuz Apollinis venit: ibiq; se ad manendū contulit. Qui ipsum loci illius sacrilegiū pertimescens: q̄uis fidem crucis minime haberet: signo tamen crucis munire se curauit. Nocte aūt media ipso solitudinis timore turbatus/peruigil iacebat. Et repente cōspiciens vidit malignoꝝ spirituū turbaz quasi in obsequiū cuiusdā potestatis preire. Quum vero q̄ ceteris preerat: in eiusdem loci gremio consedisset: capit singulorum spirituū obsequentium sibi causas actusq; discutere: quatenus vnusquisq; quantum nequitie egisset innotesceret. Quibus singuli spiritus ad inquisitionez eius exponerent quid operati cōtra bonos fuissent: vnus in medium ꝓsiluit: qui Andree episcopi animum/per speciem sanctimonialis femine que in episcopio eius habitabat: quanta tentatione carnis commouisset/aperuit. Quum vero hoc/malignus spiritus q̄ preerant inhianter audirent: ⁊ tanto sibi factum lucrū grandius crederet: quanto sanctioris viri animam ad lapsum pditionis inclinaret ille spūs qui hec fatebatur adiunxit: q̄ vsq; ad hoc die ꝓterito vespertina hora eius mentem traxerit: vt in terga eiusdē sanctimonialis femine blandiens alapā daret. Tūc humani generis inimicus exhortatus hunc blande est vt faceret q̄ ceperat: quatenus ruine illius inter ceteros palmā reneret. Quūq; iudeus qui aduenerat hoc vigilans cerneret: ⁊ magna formidinis anxietate palpitaret: ab eodem spiritu qui cūctis illic obsequētibus ꝓerat: iussum est vt requirerēt q̄nam esset ille qui ita cere in tēplo illo ꝓsumpsisset. Quē maligni spūs pergētes/⁊ subtili⁹ intuentes/crucis signaculo munitū viderūt: mirantesq; dixerūt. Ue. ve. vas vacuū: sed signatum. Quibus hoc renuntiātibus: cūcta illa maligno⁹ spirituū disparuit turba. Judeus ꝺo qui hec viderat: subito surrexit: atq; ad epm sub festinatione puenit. Quē in eccl'ia sua reperiēs seorsum tulit. qua tētatione vrgeret inquisiuit. Cui confiteri tentationē suā eps verecūdatus noluit. Quum vero ille diceret q̄ in illā dei famulā amoris oculos inisecisset prauit: atq; adhuc eps negaret: adiunxit. Quare negas quod inquireris: q̄ ad hoc vsq; vespere hesterno perductus es: vt posteriora illius alapa ferires? Ad que numirū verba eps intuēs se deprehensum: humiliter cōfessus est q̄ prius ptinaciter negauit. Cuius ruine ⁊ verecundie iudeus consulens qualiter hoc cognouisset: vel que in cōuentu malignoꝝ spirituum audisset de eo indicauit. Quod ille cognoscēs: sese in terrā protinus in orationem dedit. Moxq; non solum illam dei famulā: sed ⁊ oēm quoq; feminam que in ei⁹ illic obsequio habitabat: expulit: ⁊ in eodem Apollinis templo repente beati Andree oratorium fecit: atq; omni tentatione carnis fundituꝰ caruit. Judeum vero cuius visiōe ⁊ increpatione saluatus est ad eternā salutē traxit: ⁊ fide imbutum baptizauit: Et ex hoc exemplo qui corpus suum continentie dedicant: habitare cum feminis non presumant: ne ruina mentis repentina ex presentia forme concupite subrepat. Sed et res hec ⁊ metum nobis prestat ⁊ fiduciam.

℣. XI. Narrante quoq; venerabili viro Uenantio Lunensi epo

Sibi refert Grego. q̄ Lucane ecclesie Lunensi propinque/vir mire virtutis episcopus fuit Fridianus: cui⁹ hoc opinatissimū cūctis illic habitantibus miraculū testat: memorari⁹q; Auseris fluuius qui iuxta illius vrbis muros influebat: sepe inundatione facta cursus sui alueū egressus/p agros diffundi consueuerat: et que sata ac plātata reperiret euertere. Quumq; hoc crebro fieret: ⁊ magna eiusdez loci incolas necessitas vrgere studio dato operis eū p loca alia deriuare conati sunt. Sed q̄uis diutius laboratum fuisset: a proprio alueo diuerti non potuit. Tunc vir dñi Fridianus rastrū sibi paruulū fecit: et ad alueū fluminis accedēs solus orationi incubuit: atq; eidem flumini precipiēs vt sequeret per loca q̄ ei visa sunt: rastruz per terram traxit: quem relicto alueo proprio/tota fluminis aqua sequuta est: ita vt funditus locū consueti cursus desereret: ⁊ ibi sibi alueū vbi tracto p terrā rastro vir dñi signū fecerat/vendicaret: ⁊ quecūq; essent alimētis hoīm profutura sata vel plātata vltra nō lederet. ¶ Eodem quoq; Uenātio Lunēsi epo/ac Joāne Placētino tūc Rome prefecto attestante: refert Grego. q̄ in ciuitate Placentius eps fuit mire sanctitatis noīe Gaunus. huic quū quadā die diaconus suus nūtiasset q̄ cursus sui Padus alueum egressus ecclesie agros occupasset: totaq; illic loca nutriendis hominū pfutura/aqua eiusdē fluminis teneret: venerabilis vite Gauinus eps rīdit dicens. Uade ⁊ dic ei. Mandat tibi episcopus vt te cōpescas: ⁊ ad pprium alueū redeas. Q̄ diaconus eius audiens/despexit ⁊ irrisit. Tūc vir dei adscito notario dictauit dicens. Sauinꝰ dñi nr̄i iesu christi seruus commonitoriū pado. Precipio tibi in noīe dñi nostri Jesu christi vt de alueo tuo in loca ista vlterius non ereas: nec terras ecclesie ledere presumas. atq; eidē notario subiunxit dicens. Uade hoc scribe: ⁊ in aquā fluminis pice. Quo facto sancti preceptū suscipiens: statim se a terris ecclesie fluminis aqua compescuit: atq; ad proprium alueum reuersa/exire

Sauinꝰ presul. Placētinus.

ulterius in loca eadem nõ presumpsit. Qua ex re inobedientium hominum duritia confunditur: quando irrationabile elementum in virtute Jesu sancti viri preceptis obediuit.

Serboni⁹ Populoniẽsis eps.

§. XII. De sctõ Cerbonio.

Uir quoq́ venerabilis vite Cerbonius Populonie eps/magnã diebus nostris sanctitatis sue ꝓbationem dedit. Nã quum hospitalitatis studio esset valde intentus: die quadã trãseuntes milites hospitio suscepit. Quos susceptos superuenientibus Gothis abscondit: eorũq́ vitã ab illorũ nequitia abscondendo seruauit. Qḋ quũ Gothorũ regi Totile perfido nunciatũ fuisset crudelitatis immanissime vesania succensus hũc ad locũ q̃ octauo ab ea vrbe miliario Merulis dicit̃: vbi tunc ipse cũ exercitu sedebat: iussit deduci: eumq́ in spectaculũ popl'i vrsis ad deuorandũ ꝓijci. Quũq́ idem rex ꝑfidus in spectaculo concedisset: ad conspiciendã mortẽ epi magna ppl'i turba cõfluxit. Tunc eps in medium reductus est atq́ ad eius mortẽ immanissimus vrsus exquisitus: qui dũ humana mẽbra crudeliter carperet seui regis animũ satiaret. Dimissus itaq́ vrsus ex cauea est. Qui ascensus concite epm petijt. Sed vrsus subito sue feritatis oblitus: deflexa ceruice/submissoq́ humiliter capite/lambere epi pedes cepit: vt patenter oib⁹ daret̃ intelligi: q̄ erga illũ virũ dei/⁊ ferina corda essent hoim: ⁊ quasi humana bestiarum. Tunc ois popul⁹ q̃ cõuenerat ad spectaculũ mortis: magno clamore versus est in admirationem venerationis. ac etiam ad eius reuerentiã colendã rex ipse permotus est. Et adhuc nõnulli supsunt q̃ huic rei vise adfuerunt. ❡ Idẽ sctũs vir Cerbonius quũ in ecclesia sua scʒ Populonie cui p̃erat/sepulchrũ p̃parasset: ⁊ lõgobardoꝝ gẽs in italiã veniẽs cũcta vastasset: ab Helbã (recti⁹ Iluã) insulã accessit. Qui quum sibi infirmatus esset ad mortẽ: clericis suis obsequentib⁹ sibi p̃cepit dicens. In sepulchro meo qḋ mihi Populonie parauí me ponite. Quũq́ illi dicerent se hoc agere nõ posse: quũ Lõgobardi loca illa tenerẽt: ⁊ vbiq́ discurrerẽt: r̃ndit. Reducite me secure ⁊ nolite metuere: sʒ festine me illic sepelire curate: ⁊ subito inde discedite. eo igit̃ defuncto: corpus ei⁹ in nauicula posuerũt vt illuc illud deferrẽt. Quũq́ in via essent: immẽsa pluuia erupit: ⁊ per totũ illud maris spatiũ qḋ ab Helba insula vsq́ ad Populariam distat: scʒ xij. miliariũ: quum ꝓcellosa pluuia descenderet: vna pluuie gutta in nauim illã nõ descẽdit. Sepulto igit̃ sancti corpore vt iusserat: ⁊ subito recedentibus: Longobardorũ dux crudelissimus Gumarith aduenit: ex quo claruisse sanctũ illum spiritu ꝓphetie manifeste patuit mandando subitũ eorũ recessũ.

Fulgenti⁹ Otriculan⁹ presul.

❡ Simile miraculũ de pluuia factũ est circa Fulgentiũ epm Otriculẽsis ecclesie. Nã quũ ad easdẽ partes Totila cũ exercitu suo appropinquasset: cure fuit epo ꝑ suos clericos exenia mittere: eiusq́ furoris insaniaʒ mitigare muneribus. Que ille vt vidit: protinus spreuit: atq́ iratus suis hoibus iussit vt ipsum epm sub omni asperitate cõstringerent: eiusq́ examini seruarent. Quẽ quũ feroces ministri Gothi tenuissent: circundãtes eũ in vno loco stare preceperunt/eiq́ circulũ in terra fecerunt extra quem pedem tẽdere nullo modo auderet. Quumq́ vir dei in sole nimio staret ab eisdem Gothis circundat⁹ ⁊ designatione circuli inclusus: repente corruscatio tonitruum ⁊ tanta vis pluuie erupit: vt ij q̃ eum custodiendũ acceperant: immensitatem pluuie ferre non possent. Et dum magna nimis inundatio fieret pluuie: intra eandem circuli designationem in qua Fulgentius stetit: nec gutta quidem pluuie descendit. Quod dum regi nunciatum fuisset: illa mens effera ad magnam eius reuerentiam versa est.

§. XIII. De sctõ Isaac De Syria.

Hic de Italia nõ fuit: sed quum primũ de Syrie partibus ad Italiã venisset: ad Spoletanam ciuitatem deuenit: ibiq́ mãsit pene vsq́ ad extrema Gothorum tp̃a. quem multi nouerunt nostrorũ: ⁊ p̃cipue sacra virgo Gregoria: que nunc in Romana vrbe habitat. q̃ quũ adolescentie sue tẽpore ꝯstitutis iã nuptijs in ecclesiã fugisset: ⁊ sanctimonialis vite cõuersationẽ q̃reret: ab eodẽ viro est defensa: ⁊ ad eũ quẽ desiderauerat habitũ est ꝑducta. Hic igit̃ Isaac ecclesiam in vrbem Spoletanã ingressus/a custodibus petijt sibi quantũ valet licẽtiã cõcedi orãdi: vtq́ horis secretioribus egredi de ecclesia nõ vrgeret̃. Qui mox ad orandũ stetit: diemq́ totũ peregit in oratione. cui sequentẽ continuauit: ⁊ noctẽ. Scḋo etiã die cũ nocte subsequẽti indefess⁹ in p̃cibus ꝯstitit: diẽ quoq́ tertiũ in orone cõiunxit. Quũq́ hoc vnus ex custodibus supbie spũ inflatus cerneret: vnde ꝓficere debuit: inde ad defectus dãna ꝑuenit. Nã hũc simulatorẽ dicere ⁊ verbo rustico cepit impostorẽ clamare: qui se tribus dieb⁹ ⁊ nocctibus orare ante oculos hoim demõstraret. Qui ⁊ ꝓtinus currẽs virũ dei alapa percussit: vt q̄si religiose vite simulator de ecclesia cum contumelia exiret. Sed hũc repẽte malignus spũs inuasit: atq́ ad viri dei vestigia strauit: ac ꝑ os eius clamare cepit. Isaac me eijcit. Isaac me eijcit. Uir q̄ppe peregrin⁹ quo noĩe censeret̃ nesciebat̃: sed eius nomen ille spũs prodidit: qui se ab illo posse eijci clamauit. Moxq́ sup vexati corpus vir dei incubuit: ⁊ malignus spiritus qui eũ inuaserat abscessit. In tota vrbe illa tunc statim quid in ecclesia factum fuisset innotuit. Currere viri ⁊ femine nobiles atq́ ignobiles pariter ceperũt: certatimq́ in suis rapere domibus conabantur. Alij ad construendum monasterium predia: alij pecunias offerebant. Sed dei seruus nil horũ accipiens: egressus vrbem non longe desertũ locũ inuenit: ibiq́ humile sibi habitaculũ construxit. Ad quem multi ꝑgentes sub eius magisterio se in dei seruitium dederunt. Quumq́ crebro discipuli humiliter innuerent vt pro vsu monasterij possessiones que ei offerebantur acciperet. ille solicitus sue paupertatis custos fortem sentẽtiã tenebat: dicẽs. Monachus q̃ in terra possessiões querit monachus non est. Sicq́ metuebat paupertatis sue securitatẽ ꝑdere: sicut auari diuites solẽt pituras diuitias custodire. ibiq́ spũ ꝓphetie ⁊ magnis miraculis claruit. ❡ Quadam die ad vesperum in horto monasterij fecit iactari ferramenta que nos vangas vocamus: dixitq́ discipulis. Tot vangas in horto proijcite: ⁊ citius redite. Nocte autem eadem dum ex more cum fratribus ad exoluendas deo laudes surrexisset: dixit eis. Ite ⁊ operarijs nr̃is pulmẽtũ coquite: vt primo mane paratum sit. Facto igitur mane iussit deferri pulmentũ: ⁊ ingressus hortũ cũ fratribus quot vangas in hortum iactari preceperat: tot laborãtes inuenit. Ingressi quidem fures fuerant ad rapiendum: sed mutata mẽte per spm̃ apprehenderunt vãgas quas inuenerunt: ⁊ tota nocte inculta horti illius spatia coluerũt. accedẽs igitur mane ad eos ait. Gaudete fratres: multũ laborastis: iã q̃escite. Sicq́ cibo parato fecit eos reficere. Quib⁹ refectis ait. Nolite malum facere. Quoties de horto aliquid vultis: ad horti aditũ venite trãquille petite: ⁊ a furti prauitate cessate. Sicq́ collectis oleribus eos onerari fecit. ❡ Alio tempore accesserunt ad eũ peregrini quidam misericordiam postulantes scissis vestibus ita vt pene nudi viderentur. Quumq́ vestimenta peterẽt: vir dñi eoꝝ verba audiuit. Unũq́ ex discipulis silenter vocauit: cui etiã iussit vt iret ad quãdã syluã: et ibi vestimẽta que iã in arbore caua inueniret: ad eum deferret. Qui iussa implẽs vestimẽta illoꝝ attulit: ⁊ latenter magistro presentauit. Que peregrinis petẽtibus ostẽdit: ⁊ illis prebuit dicẽs. Uenite q̄ nudi estis: tollite ⁊ vestite vos. qui accipiẽtes recognouerũt que posuerãt. ❡ Alio quoq́ tẽpore quũ quidã misisset ei duas sportas plenas alimẽtis: puer qui deferebat vnam earũ in certo loco itineris abscõdit: vt sibi eã retineret. sed alterã sibi delatã benigne quũ suscepisset: admonuit pueꝝ: vt caute quam sportam in via absconderat caperet̃: q̄ serpens in ea esset. Quibus verbis puer cõfusus videns furtũ suum deprehẽsum: quum in itinere vt veritatẽ dicti experiret̃: caute pro illa sporta accessisset ad locum: serpentẽ vt ille vir dei predixerat/in ea inuenit. ❡ Hic aũt vir quũ ⁊ spũ ꝓphetie ⁊ alijs virtutib⁹ emineret: vnũ in eo erat qḋ reprehẽsibile videbatur: q̄ scilicet ei tanta letitia nõnunq̄ inerat: vt si nesciretur plenus tantis virtutib⁹ nõ crederet̃. Et quũ Petrus causam querit cur illã letitiam nimiã refrenare nõ posset tam sanctus: r̃ndet Grego. magna est Petre dei oĩpotentis dispẽsatio. ⁊ Plerũq́ contingit vt aliquibus maiora quedam prestet: ⁊ quedã minora nõ tribuat: vt semper eoꝝ animus habeat vnde se reprehendant: sed dũ laborãt in hoc quod non acceperũt: nec preualent in ijs que accepta sunt ab eis: dño concedente: non se extollãt.

Euthichius ⁊ Florenti⁹ sctí.

§. XIIII. De Eutichio ⁊ Florentio.

Eodem tempore in Nursine parte ꝓuincie duo viri in vita atq́ habitu sancte cõuersationis habitabãt: quorũ vnus Eutichius: alter Florẽtius dicebatur. Sed eutichius idem in spiritali zelo atq́ in feruore virtutis excreuerat: multorum animas ad deũ perducere exhortando satagebat. Florẽtius vero simplicitati ⁊ orationi se dederat. Non longe aũt quũ quoddã monasteriũ rectoris sui morte destitutũ esset: elect⁹ Eutichius a monachis dicti monasterij ac eorum precibus victus officiũ presidẽtis suscepit: ⁊ diligenter exercuit: oratoriũq́ in quo prius habitabat cũ Florentio: ei soli dereliquit. Qui Florentius in orationem se prosternens a dño petijt: vt ei ad illic habitandũ aliquod solatiũ concedere dignaret̃. Oratione cõpleta egressus oratoriũ ante fores reperit vrsum stantẽ. Qui quũ ad terram caput deprimeret nihilq́ feritatis ostẽderet: aperte dabat̃ intelligi q̄ ad viri dei obsequiũ venisset quodq́ ipse cognouit. Et q̄ in eadem

cella

cella quatuor vel quinq; pecudes remanserāt: quas qui pa-
sceret vel custodiret quū oportesset: eidē viso precepit dicens.
Vade & has oues ad pastū dejice. & hora sexta reuertere. Le-
pitq; hoc indesinenter agere: & quas consueuerat manduca
re: pascebat oues bestia ieiuna. Et quum vir dei ieiunare
voluisset: ad nonā horam cum ouib⁹ domū iubebat reuerti.
quod totum implebat indefectibiliter. Cepitq; tante virtu
tis longe lateq; fama crebrescere. Hoc autem attendentes
ex discipulis venerabilis Eutichij quatuor monachi: stimu
lati inuidia quod magister eorum & abbas signa illa non fa
ceret que Florentius solus relictus: vsum ipsum insidiātes
occiderunt. Quumq; more solito vsus domum non reuer-
teretur: quem ex simplicitate fratrem vocabat: cepit affligi.
Die autem sequenti pergens in agrū oues quesiturus: vsuz
inuenit occisum. Sollicitēq; inquirens a quibus fuerat occi
sus inuenit. sesēq; in lamentis dedit magis fratrum malitiā
quam vsi mortem deplorans. Quem venerandus vir Euti-
chius ad se deductum consolari studuit. Sed idem vir domi
ni dolozis magni stimulis accensus: imprecatus est dicens.
Spero in deo omnipotente quia in hac vita ante oculos
omnium ex malitia sua vindictam recipient: qui nihil se le-
dentem vsum meum occiderunt. Cuius vocē protinus diui
na vltio sequuta est. nam quatuor illi monachi qui vsum
occiderāt: elephātino morbo percussi sunt: vt membris putre
scētibus interirēt. Qō factū vir dei vehemēter expauit: atq;
se ira maledixisse pertimuit. Oicq; tpe vite sue deflebat quia
exauditus fuerat: se crudelē in eoz mortē homicidam fuisse
clamabat. Qō factum a dño credimus: ne vir mire simplici-
tatis quātolibet dolore permot⁹: retrorquere vltra presume
ret iaculū maledictionis. Quū aūt fama huius Florētij ex-
cresceret: quidam diaconus ad eū pergēs studuit vt se eius
orationibus cōmendaret. Qui ad cellā appropinquās inue
nit oēm locū per circuitum serpētibus plenū. Quūq; vehe-
menter expauisset clamauit dicēs. Serue dei ora p me. Erat
aūt tūc mira serenitas. Egressus vero Florētius oculos ad
celum leuauit orans vt illam pestem sicut sciret dñs aufer-
ret. Ad cuius vocem subito celū intonuit: & idē tonitru oēs
illos serpentes interemit. Quos vir dei interemptos aspi-
cies dixit. Ecce occidisti eos domine: quis eos hinc tollet:
Moxq; ad eius vocem tante aues venerunt: quanti serpen
tes occisi erant. que singulos asportantes locum omnino
mundum a serpentibus reddiderunt. Et quia Petrus que-
rit: qua virtute vel merito ita vir iste ad nutum eraudiret.
Respōdet Grego. Apud omnipotentis dei mūditiā atq; sim
plicem naturam multū petere humani cordis munditia et
simplicitas valet. Hoc ipsum namq; qō famuli eius a terre-
nis actionibus segregati otiosa loqui nesciunt: & mentem p
verba spargere atq; inquinare deuitāt: aurhoris sui pre ce-
teris exauditionem impetrant: cui inquantum possibile est
ipsa puritate & simplicitate cogitationis/quasi ex quadam
iam similitudine concordant. Nos aūt turbis popularibus
admixti dum frequenter otiosa: nonnunq; vero etiam gra-
uiter noxia loquimur: os nostrū tanto omnipotenti deo lō
ginquū fit quanto huic mundo proximum. Multum quip-
pe deorsum ducimur: dum loquutione prima secularibus
admiscemur. Eutichius vero qui predicti Florētij socius in
via dei fuerat: magis post mortē claruit virtute signorū. Et
inter cetera q̄ ciues vrbis illius narrare de eo miracula so-
leāt: illud est p̄cipuū qō vsq; ad hec tpa Lōgobardorum per
illius Eutichij vestimentū dignat assidue operari. Nā quo-
ties pluuia deest: & estu nimio terram longa siccitas exure-
bat: ciues vrbis illius collecti tumbā illius leuare: & in con-
spectu dñi cū precibus offerre cōsueuerāt: & per agros per-
gere: tūc repente pluuia tribuebat: que plene terrā satiare
potuisset.

§. XV. De Martino solitario.

Nup in cāpanie ptibus vir valde venerabilis Martin⁹ noie
in mōte Marsicho solitariā vitā duxit. multisq; annis i spe-
cu angustissimo inclusus fuit. de quo ipse multa: & beate me
morie papa Pelagio pcessore meo & aliis religiosissimis vi-
ris narrantibus agnoui. Cuius hoc primū miraculū fuit: qō
mox vt se in predicti mōtis fozamine cōtulit: ex petra eadē
que in se cōcaua angustū specū fecerat: aq̄ stilla prupit: que
Martino dei famulo i vsu quotidiano sufficeret: & nec plus
adesset: nec necessitati deesset. Sed antiqui hostis humani
generis eius virtutibus inuidēs: hūc vsitata arte pellere ex
eo specu molitus est. Nā amica sibi bestiā serpētē ingressus:
hūc ab eadem habitatione ejicere facto terroze conat⁹ est.
Cepit enim serpens in spelunca inuemiri solus cum solo:
eoq; orante se ante illū sterneret: & eo cubante pariter cuba
re. Sed vir sanctus omnino imperterritus eius ori manum
vel pedē extēdebat dicēs. Si licentiam accepisti vt ferias: nō
prohibeo. Quisq; hoc ptinue p triennū gereret: ipse quadā
antiquus hostis tāta hac eius fortitudine victus infremuit
secq; p deuexū montis latus in pcipitiū serpens dedit: oiaq;
arbusta eius flamma ex se ereunte cōcremauit. Vir idem ve
nerabilis inclusionis sue tēpore primo decreuerat vt vltra
mulierē nō videret. non q̄ aspernabaf sexū: sed ex contem-
plata specie cōtēptionis incurrere metuebat vitium. Quod
quedā mulier audiēs audacter ascendit montem: atq; ad ei⁹
specū impudēter prozupit. At ille paulo longius intuens: et
veniens ad se mulierebria iudumēta ꝓspiciens: sese in ozatio-
nē dedit: in terrā faciē depressit: eoq; pstratus iacuit: quo
impudēs mulier a fenestra cellule illius fatigata recederet
que die eodem mox vt de monte descendit: vitam finiuit. vt
ex mortis eius sententia daretur intelligi: q̄ valde oīpoten
ti deo displicuit: q̄ famulum suū ausu improbo contrista-
uit. Alio quoq; tēpore dum multi adhuc religiosa deu o-
tione ꝓcurrerēt: atq; arcta esset semita que in deuexo mon-
tis latere ad eius cellulā pperantes ducebat: puer paruul⁹
incaute gradiens ex eodē monte cecidit: & vsq; advallem cor
ruit: que sub eodē mōte sita quasi in profundo conspicitur.
In loco quidem eodē tanta mons ipse altitudine excrenit:
vt arbusta ingentia que ex eadē valle prodeūt: ex monte aspi
cientibus quasi fruteta esse videantur. Perturbati igitur
sunt cuncti qui veniebant: summaq; cura quesitum est sicu
bi corpus elapsi pueri potuisset inueniri. Quis enim aliud
nisi extinctū crederet: Quis ad terram vel corpus integrum
peruenisse suspicaretur: dum interpositis vbiq; scopulis in
partes discerpi potuisset: Sed requisitus puer in valle nō
solum viuus: sed & incolumis repertus est. Tunc cunctis pa
tēter immotuit: q̄ ideo ledi non potuit: quia hunc in casu suo
Martini oratio portauit. In specu vero illius magna defu⁹
per rupes eminebat: q̄ quū ex parte exigua monti videret
affixa: Martini celle ꝓximēs/casum suum quotidie & illius
interitu minabatur ruitura. Ad hunc multitudo rusticoz⁹
veniens precabatur dei virum vt de specu dignaretur exire:
quatenus ruitura rupē potuissent euellere vt iam securus
ibi habitaret. Cui rei nec acq̄uit. Itaq; dū ea q̄ venerat mul
titudo conaret: si posset sine periculo viri dei ingēs illud qō
desup incubuerat saxū leuare: cūctis videntibus repēte res
valde admirabilis contigit: quia moles ipsa quā conabaf mul
titudo euellere: subito ab eisdem laborantibus euulsa: ne
spelunce Martini rectū tangeret saltū dedit: & quasi seruī
dei lesionē fugiēs/longius cecidit. Qō angelico ministerio
factū intelligitur. Hic Martinus quū primū in eisdē mōtes
se cōtulit: necdū clauso specu habitans catena sibi ferrea
pedem ligauit: eāq; saxo parte ex altera affixit: ne ei vltra li
ceret ꝓgredi q̄ catene quantitas extēderetur. Qō vir dei
venerabilis Benedictus quum audisset: per discipulum suū
ei mādare curauit. Si seruus dei es: nō te teneat catena fer
rea: sed catena christi. Ad quā vocē Martinus protinus eādem
cōpedem soluit: sed tñ nunq; solutū retendit pedē vltra lo-
cum quo se extēdebat catena. Hic postea cepit discipulos
habere secum tamen a specu eius habitantes.

§. XVI. De mortuo suscitato.

Quidam monachi habitum gerens: & moribus exples: in
monte argētino habitās: singulis annis ad ecclesiam princi
pis apostolorū venire cōsueuerat: & in via apud quendam
subdiaconem noie Quadragesimum in partibus Aurelie
hospitabaf. Quū igit quadā vice ibi hospitaretur: accidit
vt prope ecclesiam & habitationem Quadragesimi/maritus
cuiusdam paupercule moreretur. Quū per totā noctem mu
lier illa defleret circa corpus defuncti mane sepeliendi mo
tus magna compassione monachus ille dixit Quadragesi-
mo. Surge & oremus. Qui pergentes ad ecclesiam diutius
orauerunt. Et oratione completa/ab altaris crepidine pul
uerem collegit: & cum eodem Quadragesimo ad defuncti
corpus accessit: & post diutinam ibi etiā oratione factam/
discooperuit monachus ille faciem operiam defuncti manu
sinistra & cum dextera puluere adducto faciem defuncti fri
care cepit. Cui rei mulier contradicebat: nesciens huius cau
sam: reuuiscensq; mortuus oscitare cepit: oculos aperire:
atq; se eleuans residere: acsi de somno exurgeret. Quod cer
nens mulier/cepit pre gaudio magis flere: & voces amplius
edere. At ille modesta phibitione compescuit dicens: Tace:
race. Si quis aūt quesierit qualiter hoc factum sit: solum di
cito: quia dominus Jesus christus opera sua fecit. Indeq; a
Quadragesimo discedens: nunquam in illis partibus vl-
tra apparuit honorem temporalem fugiens. Quum
autem ex his auditis Petrus diceret hoc scilicet mortuum
suscitare esse maius omnibus miraculis. respondet Grego.
Si inuisibilia attendimus: ita necesse est vt credamus. Si vero inuisibilia pensamus: nimirum constat quia

Quadragesimus subdiaconus.

maius est miraculuz predicationis verbo atq; orationis solatio peccatorē conuertere: q̄ carne mortuum resuscitare. In isto em̄ resuscitatur caro iterū moritura: in illo ꝯo aīo iterū victura in eternū. Minus est ergo quēpiam in carne suscitari q̄ in anima: nisi forte quū per viuificationē carnis etiā ad vitā reducitur mentis. Narrat etiā Grego. de quodā alio monacho qui Benedict⁹ vocabatur in Lāpanie partibus: q̄ tēpore regis Totile quidā Gothi hūc incendere cū sua cellula moliti sunt. vñ igne suppositō oīa in circuitu arserūt: cella vero eius cōburi non potuit. Quod videtes Gothi magisq; seuientes/eum ex suo habitaculo traxerunt: et nō lōge aspiciētes clibanū succēsum qui quoquendis panibus parabatur: euz in illū p̄cipitare cōtenderūt. Sed altera die illesus inuentus est: ita vt nec caro nec extrema vestimenta eius cremarētur. Quuz autē quereret Petrus vtrum p̄fati sancti viri pertulerint aliquas insidias diaboli. respondet Grego. Sine labore certamina non est palma victorie. Malignus quidem spiritꝰ cogitationi loquutioni atq; operi nostro semper insistit: si forte aliquid inueniat: vnde apud examē eterni iudicis accusator existat. Exēplum inducit de quodam presbytero Stephano nomine in Valerie partibus venerabilis vite: q̄ quadā die de itinere domū regressus/mācipio suo negligenter loquēs precepit dicens. Uem diabole discalcia me. Ad huius vocē ceperunt repente se caligarum corrigie in summa velocitate dissoluere. vt aperte ostenderetur q̄ ei ipse qui notatus fuerat ad extrahendas caligas obediisset diabolus. Quod vt vidit presbyter: exclamauit: vocibusq; magnis clamare cepit. Recede miser recede. nō enim tibi: sed mancipio meo loquutꝰ sum. Sicq; in magna parte corrigie dissolute remanserunt. ¶ Et quuz Petrus subinferat q̄ laboriosum sit: et valde terribile contra inimici iniurias stare continue: respondet Grego. Laboriosum non erit: si custodiam nostram non nobis/sed gratie superne tribuimus. ita tamen vt et ipsi quantum possumus sua protectione vigilemus. Si autem antiquus hostis a meare ceperit expellit: ex diuina largitate hoc plerumq; agitur: vt nō solum non timeatur: sz et ipse viuentium virtute terreatur. Unde exemplum subdit Grego. de quadam sanctimoniali femina que p̄ter seculo cōtra voluntatem parentum se deo deuouit in Spoletana vrbe. ad quā etiam imitandam in habitu religioso congregate cuz ea sunt multe. Quum autem quadam die quidam rusticus arreptus esset a diabolo et valde vexatus: ad illam sanctimonialem adductus est. q̄ magnis clamoribus: et ira animo imperauit ei dicens. Exi ab eo miser: exi ab eo. Et quum diabolus per os obsessi diceret. Si exeo: in quem intrabo? Respondit illa. In hūc porcum ingredere. Qui mox in quadā porcū paruulum ibi pascētez egressus ab homine/ingressus eū occidit: et precessit. Ex qua re etiam colligitur q̄ absq; concessione dei nullam malignus spiritus cōtra hominem potestatem hz: qui in porcum intrare non potuit nisi permissus.

In diabolici nois inuocatores.

§. XVII. Ipsa quoq; ossa mortuorum electorum dei plerūq; in miraculis viuunt.

In Valerie prouincia hoc accidit mirum. Quidam venerabilis sacerdos cū clericis suis sancte conuersationis ibi vitā ducebat: qui die claudens extremū añ ecclesiam sepultus est. Eidem añt ecclesie caule ouiū inherebant: atq; eidē locus in quo ille sepult⁹ est: ad easdē oues tēdētibus peruius erat. Quadā añt nocte quū clericis psallētibus fur venisset: ingressus caulas tulit: et concitus exijt. Quum vero transiret per locum vbi presbyter ille sepultus erat repente hesit: et gressum mouere non potuit: veruecem de collo deposuerit: eūq; dimittere voluit: sed manum laxare non valuit. Cepit igitur stare miser cum preda sua reus et ligatus. Volebat ve uecem dimittere: nec valebat. volebat egredi cum veruece. nec poterat. Miro itaq; modo vir quia viuis videri timuerat: hunc mortuus tenebat. Facto añt mane egressi ab ecclesia clerici inuenerunt hominem tenentem vei uecem manu: ignotum eis. Resq; venit in dubium vtrum veruecem tolleret an offerret. Sed culpe reus citius indicauit penam. Miraticq; sunt cuncti q̄ viri dei merito ad predam suam stabat ligatus. Orantesq; p̄ eo vir precibus obtinuerunt: vt qui res eorum rapere venerat: saltem vacuus exire meretur. ¶ Item in monte qui Prenestine vrbi preeminet: monasterium quoddam in honorē beati Petri situz est. In eo venerabilis quidam abbas sancte conuersationis erat qui quēdam monachum nutriēs vsq; ad reuerendos prouexit mores. Videnscq; in virtutib⁹ illum excreuisse. in eodē monasterio presbyteruz ordinari fecit. Et quum paulo post ordinationem suam reuelatus ei fuisset exitus eius: a predicto abbate petijt vt sibi sepulchrum parare cōcederet. Cui ille respondit. Ante te ego morit̄r? sum. Sed tamen vade: et sicut vis sepulchrum tuum prepara. Recessit et preparauit. Post paucos dies abbas febre correptus ad extrema veniēs presbytero illi precepit dicēs. In sepulchro tuo me pone. Cui ille. Scis pater quia ego modo sequutus sum: vtroscq; capere nō potest. Abbas respondit. Ita fac vt dixti: quia sepulchrum ambos capiet. Defunctus itaq; est abbas: et positus in sepulchro illo qō sibi preparauerat presbyter. Mox q̄ infirmatus p̄sbyter vitā finiuit. Quumq; ad sepulchrū illud sibi preparatum/delatus fuisset: et eo aperto viderunt omnes locum non esse vbi defunctum ponerent in sepulchro illo: quia corpus abbatis positi totū illud sepulchrum tenebat. In difficultate igitur rei agende ipsis positis exclamauit vnus eorum dicēs. En pater vbi est quod dixisti: quia sepulchrum istud ambos capiet? Ad cuius vocem mox cunctis videntibus/abbatis corpus qō illic ante fuerat supinum iacebat humatum: se vertit in latere: et vacantem sepulchri locum ad sepeliendum corpus presbyteri prebuit. et qz vtroscq; ille locus cuperet sicut vnus p̄miserat mortuꝰ impleuit. ¶ Narrat quoq; et aliud exēplum factum in vrbe Romana in ecclesia sancti Petri. Quidam Theodorus notarie dicte ecclesie custos: quum quadam nocte citius ad meliorā da luminaria iuxta ianuam surrexisset: et more ligneis gradibus sub lampade positis stabat: et lampadis refouebat lumen: beatus Petrus apostolus repente in stola candida deorsum in pauimento constitit eiq; dixit. Conliberte quare tam cito surrexisti? Quo dicto ab oculis aspicientis euanuit. Sed tantus in eum pauor irruit: vt tota in eius corpore virtus deficeret: et per dies multos infirmus iaceret. Qua in re ostendere voluit apostolus: quia quicquid p̄ eius veneratione agerent hoies: ipse hoc p̄ mercede retributionis sine intermissione semper videret. Et quum querit Petrus quare ex illa visione ille infirmatus sit respondet Greg. inducens exemplum simile in Danele prophera: qui illam terribilem visionem videns contremuit et languit per plures dies. p̄ ratione dicēs q̄ caro q̄ spūs sunt ferre non valet. Et idcirco nōnunq; quū mens humana vltra se ad videndū ducitur: necesse est vt hoc carneū vasculū qō ferre tantum pondus non valet: infirmet. Ponit et aliud exēplum de quadam puella paralytica: cui orāti apō brīm Petrū vt sanitatē reciperet: dixit per visum. vt iret ad Achontium ecclesie sue mansionariū virum magne humilitatis et scrīm. Ad quē accedēti et visionē et iussionē beati Petri insinuāti ait ille. Si ab ipo missa es surge. Que surgens statim sanata est.

§. XVIII. In Samnii prouincia quidā venerandus vir nomine Menas/solitariā vitā ducebat: fere ante decēniū defunct⁹. hic nihil ad vsum aliud quam pauca apum vascula possidebat. Huic quum Longobardus quidā in eisdē apibus rapinam voluisset ingerere prius ab eodē viro ꝯbo correctus est: et mox q̄ maligni spiritum ante eius vestigia veratus. Qua ex re factū est/vt etiā apud eandem barbaram gentez eius celebre nomē haberetur. nulluscq; vltra p̄sumeret eius cellā nisi humilis intrare. Sepe vero ex vicina sylua veniētes vrsi apes eius comedere conabant: quos ille deprehensos ferula quam manu portare cōsueuerat cedebat: ante cuius ꝯbera immanissime bestie rugiebant et fugiebant: q̄ gladios formidare vix poterant. ¶ Huius studium fuit nihil quereret: nihil in hoc mūdo habere: omnes qui ad se veniebāt/ad desideria eterne vite accendere. et si quorundam culpas agnosceret: nunquā ab increpatione cessare: sed per linguā in eos seuire. Consuetudinem autez loci illius accole fecerant: vt per hebdomadas vnusquisq; oblationes suas transmitteret: vt esset qō ipse venientibus ad se cōferre potuisset. Quum autem quidam Carceri⁹ nomine/immūdo desiderio deuict⁹: sanctimoniale quandam feminam rapuisset: et sibi matrimonio copulasset: hoc vir dei vt audiuit: per quos potuit eum reprehēdere curauit. Ille autem sceleris sui conscius: nequaquam ad virum dei audebat accedere: ne forte vt solebat delinquētes asperе increpare ipsum argueret. Fecit tamen oblationes suas: et inter aliorum oblationes suas misit: vt eius munera saltem nesciens acciperet. Que quum ei presentate fuissent: vir dei tacitus sedit: singillatim omnes considerare studuit. et omnes alias eligens et assumens/quas Carcerius miserat oblationes per spiritum cognoscens spreuit et abiecit dicens: Ite et dicit illi. Oblationem tuaz omnipotēti deo tulisti: et mihi tuas transmittis? Ego oblationem tuam non accipio: quia tuam abstulisti deo. Qua ex re presentes absentibus iudicaret. Et quum petrus dicat se suspicari eos inuenisse. distinguit Grego. respondendo duplex esse martyrij genus. vnum in occulto: aliud in publico. Nam et si

Benedictus monachus

Men nas.

Martyrium

plex. perſequutio

persequutio desit exterius: martyrij meritum in occulto est quum virtus ad passionem prompta flagrat in animo. Qđ probat per verbum domini dicentis de Jacobo ⁊ Joanne filijs zebedei. Calicē meum bibetis. qui passionis poculuz significat: ⁊ tamen etsi Jacobus passione occubuit. Joannes in pace ecclesie vitam finiuit. Sed ⁊ sancti viri qui occulti hostis insidias tolerantes: suosq; aduersarios diligētes cūctis carnalibus desideriis restiterunt: per hoc quod se omnipotenti deo in corde mactauerunt: etiam pacis tempore martyres fuerunt. Sed ⁊ nostris modo tpibus viles ⁊ secularis vite personas de quib⁹ nihil celeste presum posse videbatur: oborta occasione contigit ad coronā martyrij peruenisse. Exempla inducit de quadraginta rusticis qui ante annos fere. xv. capti a Longobardis: qua carnes immolatas idolis suis comedere noluerunt vt illi requirebant sub cōminatione mortis: occisi sunt ab eis martyres effecti. Subdit ⁊ de quadringentis alijs captis a Lōgobardis. ꝯ quibus multi quia caput capre diabolo immolantes quod ipsi adorabant/adorare noluerunt: occisi sunt martyrio coronati.

Quadraginta rusticimartyrio coronati.

Si ergo qui in pace ecclesie latas vias huius seculi sequi videbantur: palmam martyrij meruerunt accipere: multo magis qui seipsos in pace ecclesie affligendo angustam martyrij viaz tenuerūt: martyres si ora fuisset persequutio esse potuerunt. Nec tamen de cūctis hoc quasi regulā tenemus. Nam sicut plerisq; in aperta persequutione subire martyriū possunt: qui in pace ecclesie despicabiles videntur esse: ita nōnūlli in debilitatis formidinē corruūt: qui in pace ecclesie fortiter stare credebātur. Sed cadere nec in aperta persequutione poterant hi: de quibus constat quia vsq; in finem vite in occulta animi virtute perstiterunt. Et subdit Greg. ostendens quomodo seruitie illorum Longobardorum plures obstitit diuina mia: ⁊ errorem illorum ostendit p multa miracula: vt per cecitatē cuiusdam epi illorū Arriani et inductam: quia violenter ecclesiā intrare volebat. ⁊ lumina ribus diuinitus in ecclesiā accensis/in dedicatione cuiusdam ecclesie in qua diabolus in specie pozci visus egressus est: que ecclesia fuerat prius Arrianorum: strepitu in nocte ibi facto: ⁊ nube apparente super altare: ⁊ fuauitate miravdoris.

§. XIX. Eleutherius pater monasterij beati Marci euangeliste: qđ in Spoletane vrbis pomerijs situm est: diu est mecū in vrbe puersat⁹ in medio monasterio: ibiq; defunctus. quē sui discipuli ferebant ipm mortuum fuscitasse. Vir autem erat tante simplicitatis et compunctionis: vt dubiū non esset q; ille lachrymē ex tam humili simpliciq; mente edite/apud deum oipotētem multa obtinere potuissent. Huius ego narro miraculum quod mihi inquisitus simpliciter fatebaꝫ. Quadā die quū iter caperet: ⁊ adueperascēte die locus ad hospitandū deesset: in monasterijū virginū deuenit: in quo quidā puer paruulus erat: quē omni nocte malignus spūs vexare psueuerat. Sed sanctimoniales femine vt virū dei susceperūt: rogauerunt eū vt paruulū illum illa nocte secū susciperet. qđ ille benigne annuit. Factoq; mane sanctimoniales a viro dei quesierunt si quid puero nocte illa accidisset. Et quum ille respondisset se nihil passum: interrogauit ab eis causam huius inquisitionis. Que indicauerūt: q; videlicet oī nocte vexari consueuerat. vñ quum amplius talē vexationē videre non possent rogauerunt vt eum ad monasterium suū duceret. Cui rei vir dei assensit. Qui quū diu in monasterio fuisset: ⁊ ad illuz malignus spūs accedere non presumpsisset: eiusdē senis animus de salute pueri immoderatius per letitiam tactus est. Nam coram positis fratribus dixit. Fratres diabolus cum illis sororibus sibi iocabaꝫ. At vero vbi ad seruos dei vētus est: ad hunc puerum accedere non presumpsit. Post quaz vocem eadē hora ac momēto idē puer corā cūctis fratrib⁹ diabolo se inuadēte vexatus est. Quo viso: senex statim se in lamētum dedit. Quē quū diu lugentē fratres psolari vellent respondit dicēs. Credite mihi q; nullus in ore hodie panis intrabit: nisi puer iste fuerit a demonio ereptus. Cuncse in oratione cum cunctis fratrib⁹ strauit: ⁊ eousq; oratum est quousq; puer a vexatione fuit ereptus. sicq; pfecte san⁹ effectus: vt ad eum malignus spūs nō reuerteretur. Sup qua re quū Petrus dicat. Credo q; illi elatio parua subrepserat propter qđ eius discipulos facti illius. i. liberatiōis voluit esse adiutores. Qđ ⁊ Gregorius affirmat sic esse. ¶ Quante aūt virtutis esset dicti Eleutherij oratio: subdit Grego. i se fuisse expertū. Nā quū ipse in suo monasterio positus quodam tempore incisionem vitalium pateret: crebriscq; angustijs p horarū momēta ad eritū ppinquaret: quam molestiā greci syncopim vocāt. ⁊ nisi (inqt) me fratres frequēti cibo reficerent: vitalis spūs mihi funditus intercidi videretur: paschalis supuenit solēnitas. Et quū sacratissimo sabbato in quo oēs etiam paruuli ieiunāt: ego ieiunare non possem sepius meroze ꝯ infirmitate deficere. Predictūq; virū dei ad oratorium meū duxit: rogans vt oratione sua mihi a deo concederetur virtus ad ieiunandū illa die. Qđ quū Eleutherius cū lachrymis pfecisset: tantam virtutē stomachus meus accepit: vt mihi funditus a memoria tolleretur cibus ⁊ egritudo. cepiq; mirari quis fuissem ⁊ quis esse. Et ad vesperum veniens tante me fortitudinis inuenit: vt ⁊ alterū sequentez diem si voluissem ieiunium ferre potuissem. ¶ Et quia de cōpunctiōe huius ⁊ lachrymis Greg. dixerat. Subdit dicēs duo esse genera cōpunctionis: quia scz deum sitiens anima prius timore compungit: deinde amore. Pri⁹ essi sese lachrymis afficit: q; dum mala sua recolit: pro ys perpeti eterna supplicia pertimescit. At quū longa fuerit merozis amaritudinē formido consumpta: quedam iam de venta securitas nascitur: ⁊ in amore celestium gaudiorum animus inflāmatur: flere incipiēs amarissime: q; differtur ab illo glozie regno visioms dei. Et quia ab illis bonis perennibus deest: plus plangit ꝯ prius pro peccatis defleret.

Duo genera cōpunctionis.

§. XX. De Sanctulo familiari

Sāctulus vir sanctus

ter Grego. noto. Hic ex Nursie prouincia singulis annis ad Gregoriū venire cōsueuerat. Et tpe quodā quū in plo Longobardi oliuam premerent vt in oleū liquari debuisset: sic vt iucundi erat vultus ⁊ animi: vtrem vacuū ad prelum detulit: laborātesq; Longobardos leto vultu salutauit: eisq; vtrem ptulit: ⁊ iubēdo potius ꝯ petēdo eum sibi impleri iussit. Sed quia gentiles viri iam tota die frustra laborauerant: atq; ab oliuis exigere oleum torquendo non poterant verba illius moleste acceperunt: eūq; iniurijs insectari sunt. Quibus vir dei letiozi vultu respōdit dicens. Istum vtrem Sanctulo impletē: ⁊ sic a vobis reuerterur. Quumq; adhuc ille magis insisteret: ⁊ illi maioribus contumelijs illum repellerēt: vir dei videns q; ex prelo oleum nullo modo exiret: aquam sibi dari petijt: quā cunctis videntibus benedixit: atq; in prelum suis manib⁹ iactauit. Ex qua ptinus benedictiōe tanta vbertas olei erupit: vt Lōgobardi qui prius incassum laborauerāt: non solū sua vascula oia: sed ⁊ vtrē quem vir dei detulerat implerēt. ¶ Alio tpe vehemēs fames vbiq; incubuerat. ⁊ quū beati Laurentij ecclesiam a Lōgobardis incēsam Sanctulus restaurare cupiens multos artifices conduxisset ⁊ oparios subministrantes quibus sumpt⁹ quotidiani dabantur: defuit illis panis. Ceperūt laborantes instanter victū querere: q; vires ad laborē non haberēt. Quod vir dei audiens ꝓbis consolabaꝫ fozas pmittendo qđ deerat: sz ipse grauiter anxiabatur intus exhibere cibū non valens. Quumq; huc illucq; anxius pgeret puenit ad clibanū i quo vicine mulieres pridie coxerāt panes: ibiq; int⁹ aspexit an forte panes coquētibus remāsissent: vbi repente panem mire magnitudinis ⁊ insoliti candoris inuenit. Quem tulit: et a vicinis mulieribus prius quesiuit an alicui earum talis panis remāsisset. Quibus negātibus suū esse: continuo gratias deo agēs: letus illū artificibus distribuit. Quibus sufficienter plenecq; satiatis: plura ex eo ꝯ ipse panis esset fragmēta collegit. Que die altero eis ad refectionem intulit: eisq; refectis fragmenta panis superabant. Sicq; factū est vt per decē dies oēs illi artifices ⁊ operarij ex illo vno pane satiati ⁊ quotidie ederent ⁊ ex eo qđ edi posset in crastino die supereresset. Ipse siquidē dominus multos de vno pane refecit per seruum: qui ex panib⁹ quinq; milia hoim satiauit p semetipm: q; per pauca seminum grana innumera segetuz frumenta multiplicat: q; et simul omnia creauit ex nihilo. Sed ne diutius mireris quid in ꝓtute dñi venerādus vir fecit exterius: audi ex virtute dñi qualis fuerit intus. ¶ Die quadā a Longobardis captus quidam diacon⁹ torebatur ligatus quē ipsi interficere cogitabāt. Aduesperascente iam die Sanctulus ab eisdē Lōgobardis petijt vt relaxari eiq; vita concedi debuisset. Qđ quū illi negassent oīno: ⁊ deliberassent de morte illius: petijt vt saltē sibi dari ad custodiam debuisset. Cuius petioni acquieuerunt hac conditione apposita: vt si fugeret ipse morteretur. Quod vir dei libēter pmisit: ⁊ diaconē in suam suscepit fidem. Nocte autem media quum omnes Longobardos somno oppressos vidisset: erci tauit Sanctulus diaconū dicēs. Surge ⁊ cōcitus fuge liberet te dñs. Qđ quū ille facere recusaret dicēs. Si fugero: tu pro me proculdubio morieris. Ille ad fugiendum demum eum compulit dicens. Ego in manu dei sum: tantum in me facere poterunt: quantum ipse permiserit Fugit ergo diaconus: ⁊ quasi deceptus fideiussor remansit. Facto mane Longobardi ad eum venientes diaconum quem in custodiam ei dederant: reperebant. Sed hunc fugisse vir dei respondit. Tunc illi. Scis (inquiūt) quid tibi puenit? Seruus

ait dn̄i cōstāter rn̄dit. Scio. Et illi. Bonus hō es: elige tibi mortē quā vis. At ille in manu dei sum. me illa morte occidite quā ipe permiserit. Tūc oībus illis placuit vt capite truncaret. Ad qđ mortis spectaculum vt nimis crudeles omnes leti puenerunt. Electusq; est vnus ceteris aptior: de quo dubiū nō esset q̄n vno ictu caput eius amputaret. Qui in mediū eorū ductus: petijt vt sibi paululū orādi daret licentia. Qua cōcessa quū in terrā pstratus diutius oraret: interfector calce pulsauit dicens. Surge. et flexo genu tende ceruicē. Surrexit et flexo poplite ceruicē tetēdit. Eductāq; contra spatam intuēs/ hoc vnū fertur publice dixisse. Sancte Joānes suscipe illā. Tunc electus carnifex euaginatum gladiū tenēs/ nisu forti in altū brachiū pcussurus leuauit: sed deponere nullo modo potuit. Nam repente diriguit. et erecto in celum gladio brachiū inflexibile remāsit. Tūc oēs Longobardi q̄ aderant mirari ceperunt: virūq; dei cum timore venerari. Itaq; postulatus vt surgeret: surrexit. Rogat' vt carnificis sui brachiū sanaret: rn̄dit. Ego p illo nullo modo orabo: nisi mihi ante iuramentū dederit: q2 manu illa christianum hoiem non occidat. Sed Lōgobardus ipsa exigēte pena cōpulsus est iurare nullū christianum deinceps se occisurū. Tunc vir dei pcepit dicēs. Depone manum tuā deorsum. qui statim deposuit liberatus. Cui adiunxit. Remitte gladium in vaginā. qđ et fecit. Oēs igit qui tante virtutis hoiem esse cognouerāt: oues et boues quas depredati fuerant certatim ei offerre munera volebāt. Que omnia accipere renuit dicēs. Si mihi aliquid vultis cōcedere oēs captiuos quos habetis mihi tribuite: vt habeam vnde pro vobis debeā orare. Factūq; est vt cum eo oēs captiui dimitterentur. et quū se vnus p vno morti obtulit: multos a morte liberauit. Pēsa ergo q̄ vis amoris illđ cor tenuit: qđ mortem suā p vnius salute pximi nō expauit. Scimus aūt certo quia vir ille venerabilis Sanctul' ipā q; clemēta litterarū bene non nouerat. legis precepta nesciebat. sed q2 plenitudo legis est charitas: qđ foris in cognitione non nouerat: ei intus viuebat in amore. Cōparemus si placet cum hac nostra indocta sciētia illius doctā ignorantiā. vbi hec nostra iacet: ibi illius disciplina eminet. Nos de virtutibus vacui loquimur et quasi inter fructifera arbusta positi odoramus poma: nec manducamus. Ille vero virtutū fructus carpere nouerat: quis hos in verbis odorare nesciret.

Simile miraculū legit in vita bti Hieronymi

§.XXI. Narrante quoq; sibi

Florido Tiferni epo sancto viro: refert Greg. quēdā presbyterum noīe Amantiū/ pcipue simplicitatis virum apud se fuisse qui hoc virtutis habere perhiberet: vt more aplorū manus super egrotos ponat et salutē restituat. et quātūlibet vehemēs egritudo sit: ad tactū illi' abscedat. Quē etiā hoc habere miraculi dixit: q2 in quolibet loco quis immanissime asperitatis serpentē reperit: mox vt eum signo crucis signauerit extinguit. Quē etsi serpens aliquando in foramina petre fugerit: signo crucis os foraminis benedicit: statimq; ex foramine iam serpens mortuus trahitur. Quem tante virtutis virū videre et ipse curauit: eumq; ad me deductum in infirmorum domo paucis diebus manere voluit vbi siqua adesset curationis gratia citius pbari potuisset. Ibi aūt quidam inter alios egros mente captus iacebat: quam egritudinē medici vocabulo greco Phrenesim appellant. Hic quum quadam nocte magnas voces insanus emitteret: cunctosq; egros immensis clamoribus perturbaret: ita vt nulli somnum capere liceret. idē venerabilis presbyter de proprio strato surgēs ad lectulum phrenetici silēter accessit et super eū positis manibus orauit. moxq; illum melius habentē in superiora domus secum ad oratorium duxit: vbi libertus orationi pro eo incubuit: et statim sanū euz ad proprium lectum reduxit.

Amanti' miraculorū frequētia in signis.

§.XXII. Ex quarto libro dialogorū

in regione Nordabin/q̄ vocatur Incumēnau.vt refert Uincen.ex dictis Bede.qui primo noctis tēpore defunctus/dilu culo reuixit:ꝛ obseruantes se in fugam cōuertit.vxor tamē eius q̄ius nimis pauida remasit.Cui ille. Noli timere. surrexi a morte qua tenebar:ꝛ pmissum est mihi iterum apud homines viuere:sed multū aliter mihi viuendū est amodo quā prius. Statimq; surgens abijt ad oratoriū ville:ꝛ ad diem vsq; oranit.ꝛ tūc diuisit substantiā suā in tres partes.e quibus vnā coniunxit:alterā filijs tradidit:tertiam vero statim pauperibus erogauit. Non multo post ad monasterium in Aleos peruenit:qō Tundo flumine circūcingitur:ꝛ accepta tōsura/secretā māsionē ab abbate suscepit:ꝛ ibi vsq; ad mortē in mirabili cōuersatione pmāsit. Narrabat aūt hoc. Quidam lucidus aspectu ꝛ clarus veste me ducebat. Incedebamus tacite cōtra solis ortū solstitialem. Deuenimus autem ad vallē latissimaz/longissimā/profundissimā:que erat a leua nostra:ꝛ habebat vnū lacū flāmis feruētib⁹ nimium terribilem.alium autem feruenti grandine ꝛ frigore nimia oia pflantem: nimis horridū.vtrūq; plenū aīabus que vicissim hincinde iactabantur cū impetu. Nam quū vnū ferre nō possent in aliū trāsibāt. Et cogitabā intra me q̄ infernus esset. Ductor aūt meus cogitationi mee respondēs. Nō (māt) vt putas:hic est infernus. Et quū pgrederemur:vidi loca tenebris ita densis repleta:vt nihil oīno videre preter speciem ꝛ vestem ductoris mei.ꝛ ecce flammarum globi ascendētes de puteo ꝛ rursus decidentes in eundē. Et statim ductor meus disparuit:ꝛ me solū reliquit. Erant aūt fastigia flammarum plena spiritibus hoīm instar fauillarū cū fumo ascendentiū ꝛ relabentiū.ꝛ fetor incōparabilis cū illis ebulliebat. Interea turba demonū veniēs ꝛ insultās treshomines educebat in tenebras:e quib⁹ vnus erat attonsus vt clericus quidam laicus:ꝛ quedā femina.ꝛ descenderūt cū eis in medium baratri ardentis. Quidam aūt spūs de abysso illo ascendētes/efflantes ignem putridū oculis ꝛ naribus ꝛ ore:forcipibus igneis quas portabāt nitebanť cōprehendere me:ꝛ tamen tangere non poterant. Et ecce quasi fulgur stelle micātis inter tenebras post me apparuit. Hic erat ductor me⁹ q̄ mox eos fugauit. Et cōuersus ad dexteram cepit me ducere ad ortum solis.ꝛ mox in lucē serenā eductus vidi murum maximum:cuius longitudinis ꝛ altitudinis quasi nullus terminus videbať. In quo etiā nulla ianua vel ascensus vel fenestra videbat.ꝛ statim nescio quo ordine fuimus in summo ꝛ erat ibi campus latissimus ꝛ letissimus floscul⁹ vernantibus ꝛ odore suauissimo plen⁹:ꝛ luce claruit sole meridiano in quo agmina albatorum plurima/ꝛ sedes erant multe lectantium. Et quum me inter illos duceret:cogitabā hoc esse regnū celoꝝ. Et respondens ille: Non est (inquit) hoc regnū celorū vt putas. Et pcedens inde aspicio multo maiore luminis gratiā:ꝛ voces cantantiū suauissimas audio:ꝛ odorē sentio pmagnificū. Et quū me intraturū sperarem.mox ductor meus gressum retorsit via qua venerā. Et nobis reuertentibus ait. Vallis quam aspexisti:locus est in quo examinantur anime differentiū cōfiteri ꝛ emēdare scelera suaq; ad mortem. Qui ꝛ tūc penitentes ꝛ confitentes de corpore exeūt:q̄ tñ oēs per misericordiam dei in die iudicij ad regnū celoꝝ perueniēt. Multos aūt an diē iudicij liberāt elemosyne ieiunia ꝛ ofones viuētiū:ꝛ precipue celebratio missarum. Puteus aūt quē vidistiz:est os gehēne:in quē qui semel inciderit nūq̄ liberabiť. Locus aūt floridus/est in quo recipiunť aīe exeūtiū a corpore cū bonis opib⁹:nō tñ tāte pfectionis vt statim mereanť in regnū celoꝝ intrare.q̄ oēs in die iudicij illud intrabūt. Quicūq; in verbo cogitatione ꝛ ope pfecti sunt: mox vt exeūt de corpe ad regū illud perueniūt ad cuius vicinia pater ille loc⁹ in quo sonū cātilene dulcis et odorē suauissimū hausisti. Ego aūt ad temp⁹ a te absceſſi:vt q̄ de te fieri deberet agnoscerē. Et quū detestaret iterū viuere in corpore:subito me viuere inter vos nescio quo ordine vidi. Hec narrabat ille nō passim oībus:sed illis tm̄ quivel eterna tormenta timēt:vel gaudia eterna cupiscunt. ¶ In vicina celle illius habitabat q̄dam monachus ꝛ presbyter sctūs noīe Englis:q̄ nūc vsq; in Hybernia insula est solitarius:vltimā etatē pane cibario ꝛ aqua fustē tans:p quē cognita facta sunt q̄ ille viderat. Rex etiam Adulfridus vir vndecūq; doctissimus /illū studiose audiebat. Qui ꝛ ipse tandē in monasterio supradicto factus est monachus. Cuius monasterij tempore illo abbas erat vir sanctus Edualdus:q̄ nūc eps est Lindisfarnēsis. Dicebať autē frater ille q̄ hec viderat Dicotelinus. Qui sepissime in flumine primo se imergebat ad restringēdū calorē corpis:ita vt etiā cruste glacierū circa eū de veste sua defluerent. Nā vestimēta humida ꝛ algida de flumine nunq̄ deponebat:donec de suo corpe deficerent ꝛ siccarenť. Cui quum diceretur quare tantā asperitatē frigoris pateret:respōdebat. Frigidora vidi ego. Et quū diceret ei quare tantā austeritatem continentie teneret. Respondebat. Austeriora ego vidi.

¶ De Theodoro/ Heraclio/ Cost. roe / Constantino et Justiniano imperatoribus. Cap. iiij.

Interfecto Mauritio

Quare psarum rex isur rexit cōtra romanum impiuꝫ

imperatore:ꝛ oī sua pgenie extincta mādato Phoce ipe Phocas de volūtate exercit⁹ ppria temeritate Romanū inuasit impiū:anno dñi.dcv.ꝛ a creatione mūdi ḡter mill°.dlxviij.vt refert Higisbertus. Bz sm̄ aliā opinionē a creatiōe mūdi ḡn ḡes mill°.dccciij. Qui impiū tenuit annis viij. Cuius anno prio Gregoriꝰ magn⁹ obijt de q̄.S. Hic aūt. Phocas vt factꝰ est impator:Leōtiā vxorē suā coronauit augustā. Cognita aūt morte Mauritij:grassanť p Romanoꝝ puincias.hinc perse:ꝛ inde Hūni. Causa ḡre rex Persaꝝ insurrexit ꝛ Romanū impiū fuit ista sm̄ Joā. de col. in historiis suis. Impante Mauritio Persaꝝ ppli seditione facta ꝛ regē suū ipm̄ ceperūt:ꝛ oculis p̄uatis carceri manciparūt. Hui⁹ regis filij Cosdroe dictus/furore ppli sui declinans/ ad Mauritium confugit impatorem:a quo benignissime est receptus:ꝛ eus paterna affectione tractauit. Insuper aliquo transacto tēpore/filiam suā vnicā noie Mariā illi dedit vxorem. deinde Romanis viribus fretꝰ:vt a quo fuerat expulsus:regnū recuperaret:potēter intrauit. Victisq; Persis regnū sibi iure debitum recepit:et annis.xxxvij.regnauit. Hic ad suggestionem vxoris baptismū suscepit. Fuitq; Romanis amicissimus q̄diu Mauritiꝰ impator vixit. Sed poq̄ pcepit Cosdroe rex Persarū socerū suū Mauritiū a Phoca pditorie occisum:abominatus est Romanoꝝ perfidiā:q̄ tam nefariū hoiem adhuc dñi sui cede cruētatum sup se regnare passi fuissent:quasi occulte societatis reos et illius sceleris conscios. Unde fines Romani imperij violēter ingressus est in res eorū deseuiēs:soceri necē vxore stimulante vlcisci desiderans. Subactis autez multis nationbus Romanis subiectis:nouissime illis bello victis/Syriam ingressus ipam cepit ꝛ Hierosolymam:vt patebit infra.

§. I. Clotarius ꝛ Theodoricus

reges Francie inter se prelio colliduntur:in quo plusq̄ .cxx. milia occisa referuntur. Theodoricꝰ tandē gloria est potitus. Et vt narrat Uincen. vbi. S. ex hystoria Francorum:hic Theodoricus rex burgūdie erat pulcher ꝛ strenuus et calidus nimis:qui per consilium auie sue Brunelchildis exercitum maximū de Burgūdia cōgregās contra Clotarium patruelem suū venit. Qō ille audiens cōmoto Francorū exercitū cōtra eū festine accessit. Conuenientesq; simul in pago Senonico sup fluuiū Aruēnaz bella cōmiserunt adinuicē. Tantaq; cedes ibi fuit de vtroq; exercitu:vt ipse alueo cadueribus hoīm repleto/aqua ipsa penitus currere non valeret pre multitudine sanguinis effusi. Ibi igiť in ipso certamine visus fuit ancelus dñi euaginato gladio sup ipsum

pplm

Uincit Clotarius.

ppłm. Clotarius aũt rex Iesum videns exercitũ suum: in fugam delapsus/secus fluuiũ Sequanã Meldunũ castrũ ingressus: exinde Parisios venit. Theodozicus autez religionem deuastans illã reuersus est cum spoliis multis. Brunechildis vero sepius peiora consilia nepoti suo Theodozico subministrabat dicens. Cur negligis ⁊ nõ requiris thesauros patris tui/ac regnũ eius de manu Theodoberti: quum certissime scias eũ nõ esse fratrẽ tuũ: q; filius est meretricis cõcubine patris tui: ⁊ in adulterio fuit natus. Quuz audisset hec Theodozicus rex acerbis vt erat moribus: exercitu plurimũ mouit cõtra Theodobertũ fratrẽ suũ germanũ: ⁊ ad Culpiacũ castrũ cõuenerũt. Illis igiẽ inter se confligentibus: Theodobert' Iesum cernẽs exercitũ in fugam conuersus est: ⁊ Coloniã ingressus est ciuitatẽ. Theodozicus autez totam terram Ribuaricensem succendit atq; vastauit. ppłs aũt illius regionis ei' ditionibus se subdũt dicẽtes. Pax nobis pijssime rex. Jam em̃ tibi subditi sum'. noli nos amplius opprimere. At ille ait. Aut adducite mihi viuũ Theodobertũ: aut caput ei' amputãtes mihi afferte: si vultis vt vobis parcã. Illi aũt id vidẽtes ipsam ciuitatem ingressi: ei alia p alijs mẽtiẽtes dixerũt. Sic mãdat frater tu'. Redde thesaurum patris tui quẽ apud te retines. Et post hec cum exercitu reuertẽ. Quibꝰ hoc mentientes dicerẽt: ille cum eis in palatiũ thesauri sui est ingressus: vbi eum vnus euaginato gladio a tergo in cerucẽ pcussit: ⁊ caput eius amputauit. Sustulerũtq; illud p murũ ciuitatis Colonie. Theodozicus aũt hoc vidẽs ipsam ciuitatẽ cõprehẽdit cũ thesauris multis. Quumq; sacramẽta ab ipsis Francoz sublimibus suscepisset in basilica sancti Gereonis martyzis: visum ei q; per cussus fuisset in latere dolose. At ille ait. Obseruate ostia. Nescio q̃s de his piuratis Ribuarijs me percussit. Quumq; renoluissent vestimẽta ei': nihil aliud repererũt nisi signuz paruulũ purpureũ. Inde reuersus est Theodozicus rex cuz spolijs multis: ⁊ cum filia Theodoberti fratris sui: simulq; cũ duobus paruulis filijs: quos Metẽsem ciuitatem aduẽniens interfecit: vbi ⁊ Brunechildis regina tũcerat. Uidẽs aũt Theodozic' rex filiã Theodoberti neptẽ suam q eẽt pulchra: voluit eã sibi copulare ad coniugiũ. Cui Brunechildis ait. Qñ accipe poteris filiã fratris tui? At ille ait. Nunq̃d non tu dixisti mihi q nõ esset frater me'? Cur inimica dei/⁊ inuentrix malorũ/⁊ authoz mortis: cur induxisti super me hoc pctm̃ vt fratrẽ ⁊ parẽtes interficerẽ? Et euaginato cultro voluit eã trãfuerberare: illa vero a circũdantibus erepta euasit. Post hec odio nimio interfectrix potionẽ venenatam p man' ministroz ei direxit. Qui nescies hũc doluz veneni ebibit illud: ac deinde deficiẽs iniquũ efflauit spm̃. Illo quoq; mortuo paruulos filios ei' p̃fata regina nequiter iugulauit: sz ⁊ minozem filiũ eius in albis elisso cerebro ad petrã interfecit. His regibus mortuis Burgundiones et Austrasij cũ Francis pace facta: Clotariũ filium Chilperici regẽ in totis tribus regnis in monarchã sup se stabilierũt. Rex igiẽ Clotarius cõmoto exercitu in Burgũdiã veniens finxit dolose quasi vellet Brunelchildẽ ad cõiugiũ copulare. Et data fide venire illa accelerat ornata cultu regali. Quiquum illam vidisset: ait. Inimica dei/cur tanta mala perpetrare voluisti: vt tam nobilem regum sobolẽ maleficijs tuis interimere nõ formidares: tantũq; nefas agere non dubitasti. Tunc adunato agmine Francoz̃ ⁊ Burgundionum: cunctus ppłs clamabat voce magna Brunechildẽ dignam esse morte turpissima. Tunc iubente Clotario rege in camelum leuata/⁊ per totum exercitum deducta est: ac deinde equoz pedibus indomitoz alligata/dissipatis mẽbris obijt ad postremum igni combusta sepulchzo caruit. Rex vero pace p circumitum facta reuersus est. Hec Brunechildis cum filio Childeberto regnum gubernans: vt ait Sigisbertus ppter insolentiam morum adeo intolerabilis erat Francis: vt merito crederetur Sibyllam vaticinatam de ea fuisse. Ueniet ait pruina de partibus Hispanie: ante cuius conspectuz gentes vel gentiũ reges peribũt. Ipsa vero calcibus equorum disrupta peribit. Que quamuis esset ita insolens: ecclesias dei honorabat. Plura etiam sanctorum cenobia fundauit: ⁊ beneficia mirandi operis construxit: vt miraculo fuerit tãta ab ea fieri potuisse. Sed ⁊ Desiderius Uiennensis epꝰ cõ filio Brunechildis huius a Theodozico rege lapidibus obzutus martyzizatur. Et sanctus Columbanus abbas a Theodozico rege prefato instinctu Brunechildis auie sue expellitur de Francia.

Theodeberto capum putak.

Rex Theodozicus veneno interficitur.

Brunechildis a Clotario turpissime necak.

Desiterius vicẽnẽsis ⁊ Colũbanꝰ martyzes.

§.II. De Heraclio imperatoze.

Quum Phocas imperatoz. vt refert Uincen. spe. histo. lib. xxiij. c. j. post Hugo. in suos crudeliter deseuiret: is quoq; Heraclij Aphzice patritij iussu perẽptus est. qui post ei' necẽ rẽpublicã sibi vẽdicauit. Heracli' ergo Romano potitus imperio est. Hic inuenit rẽpublicã valde dissolutam ⁊ attritam. Siquidẽ Europã Auares vastauerunt: ⁊ perse Asiam. Supstit aũt imperiũ Heraclij anno oct̃i. dcxij. Ab initio aũt mundi quater mil'o. dixx. vt ait Sigisbert'. sm̃ aliam computationẽ ab initio mundi q̃nquies mil'o. dccc. Hic Heraclius sm̃ Joan. de col'. impauit annis. xxx. corpore vtiq; decoz: armis strenuus: lingua erudit'. Et cui reb' bellicis deditus/⁊ mente ferocissimus esset: tamẽ fide catholicus p certo tpe: ⁊ erga seruos dei benenolus ⁊ deuotus. sed demũ in heresim incidit vt dicẽ infra. Huius imperij anno primo virtus ⁊ nomen sancti Joannis baptiste miraculis declarat apud vrbem Gallie Mauriennam de reliquijs eius mirabiliter illustratã hoc mõ. In ea mulier q̃dã sancto Joã. bap. nimis deuota/experebat a deo sibi donari aliquid de reliquijs Joan. baptiste/⁊ in hac orandi instantia per triẽniũ pseuerauit. Et quũ alter quiuis in tãta expectatione desperare posset: in hmõi ipsa spem ponẽs in loco/iurauit se non comesturã donec qõ petebat acciperet: ⁊ sic per. vij. dies ieiunans/septima tandem die desup altare ecclesie vbi erat ipsa pollicem miri candozis apparere videns: leta donum dei accepit. Ad quem adorandum tres eñi veniẽtes quum de hoc sancto pignore partem elicere vellẽt: tres sanguinis guttas ex eo stillare in linteo suppositio stupuerunt: ⁊ singuli singulas se meruisse letati sunt. ¶ Anno Heraclij quinto Palestina a Persis capitur: ⁊ sancta ciuitas in ea vsq; ad. xx. milia virorum perimuntur. Zacharias pfiarcha captiuatur. Crux sancta a Cosdroe rege Persarum asportatur. vt ait Sigisbertus. Ipse etiam vt ait Hugo: cepit Damascum ⁊ deuestauit Hierosolymã. ⁊ venerabilia loca que erant in ea conflagrauit: ⁊ populorum copias captiuauit vna cum patriarcha suo Zacharia. ⁊ preciosum crucis christi lignum quod Helena sancta Constantini mater ibi dimiserat: asportauit secuz in Persidam. Sepulchrum vero domini nunquam intrare aut violare diuina virtute permissus est. At quem misit Heraclius rogans magnis precibus vt ab illo loco discederet vsq; quo tributa definiret. Qõ ille facere noluit: sed ineffica ces ad Heraclium legatos remisit. Anno itaq; Heraclij. vj. occupauit Cosdroe totam Egyptum ⁊ Alexadriam ⁊ Lybiam atq; Carthaginem. Quod vt audiuit Heraclius: assumpsit filium suum Constantinum: ⁊ regio diademate redimirum appellauit augustum. Collecto autem armigerorum exercitu anno imperij sui decimo/ mense Aprilis/feria secunda pasche aduersus Cosdroen mouit bellum: ferens secuz sancte genitricis dei iconam que apud Byzantium est non hominis manu: sed sicut fertur diuino miraculo pictam. Et profiscens dimisit in vrbe Constantinũ filium suum cum Sergio venerabili patriarcha/⁊ Bonoso patritio sagaci viro et strenuo. Et arripiens iter per Syziam venit vsq; ad Bazotẽ ciuitatem. Quod vt comperit Cosdroes fuga vsus ante euz igne cõbussit oia fata per q̃ fugiebat. Heraclius autem deuastabat ciuitates ⁊ regiones per quas ambulabat. Tũc ordinauit Cosdroes duos p̃tozes: Sarabagã ⁊ Barbarã q̃ cũ Heraclio decertarẽt. Qõ audiẽs Heraclius militũ alis aduersus eos destinatis: ipse cum reliquo exercitu transmeauit Euphzatem: ⁊ ptransiuit Taurũ montem: peruenitq; ad omnem Saron: ⁊ obtinuit pontem cũ propugnaculis que in ipso erant. Peruenit etiam Barbaras ad eundem pontẽ: ⁊ ante eũ castrametatus est. Tunc excurrentes multi Romanorum per pontem inordinate Persis intulere cõflictũ. Qõ vidẽs Barbaras pcul a se insidijs collocatis oñdit se Romanis quasi fugiẽtẽ: ac sic multos eoz abstraxit ad insequutionẽ sui p̃ter votũ impatozis. Et subito a fuga reuersus cõtra insequẽtes impetũ cõcitauit: ⁊ multos eoz protinus pstrauit vindictã inobediẽtie sue perpessos. Multitudo denicq; barbarorũ p fluminis ripam diffusa Romanos sup pontem cum impatoze stantes acriter sagittabãt. Impator autez cũ paucis viriliter resistebat. vñ ⁊ multas in hoc plio plagas licet nulla periculosam accepit. Tũc quidã vir Persa giganteus impatorem medio pontis aggredit. Impator autem hunc lãcea trãssossum in amnis fluenta piecit. Quo ruente territi barbari in fugã sunt versi. Post quos Cosdroes misit aduersus eum alium p̃tozẽ noie Sayr: quẽ per intercessionẽ sctẽ Marie superauit. Brãdo q̃ppe vehemẽs sup eius exercitum descendit: ⁊ multos ex eis extinxit. Acies aũt christianorũ ab illa tẽpestate trãq̃lla manebat. Post hec Cosdroes acerbatis militibus pretozem sup illas Razacẽ cõtra Heraclium destinauit: quẽ ⁊ duriter cõtra Heraclium dimicantẽ dei genitricis auxilio superauit Heraclius: illũ occidens ⁊ maximam partem exercitus. Circa idẽ tẽpus in Italia Longobardorũ rex. xv. fuit Adoloaldus filius Agilulfi. Et cum eo regnauit mater sua Teudelinda annis. x.

Urbs Maurienna.

Inuente sunt reliquie sancti Joannis baptiste. Cosdroes q̃t Cosdroes vastata Palle stinado minice crucis lignuz asportat.

Heraclij ipe ratozis de Persis victorie.

§.III. Hic Cosdroes in tãtam

prozumpere ꝓteruiã ausus est: vt ab incolis vicinarũ gentiũ quos nefando suo subiugarat imperio: coli se iuberet vroeũ: et vocari regẽ regũ ⁊ dñm oñantiuz. Fecit quoq; sibi turrim argenteã: inqua inter lucentib⁹ gẽmis thronũ extruxit aureũ. Ibiq; solis quadrigaz ⁊ lune ⁊ stellarum imaginẽ collocauerat. ac ꝑ subtiles ⁊ occultos meat⁹ aquã aspergebat: vt quasi deus pluuiã desup videret infundere. Quum autẽ Syriã ⁊ Palestinã subiugasset: ⁊ eccl'ias xpi subuersis eriã ligni crucis saluatoris ytẽ quã ibi sctã Helena reliquerat asportasset: cõtra Heraclium pgẽs filius Cosdroe iurta Danubium sedit cum exercitu suo. Eandẽ adspirãte dei clemẽtia placuit vtriq; ꝓncipi vt ipsi singuli in medio fluminis ponte cõfligerent: ⁊ cui sors victoriam ferret ipse sine dãno vtriusq; exercitus imperaret. Quid plura? Pulsatus dominus ꝑcibus xpianoꝝ fideli suo Heraclio cõcessit de hoste triumphuz: tãtaq; mẽtis mutatio Cosdroe inuasit exercitũ vt spõte cuz oi familia ⁊ ple Heraclio se subderẽt tã ptãte q̃ fide. Ipse xpianissimus ꝓceps cum suo trĩ exercitu regna q̃ Cosdroes inuaserat circumquaq; perlustrans ad sedẽ ipsius puenit: sedentẽq; in trono aureo reperit. Qui quum tremefactus Heraclii salutaret: ille rñdit. Pro eo q̃ lignus sancte crucis Huis indignus honorifice tractasti. si credere volueris dño Jesu christo: ⁊ illius te seruum esse confessus fueris: regnum tibi Persarum tantum cuz patrimonio tuo ⁊ vita acceptis a te pacis obsidibus dabo: quod si nolueris mox gladio meo interibis. Quuz autẽ ille nequaq; aquiesceret extracto gladio caput eius amputauit. Suscepit igitur lignum crucis sancte: ⁊ omnes populi gaudentes cum hymnis: ⁊ cereis ⁊ canticis alij obuiam pergunt: alij subsequũtur. Quũq; impator de mõte oliueti descẽdes per portã qua dñs intrauerat qñ ad passionem veneratcum equo regio ⁊ ornamentis imperialibus intrare vellet: repente lapides portedescendentes clauserunt seinuicem et factus est paries vnus. Et quuz mirarentur attoniti et nimio meroze constrictur respicientes in altum viderunt signum crucis in celo flãmeo fulgoze splendescere. Angel⁹ quoq; domini accipiens illud manibus stetit supra portã ⁊ ait. Quando rex celo⁹ passionis sacramẽta cõpletur? venit ⁊ ꝑ hunc aditus introiuit: nõ se purpuratum nec diademate renitentez exhibuit. vel equi potentis vehiculuz requisiuit: sz humilis asselli terga insidens cultoribus suis humilitatis exẽplum reliquit. His dictis angelus cõfestim in celuz rediit. Tunc imperator gaudens visitatu angelico: depositis imperij insignibus discalciatus ꝓtinus zona linea ꝑcinctus crucẽ dñi manu suscipiens perfusus facie lachrymis oculos ad celuz erigens properabat ad mõtẽ. Illo quoq; humiliter ꝓpinquante duritia lapidum celeste sensit imperium: statimq; porta se subtrigens liberum introitum⁹ patefecit ingressuz. Odor quoq; suauissimus q̃ volitante diuinitus aura de Persarum prouincia ꝑ lõga terraruz spatia Hierosolimis fuerat illapsus: eodẽ momẽto quo de fano Cosdroe sctã crux fuerat Heraclio baiulãte egressa: tunc rediit: ꝑ pectora se gratanter infudit. Igit̃ populo dei laudante potentiã: gloriosus quoq; augustus erumpẽs in laudes ait: O crux splẽdidior astris ⁊c. Hec quũ dixisset: preciosum lignuz illud in loco suo restituit. Eo tẽpore terremotus magnus factus est de mẽse Auguste: ⁊ sequuta est clades in pplo pcussio scz scabierum ita vt nullus posset agnoscere mortem suum.

Cosdroes ab Heraclio necat.

Crucis dñice lignum Hierosolymã refertur.

§. IIII. Anno Heraclii imperatoris. xvj. inter Romanos ⁊ saracenos bellũ exortuz est hac de causa.

Nã quum q̃dam spado Heraclij imperatoris more solito togas militibus distribueret: ⁊ inter alios etiam Saracenis imperatoris stipẽdijs militantes ad accipiendas togas venirẽt: ⁊ spado illos Saracenos importune petentes aspiceret: indignans dixit. Vix sufficit imperator militibus dare togas: quãtomagis canib⁹ istis? Qõ illi audiẽtes pudore ⁊ dolore cõmoti a curia recedentes ad suos redierunt: vbi tota Saraceno⁹ gentẽ cõtra Romanum impium cõmouerunt. Qui oẽm multitudinem cõgregantes Romanorum regiones depopulari ceperunt. Quib⁹ occurrentes Heraclij duces bello victos fugarunt. Heraclius autem impator post tot ⁊ tãtas victorias ⁊ imẽsos triumphos ds diuina gra obtinuerat ei fauente ita Lyzo Alexandrino epo seductus a catholica fide aberrauerit. sm Vincen. spe. hist. ⁊ Joã. de col. ⁊ Martinũ in chron. Lapsusq; est in heresim Monothelitaꝝ: q̃ trĩ vnã naturã in christo prinaciter asseuerãt. Insup quũ esset lr̃is sufficiẽtissime instruct⁹ astrologus efficiẽtaq; diuinationibus ⁊ astroꝝ signis cepit vacare ⁊ agnoscens syderũ signis Romanorum imperiuz a populo circunciso esse vastandũ: existimans hos ꝑculdubio Judeos fore: vbiq; ꝑ totum impium mãdauit Judeos qui nollent cõuerti debere interfici. Insup per nuncios regem Francoꝝ Dagobertũ rogauit vt oẽs in suo regno Judeos fieri christianos iuberet: nolentes autem morte damnaret. Quibus Dagobertus obediuit. Quare multi eo tempore ex Judeis cõuersi sunt ad fidẽ: ⁊ multi occisi: qui scilicet nolue runt conuerti. Sed Heraclius in sua astrologia decept⁹ est sm Jo. de col. ⁊ Martin. in chron. qz nõ ad Judeos: sz ad Arabes ⁊ Saracenos: qui ex mandato illius abominabilis prophete Machomethi cucunsionẽ accipiunt: se extendit: sicut statim rei ꝓbauit euẽtus. Nã vt docẽt veterũ hist'ie ⁊ ipsuz habẽt oriẽtaliũ traditiones: Haumar filius Cathap a predicto seductore Machometho tertius erroris ⁊ regni successor: cũ infinitis Arabũ copijs Syriã ingressus: primo egregiã Philistinoꝝ vrbẽ Gazam obsessam violenter occupauit. Postmodum Damascenoꝝ fines cũ suis legionibus ⁊ infinita multitudine quã secum trahebat ingressus Damascũ ciuitatem populosissimã violenter effractam expugnauit. Hec quũ Heraclio imperatori q̃ tunc in Sicilia erat nuntiata fuissent: sciz q̃ Arabes in tantã elati superbiaz de sua multitudine presumẽtes Romanorũ fines inuaderent ⁊ prouincias sibi vendicare nõ vererẽtur: ⁊ videns q̃ vires ei nõ supperetent ad occurrendum tante multitudini: maluit sospes redire q̃ viribus imparibus bellorum dubijs casibus se ꝓmittere. Sic ergo discedente qui afflictis subditis tenebatur patrocinij prestare: Arabũ inualuit violẽtia: ita vt subito ⁊ intra modicum tẽps Laodicea Syrie vsq; i Egyptum vniuersas occupauerunt ꝓuincias. Cooperabat sane ad eoꝝ ꝓpositũ q̃ paucis ante annis Cosdroes rex Persarũ de quo supra eãdẽ Syriã violẽter ingressus vrbes diripuerat: ⁊ succenderat suburbana. Ingressi igitur Arabes terram: ⁊ habitatoribus inuentes vacuam maiorem sibi inuenerũt capiendi opportunitatẽ. Sic ergo deo amabilem Hierosolymã paribꝰ calamitatibus inuolutã cõprehẽdentes pplo q̃ illic erat modico: ⁊ sibi facto tributario vt extremis conditionib⁹ deseruirẽt pepcerũt ꝓmittẽtes eis suum habere pontificẽ: ⁊ religionẽ libere seruare christianã. Dũ aũt in eadẽ ciuitate principes supra notat⁹ Haumar mozam faceret cepit diligẽter a ciuibus pcunctari ⁊ maxime a viro Sẽpronio q̃ Modesto successerat: vbinã esset loc⁹ in q̃ tẽplũ Haumar pdñi a Tito Romano ꝓncipe cũ vrbe dirutũ fuerat. Quẽ ostẽderũt ꝑ aliqua signa vetusti opis adhuc extãtia. Ubi sumptis q̃ ad hoc sufficere possent: de signatis ad impensam arti ficibus tẽplũ reedificari cepit. Quo intra modicũ tẽpus feliciter ꝓsummato q̃le hodie Hierosolymis esse dignoscit: multis possessionib⁹ dotauit. Sicq; ciuitas deo amabilis ⁊ sanctissima: pctis hoim exigentib⁹ infidelium subiecta hostiũ ditioni iugum indebite seruitutis continuis laboribus passa est conditionib⁹ alternis ꝑ annos. cccxc. vsq; quo ꝑ occidẽtales ppl'os liberata est: sed postea ab infidelibus iterũ capta ⁊ nunc possessa. Adhuc imperãte Heraclido q̃dã Mauriti⁹ chartulari⁹ ad cui⁹ suggestionem Isatius patritius abstulerat thesauros eccl'ie: partẽ mittẽs ad imperatorem: ⁊ partẽ sibi retinẽs multis sibi adherẽtib⁹. Hic iq; a Mauriti⁹ cõspirauit cõtra Isarium volens sibi regnũ Italie acquirere. Quod quũ audisset Isati⁹: cũ multo exercitu Donũ magistrũ militũ misit Romã: ad cuius primũ aduentum oẽs q̃ Mauritiũ sequebant: eo relicto Dono magistro militũ adheserunt. Timẽs igit̃ Mauriti⁹ fugit ad ecclesiam btẽ Marie ad ꝓsepe: ex ꝓuisione q̃ violẽter extract⁹ ⁊ cathenis ligatus mittebat Rauẽnã ad Isatium qui ibi erat. Sed antecq; peruenirẽt Rauennam. xij. miliario longe ab ea iussu Isatij decollatus est Mauritius: q̃ thesauros eccl'ie auferri suggesserat. Sz ⁊ Isati⁹ q̃ hoc exequut⁹ fuerat: nõ multo post diuino iudicio pcussus iterijt: vt discãt hoc exẽplo cuncti res eccl'ie auferẽtes male fortunari. Adaloaldo rege Lõgobardoꝝ a regno electo: regnũ eoꝝ accepit Ariaoldus rex eoꝝ xvj. ⁊ regnauit annis. xij. Et Syrohys rex Persarũ creatus est: q̃ filius primogenit⁹ Cosdroe fuit. Et hic ex eo q̃ pater Cosdroes coronauerat in regẽ aliũ filiũ suũ minorem: indignat⁹ adhesit Heraclio impatori ad pugnandũ contra patrẽ. Longobardoꝝ. xvij. rex fuit Rothari⁹ annis. xvj. q̃ Arriano dogmati inhesit: vnã rex iste Rotharius volebat esse in ciuitatib⁹ suis duos epos: vnũ Arrianũ ⁊ vnũ catholicũ. Hic legũ suarũ codices scribi fecit quos edictum appellauit. A quo tpe Longobardi sine lege scripta fuerant: sed ab isto ceperunt in scriptis redigi: vñ ⁊ allegatur qñq; lex Lombarda. Et post hũc regnauit sup longobardos Rodoaldus filius Rotharij annis. v. qui fuit in ordine regũ eorum. xvij. Post quem regnauit. xviij. Aritbertus annis. ix.

Saracenoꝝ seditio.

Heraclius labitur in heresim

Longobardoꝝ regũ succes sio.

De lege lõbar da.

§. V. Anno autem. xxx. imperii

sui Heraclius de hoc seculo euocatur: sepult⁹ apud Constãtinopolim. Qui ⁊ reliquit duos filios. s. Constantinum iam grãdeuum ex prima vroze sua procreatũ: ⁊ Heracloná sm ex

secunda

Arabes infestãt Romanum im perium

Heracliona & Martina relegat; imperat Cōstās.

scōs vxore noīe Martina suscepit. Successit ergo Heraclio in imperio maior natū Cōstātinus filī eius. Ex quarto mēse postq̄ ceperat impare/dolo Martine nouerce sue ac Pyrrhi patriarche veneno sibi dato extinguitur. Quo mortuo Martina cū Heracliona filio suo inuadit imperium. Ex Cōstans Cōstantini filius fauore nobiliū sumpsit imperium & captis Martina nouerca sua q̄ patrē toxicari fecerat: ac filio eius Heraclona & Martina quidem abscissa sibi lingua Heraclone vero naso amputato vtroq̄ in exiliū misit. Cepit ergo regnare Cōstans anno dñi. dcxlviij. & imperauit annis. xxvj. Hic ad suggestionē Pauli cōstātinopolitani patriarche incidit in hereſim qua auus su⁹ Heracli⁹ fuerat infectus. Insuper & ad suggestionem ipsius Pauli hereſiarche omnes catholicos & precipue domini sacerdotes qui ei in illa pfidia nō cōsentiebāt: aut carceri mācipauit: aut exilio relegauit: aut eriā verberib⁹ vsq̄ ad mortē occidit. Qō cernēs Martinus papa q̄ tūc Romanā regebat ecclesiā: sine vllo timore cōgregato cōcilio Rome. cl. eō⁹ de consensu omnium cōdēnauit vt hereticos: Paulū patriarchā Cōstantinopolitanū: & Yrū Alexandrinū epm: & Pyrrhū vt supra dictū est. Qui imperator Cōstans hereticus demū Martinum papam in exiliū Cherſonā misit: vbi & vitā finiuit beatus. ¶ Cōstāte igit imperāte q̄ & Cōstantin⁹ dict⁹ est: nepos Heraclij anno ei⁹ imperij. x. Quinnoc⁹ filī⁹ regis Britonū claruit. Huic quū mortuo patre regnū paternū iure hereditario deberet ipse hoc recipere noluit. Sed quū a pp̄lo vt reciperet vrgeret. vij. dierū indutias petijt ad deliberandum: & accepit. Intra q̄s tempus diuino spiritu succensus: accepto baculo sub peregrino habitu relictis oībus clam fugit: atq̄ quibusdaz peregrinis qui se Romam pergere asserebant: & associauit. Quos aliquod diebus sequutus in pagū qui Pontinus dicitur applicuit. In quo loco a duce Haymone hospitio receptus est. Qui vidēs iuuenē Quinnocū elegantem ac moribus exornatū: illi filium suū quē vnicū habebat instruendum tribuit: vbi manens & semper de bono in melius p̄ficiens p̄byter ordinat⁹ est. Quūq̄ in capella predicti ducis sacerdotali officio annis. vij. functus esset: laudabiliter superno amore cōpunctus Haymonē suppliciter petijt: vt data sibi licentia secretius habitaret. Quo annuente ad locum venit qui Brachi dicebatur: in quo edificata cellula alicūdiu ibi manens cepit coruscare miraculis. Tandem post longum dei famulatum in pace quieuit. Anno Constantis. xj. ignis de celo cecidit: & timor magnus super homines irruit: pestilentiaq̄ grauissima tribus mensibus estiuis grassata est. Et a multis visi sunt angeli bonus & malus circumire ciuitatem. Et quoties iussu boni angeli malus angelus venabulo quod manu ferre videbatur: ostium cuiusq̄ domus percussisset: tot eadē domo sequenti die interibant. ¶ Per idem tempus quuz corpus beati Uedasti ad Attrebates transferretur ab Huberto epo eiusdē ciuitatis p̄sentibus Lamberto Tungrensi & Audomaro Terrauanensi: aliisq̄ epis & abbatibus Audomar⁹ q̄ senio cecus erat: dñi precib⁹ sanctorū eporum & meritis sancti Uedasti illuminatus esset: egre ferens se a ciuitate liberatum: quā pro salute sua a deo missam esse gaudebat: rursus ad preces suas lumen amisit.

Martini pape exilium.

Quinnocus claruit in britannia.

Diuus Audomarus.

§. VI. Anno Constantis. xviii.

Clodoueus rex Frācorū obijt: cui Clotharius eius filius in regno successit: annisq̄. iiij. regnat in Francia. Huius maior domus Ebroinus fuit. Abhinc Francorum regibus a solita fortitudine & sciētia degenerātib⁹ regni potētia disponebat per maiores domus: regibus solo nomine regnantibus. Quibus moris erat principari quidem secundum genus: & domi morari: vbi delicijs vacabāt corporalibus. Sed in Kalendis Maij fotis ad salutandum populuz procedebāt quo die obsequia & dona accipere & rependere solebant: & sic secū vsq̄ ad alium Maium permanere. Predicti autem Clotharij Francorum regis mater fuit Bathildis regina. Hec de transmarinis partibus deprędata redēpta est a venerabili viro Herchanoaldo: qui tunc maior domus palatiuz gubernabat. Erat autem hec mulier decora aspectu: vultu hilaris grauis incessu: pudica: sobria: prudens: humilis & gratiosa adeoq̄ placuit dicto principi qui ipsam redemerat & omnibus de familia eius: vt mortua vxore sua eam voluerit ducere in vxorem. Que quum vocaretur ad cubiculum principis se abscondit in angulo domus. Ea igitur non inuenta: princeps aliam duxit vxorem. Postea vero deo volente facta est vxor Clodouei regis filij Dagoberti: & merito / erat enī & ipsa de sanguine regio. Hec regina venerabilis primo pestem simoniacam a Francia extirpauit: & impias exactiones cessare fecit: que adeo grauabant populum / vt multi potius mori quam viuere optarent. Hec religiosa femina multa monasteria in Francia construxit. Faciebat preterea multa bona ecclesijs: sed & pauperibus necessaria ministrabat p manus Benesij abbatis viri sanctissimi: quez sibi mulier p̄u dentissima in hoc opus assumpserat. Hic postea factus est episcop⁹ Lugduni. Et ipsa (mortuo viro) desideratū meruit implere propositum. Nam statim illo sepulto ad monasteriū Chala: q̄ ipsa construxerat in pago Parisiēsi se transtulit: ibiq̄ habitum sancte religionis assumpsit: vbi degens in officio coquine sicut alie sorores ministrabat humiliter. Ibiq̄ plena bonis operib⁹ quieuit in pace. ¶ Interea Constans imperator qui & Constantinus dictus est: audiēs Italiā a Longobardis possideri: volens iterū suo iungere imperio: magnis aduatis copijs egressus ab vrbe regia venit Athenas: inde mare transiens fines Beneuentanorum intrauit. Cui Grimoaldus dux qui in ciuitate illa p̄cipabatur occurrens: bello exercitū imperatoris victum in fugā egit. Itaq̄ cernēs Augustus q̄ nihil cōtra Lōgobardos p̄ficere posset: Romā diuertit. Cui vsq̄ ab vrbe miliario Uitalianus papa q̄ Eugenio successerat (vt. s. dictū est) occurrit: eumq̄ ad bti Petri limina p̄duxit. Et quū in vrbe iam p. xij. dies resedisset: magna tractus cupiditate varia ornamētorum gñā ex here & marmore: quibus ciuitas Romana decorabat: in Tyberim verit: vt illa Cōstātinopolim trāsferri faceret. Inter q̄ basilicā btē Marie q̄ Pātheon p̄ius dicebat: ereis et deauratis regulis coopertā discooperuit. A Roma exinde digressus pergens in Siciliā ibi a suis i balneo occisus est. Ecce fructⁿ expoliationis & predationis ecclesiarū. Eo aurē mortuo milites assumētes Maxentium quendā q̄ & Mazezes ō⁹ ex ducib⁹ sibi imperatorē crearūt. Qui postq̄ ab omnibus exercitibus q̄ erant in Sicilia salutatus est imperator: & in verba sua iurauerunt. imperialia signa suscepit.

Bathildis Frācorū regina.

Cōstātis imperatoris sacrilegiū ꝛcedes.

§. VII. Occiso igitur Constāti

qui & Cōstātinus eriā est nūcupat⁹: Filī⁹ eius. xxiij. in orientē imperator: q̄ & Constātin⁹ dictus est: apud Cōstantinopolim suscepit imperiū. Cepit aūt imperare anno dñi. dclxx. et imperauit annis. xvij. Hinc in Siciliam nauigauit ibiq̄ veniens habito conflictu cum Maxentio: ip̄m vicit atq̄ occidit. Quo mortuo oēs q̄ in mortē patris cōiurauerant interfecit. Et hoc facto statim ad cōfirmandū imperiū Cōstātino polim rediit. Eo aūt recedēte a Sicilia: Saraceni iteruz ad insulā illius nauigātes ciuitatē Syracusanā diu obsidione vallatā ceperunt: oībusq̄ habitatoribus aut gladio occisis aut captiuitatis quicq̄d erat in ciuitate diuiciarum asportā tes secū ad naues detulerūt. Erāt enī adhuc ibi oīa illa p̄ciosa que Cōstans ab vrbe Roma abstulerat: que oīa Saraceni Alexādriā detulerūt/Cōstātin⁹ aūt imperator postq̄ oia scōm suā volūtatē Cōstantinopoli disposuisset: sapienti vsus cōsilio primo cū gēte Arabū: q̄ iā totā Syriā occupauerant: pacem fecit: deinde cū gente Bulgarorum pacē & cōcordiā firmauit. Quūq̄ iā oīa in toto impio pacificasset: vt pote vir fide catholic⁹ atq̄ modestus: oēs qui a patre Constante vel proauo Heraclio/ob fidē catholicā expositi fuerant: renouauit. atq̄ in pristino statu restituit. Exinde oēs eccl'ias que tēporibus retroactis dirute fuerāt: restauruit. Idē Cōstātin⁹ imperator creato Agathone papa de quo supra statim imperiales lras ad papā destinauit: vt suos nūtios Constantinopolim mitteret. Quo facto: ipse imperator deo amabilis ex toto orīēte epos catholicos Cōstantinopolim conuocauit ad concilium contra Monothelitas satagens eorum hereticas opiniones subuertere. Et hec fuit sancta sexta synodus vniuersalis. cclxxxix. epoꝝ: de qua ō⁹ dis. xvj. sexta synod⁹. Hec synodus declarauit & ostendit ex sacris literis duas in christo esse naturas. s. diuinā & humanā condēnans hereticos illos q̄ asserebāt tantū in christo vnā naturā: volūtatez & operationem. Papa aūt Agathon: senio grauatus illuc ire non poterat: misit ex latere suo legatos consiliū approbans scz Joānē Portuēsem. & Joannē Regitanū: & Habundantium Panenensem epos: Theodorū & Georgiū p̄byteros. Joannē diaconū: & Cōstātinū subdiaconū. Et cū ipis religiosos dei seruos monachos in omni studio & scientia eruditos. Qui nauigio venientes ad vrbē regiā: cum maximo honore suscepti sunt a religioso principe. Igit̄ quenientes ex mandato principis in eccl'ia beati Petri augusto p̄sente & residente cū legatis apostolice sedis vna cum Georgio al's Gregorio Cōstantinopolitano epo: & Machario antiocheno episcopo: epis qui ad consilium venerant: vna cū sacerdotibus Constātinopolitane vrbis & oi clero: necnon & monachis. Primo impator adhortat⁹ est eos: vt sine tumultu & clamore vitātes philosophicas assertiones: ac pura sanctorum patrum scripta sequētes: fidei veritatem declararent. Post multas aūt vtriusq̄ ptis altercationes ventū est ad scrōs patrū codices. Et vt veritatis lumē appareret: introducti sunt scrōs

Sexta synod⁹ vniuersalis.

ac venerabilium doctorum codices: scz Joā. Chrisō. Cyrilli. Athanasij: Basilij: Gregorij: Dionysij: Hilarij: Ambrosij: Augustini ⁊ Leonis pape: qui duas naturas ⁊ voluntates ⁊ operationes in Christo esse asserunt. Postea synodica epistola pape Agathonis recitata est: q̄ patrū horrōdicta habebat inserta. In qua synodica epistola ⁊ epi occidentaliū regionuz se subscripserāt. cxx. Interrogatus igitur Macharij pfiarcha Antiochenus an eā fidē quā docet apostolica Romana sedes amplecteretur iuxta scripta pape Agathonis et sanctorum venerabiliuz patrū: fidit se scripto velle respōdere que sibi videbant. Cūc Georgij pfiarcha constātinopolitanus die illa pfessus est duas in christo naturas: voluntates: ⁊ operationes se credere ⁊ predicare sicut aplica sedes Romana tenet ⁊ pdicat. Deinde cōsiliū anathematizauit eos q̄ vnam naturā voluntatē ⁊ operationē in christo esse docebāt. Et cōmonuit Macharium cū adherentib⁹ suis vt quid sentiret exprimeret. Qui rūdit se in ea fide seu poti⁹ pfidia quā ppofuerat perduraret: ⁊ nullaten⁹ orthodoxe fidei velle acquiescere. Quo audito de mādato principis cū authoritate sacri consilij depositus est Macharius hereticꝰ de throno suo: atq; vt hereticꝰ ⁊ excōicat⁹ extra synodū cū paucis sibi adherētib⁹ est eiect⁹. Quo expulso: statim in medio consilij tela aranearum nigerrima in medium ppli cecidit: adeo vt oēs mirarentur ⁊ dicerēt q̄ sordes heresum expulse sunt. ⁊ ita deo auxiliante due ecclesie in vera fidei assertione vnite sunt Grecorum ⁊ Latinorū sub hoc pyssimo principe. Macharij aūt iussu principis cū fautorib⁹ ei in exiliū Romā deiecti sunt. Soluto igitur cōsilio tantā gram oīpotēs de⁹ dedit legatis aplice sedis in conspectu Grecorū pploquij: vt in regia vrbe Joānes cardinalis portuēsis eps in die sancto pasche missam in ecclesia sctē Sophie coā principe ⁊ patriarchis ⁊ toto pplo latine cātaret: ⁊ vnanimiter laudes pyssimi principis latinis vocibus acclamarēt. ¶ Sub isto Agathone papa luna eclipsim passa est mense Junij. die. xvij. Quā eclipsim sequuta est in vrbe Roma mortalitas grauissima: qualis nulla maior Rome memoratur: adeo vt patres cū filijs ⁊ sororib⁹ simul efferrētur. Hec em̄ prio intra ipsas vrbē grassata est: postea per suburbana: castra se diffundēs magnū pplm absumpsit. Sub q̄ etiam ⁊ ipse pius pastor defunctus est. ¶ Cepore hui⁹ Cōstātini Longobardorum rex xx. fuit Būdibertus q̄ regnauit anno vno mēsib⁹ trib⁹. Hic cū fratre suo Bertario q̄ Mediolanū tenebat contendens: Grimoaldū Beneuētanoꝝ ducem cū exercitu suo acciuit: a quo paulo post interfectus est: ⁊ Bertari⁹ in Pannoniā fugit. Grimoaldus vero regnum occupauit Longobardorum xxx. regnās annis. ix. Qui Beneuenti moritur obvenenum. Post quem regnauit. xvij. Garintholdus filius eius mensibus tribus. Post regnauit. xvij. Pertharitus solus annis x. ¶ Imperante Constantino prefato Balinic⁹ architectus ab Heliopoli Syrie ad romanos confugit. Hic Balinicus vt ferunt: ignem marinū inuenit: quo vsi romani exercitus q̄ cū Saracenis tūc bellū gerebāt: saracenorū naues pbusserunt: ⁊ ita multis occisis captis atq; submersis victoria potiti sunt: nihilominus prudens princeps cum eis. in. xxx. annos pacē firmauit: eo pacto vt saraceni imperatori tria milia librarū auri annuatim soluāt. Insup q̄nquaginta captiuos nobiles redderent: ⁊ eq̄s nobiles quinq̄ginta singulis annis in tributū darēt. Necessitas aūt cōponēdi pacē cū illis post tāta victoriā hec fuit. Nā gens Bulgarorū eo tpe a Scythia egressa/ duce Bathaia. Erachias depopulabatur. Quib⁹ imp̄tonse Cōstantini exercit⁹ occurrēs turpiter victus atq; fugatus est. Post quā victoriā adeo eoꝝ inualuit incursus vt imperator coactus sit illis pace firmata annua pacta psoluere. Ex illo tpe cepit regnū Bulgarorū: quoꝝ primus fuit Bethalas. Huic vt scribit Uincē. vbi. s. annotant xx. annū. Post hunc regnauit Berbellis: cui adscribunt anni. xxvj. Cardamus. xxix. Chunn⁹ ann. xij. In q̄ finit huius regni narratio. Hi fuerūt primo infideles: ⁊ in pcessu tpis cōuersi sunt ad fidē. Et cōstātin⁹ prefatus mortuus est. cui successit Justinianus. xxij. in oriente imperator.

heresis Bono thelitarū exortaq; per cōsiliū.

magna pestilētia Rome.

Rex lō gobardorum.

Qui pōmus in uenit ignem marinū

Bulgaria scythia:

Initiū regni bulgariorum

Justinianus se cūdus.

Gōsiliū Cōstātinopoli congregatum.

Sergij pape in hostem pietas.

redit ad longobardorum hystoriā.

Capit iustinianus imperator a Leontio.

§. VIII. Defuncto itaq; Cōstantino orthodoxo augusto: filius eius Justinianus scōs imperiū sumpsit: anno dñi. dclxxvj. Mūdi vero quater millesimo. dcxlix. Sed ⁊m aliā ppurationē quinquies millesimo octingētesimoquinto. ⁊ impauit iste annis. x. Erat aūt etatis annoꝝ. xvij. quū imperare cepisset. Et iuuenili impetu audax: pacē quā pr̄ ei⁹ Cōstātin⁹ fecerat cū Abimelech Arabū principe in detrimentū ⁊ dānū reipublice soluit. Insup ⁊ pacē cū Bulgaris turbans: ola q̄ a pr̄e suo viro vtiq; strenuo ordinata fuerāt ad pacē dissoluit. Quare non modicū suū pturbauit imperiū. Nā barbare nationes ceperūt vndiq; Romanas infestare prouincias: ꝫ q̄s impator pgregatis copijs viriliter satis occurebat obus: ⁊ stratas iniurias arrociter vindicabat. Primo igit̄ gentem Sclauorum magis sibi vicinā: q̄ eius imperio se rebellauerat: multis pliis victā domuit. Sed quū inde cū victoria reuerteret: Bulgari in itinere illi insidias tēdūt: atq; in loco ad hoc idoneo exercitū ei⁹ subito vndiq; aggredientes cōcludūt. Quiq; arcubus ⁊ spiculis vndiq; illos ex alto appeterēt: nec imperatoris exercit⁹ ad illos valeret accedere: multi interficiebāt. Ipse aūt consilio principū q̄ illū in ista expeditione sequuti fuerant vsus: fortissimorū suorū circundatus cuneo: quum aliter euadēdi nulla daret occasio: eruptione facta in medū hostiū se pricies: ac ferro viā sibi ⁊ suis aperies: q̄uis graui vulnere ictus multisq; suorū amissis tñ euasit. Rediens igitur Cōstātinopolim Stephanum quēdā Persam genere virū vtiq; pessimū ⁊ crudelē suū sacellariū cōstituit: cuius cōsilio pene cūcta gerebat cuius prauo vsus cōsilio: ⁊ insania crudelitatis accēsus sibi subditos intolerabiliter affligebat. Anno autem. ix. imperij sui Justinianus iste malorum deprauat⁹ pōsilio sextā sanctā synodū: quā prius p lras suas pape pmiserat illibatā seruatā: infringere nisus est. Quam ob cām apud regiā vrbē mādauit congregari pōsilium: in quo hereticorū fautores errores suos iterū asserentes publicauerunt. In quo etiā legati apostolice sedis q̄s Sergius papa illuc miserat decepti decreto illorū subscripserūt. Igitur scripta fidei perfide in dicto cōsilio a tribus patriarchis: scz Constātinopolitano Antiocheno ⁊ Alexandrino q̄ illuc venerāt: atq; imperiali manu confirmata Sergio pape destinarunt: vt ipse tanq̄ oīm caput fideliū pastor sua authoritate cōfirmaret. Sed ipse solertissim⁹ pontifex postq̄ vidit in scriptura catholica temeratā fidē: nullaten⁹ acquieuit: nec scripturam pandere in clero vllo modo passus est: sed ipsas tanq̄ inualidā respuit ⁊ abiecit: eligens poti⁹ mori quā talibus errorib⁹ assentire. Ob quū impator cōperit: magno furore succēsus in cōtumeliā summi pontificis Sergium magistrianū Romam direxerit: mandans vt Joā. Portuēsem eps ⁊ Bonifaciū apostolice sedis cōsiliarios Constantinopolim deduceret. Nec multo post spatariū zachariam cum mandatis ad vrbē Romā direxit: vt Sergiū summū pontificem deo amabilem in vrbe regiā deportaret. Quumq; sceleris minister Romā aduenisset: exercitus/clerus/populusq; Romanus subito cōtra eū mot⁹ est: eligentes pri⁹ mori quam eorum pōtifex in vrbe regiā deportaret. Tanta itaq; cōmotio ⁊ seditio illa die in vrbe facta est: vt protospatarius zacharias territ⁹ ac timens ne a turba occideret: in ipm beati pōtificis cubiculū aufugeret tremebundus: cū lachrymis deprecans vt pōtifex sui misereret. Quē pius pōtifex cōfortauit dicēs. Ne timeas fili: q̄ p hoc nihil mali patieris. Itaq; egressus foras clamātiū in montē zacharie potentium aim suo respōso leniuit. Sed ⁊ dict⁹ Justinianus qui hec oīa cō mouerat: nō impunit⁹ euasit. Nam Leo siue Leontius patritius vir potēs ⁊ magn⁹ multis sibi adherentibus contra imperatorē cōspirauit Justinianū. Cui⁹ etiā cōspirationi fauebat patriarcha Cōstantinopolitan⁹ Galinic⁹ nomine. Eo tpe quū Pertaris qui ⁊ Pertharit⁹ regnasset in Longobardis annis. viij. cōsortē regni fecit filiū suū Cunipertū noīe. Regnauitq; cū illo annis. x. Qui fuit. xxiij. rex. Prius aūt ipse Justinian⁹ q̄ exilio traderetur recepta Aphrica quam Egyptij occupauerant: cū illis pacē firmauit. Longobardorum rex. xxv. fuit Limpert⁹ q̄ ⁊ Linthyperthus Cuniperti filius puer. Cui pr̄ Ansprādum tutorem dederat: ⁊ regnauit mēsibus. viij. Laimpert⁹ Guidoperi filij (al's Regūbertus vel Regimbert⁹) Ansprādum superat: ⁊ Longobardorum regnū inuadit: ⁊ eodē anno moritur: q̄. xxvj. fuit Cōgobardorum xxvij. Aritpert⁹ Regimperti filius. xj. annis regnauit. Igit̄ captata opportunitate quum impator q̄busdā emergētibus causis absens esset. Leo seu Leonti⁹ facta in vrbe seditione ret carceres aperuit: atq; obus tā nobilib⁹ q̄ aliis inde eductis oēs sibi cōiunxit: ⁊ marie nobiles q̄s Justinian⁹ diuersis causis illic māciparat. Quo facto magno iam sibi exercitu pparato: imperatorē Justinianū aggress⁹ cepit: ⁊ captū amputatis sibi naribus turpiter satis apud Cherſonesum tpm exilio relegauit: augustalē ipse sibi accipiēs dignitatem.

§. IX. Leōtius igitur siue Leo oīm cōsensu fact⁹ impator p vsurpationē tñ. xxv. in oriente apud Cōstātinopolim strenue satis imperium gubernabat. Quiq; iā oēs suo obedirēt impio: Arabes quorum vnium deo pmittēte iā lōge lateq; diffusum erat p oriētē: cēpit Aphricam infestare ceperūt. Ob quū impator Leontius cōperit: illico cū magnis copijs direxit cōtra illos Joannē patritium. Qui quū Carthaginē applicuisset: in primo aduentu prelio. cū eis habito cōuertit in fugā. Quibus expulsis ibidē hyema uit.

mauit. Sed Arabes ad propria redeũtes maiori exercitu cõgregato denuo Aphricã repetũt: exposito in terrã exercitu multitudine freti oĩa circunquaq; deuastãt. Joannes autez patriti⁹ quũ ꝓpter hostiũ multitudinẽ suoruq; paucitatem illis non esset ausus occurrere: dimisso in Aphrica exercitu Cõstantinopolim ad imperatorẽ remeauit: ⁊ suas augeri copias petijt. Interea quũ imperator de augendo Aphricano exercitu cum Joãne patritio tractaret: exercit⁹ qui in Aphrica remãserat subito Apsimarũ quẽdã imperatorẽ creauerũt q̃ ab eis Tyberi⁹ noiat⁹ est. Qui statiz vt impator ab illis salutat⁹ est: antecꝫ nũtia de sua creatione Cõstantinopolim puenirẽt: iposito exercito in nauib⁹ ad Cõstantinopolim nauigauit: subitoq; vrbẽ ingressus Leontiũ i palatio nihil tale meditãtẽ cepit: mastoq; illi precisso i exiliũ relegauit. Quo facto volũtate oĩm imperiũ. vij. annis tenuit: quũ Leontius predict⁹ tantũ duob⁹ annis impauerit. Inter hec iustinianus adhuc in Cherssoneso exul detinebat. Quũq; inter ciues aliq̃ serio aliq̃ ioco diceret se aliq̃ adhuc imperium recuperaturũ: incole loci illi⁹ volẽtes imperatori Tyberio placere verba Justiniani sepe per nuntios significabãt. Quibus ille adhibebat aures: timẽs ne ob prĩs sui Cõstantini: q̃ nimiuz fuerat dilect⁹ a ppl'o: aliq̃ illi restitueret imperiũ: vñ inter suos deliberauit Justinianum occidere. Quumq; hoc quibusdam satellitibus iã cõmisisset: vt in Cherssonesum ꝓperãtes Justinianũ quondã imperatorẽ iugulareꝝ: quidã ex eis premio inductus Justiniano oĩa intimauit. Qõ postꝫ comperit Justinianus: valde sibi timẽs: multis promissionibus allectis custodib⁹ claz e Cherssoneso egressus ad Langanuz (al's Calanũ) turcorũ principẽ fugit. A quo honorifice valde suscept⁹ sororẽ suã ei in vxorẽ dedit. Deinde Trebellũ regẽ Bulgarie adijt: cũ quo amicitia firmata: ad recuperandum paternũ regnũ ips magnis copijs iuuare ꝓmisit. Igit Justinian⁹ magnis copijs Turcorũ ⁊ Bulgaroz auxilijs fult⁹ cũ instructo exercitu harũ nationũ Cõstãtinopolim venit. Quumq; ciuitati appropinquaret: plures ex imperij principib⁹ relicto Tyberio ei cõiuncti sunt. Vñ absq; bello ciuitate potitus Tyberium q̃ ⁊ Apsimarus dicebatur: cepit: quez cũ ipso Leontio q̃ illũ ab arce imperij eiecerat: in conspectu populi abstractos iugulari precepit. Insup ⁊ Ballimcum patriarchã q̃ illis cõtra Justinianũ fauerat excecatũ exilio relegauit. Tantãq; postea in aduersarios vltionem exercuit: vt ex ijs qui cedi supererant: quos carcer tenebat inclusos: quoties sibi a naso (quẽ sibi Leonti⁹ absciderat) efluentem rheumatis guttã detergeret: aliquẽ ex ijs q̃ cõtra eũ cõspirauerunt: iugulari preciperet. Resumsit aũt imperiũ Justinianus anno dñi. dccvj. ⁊ imperauit scõo annis. vij. Presidente aũt in põtificali cathedra Joãne. vij. Justinianus prefatus electis tyrãnis ⁊ occisis postꝫ paternũ recuperauit imperiũ ilico diuino spũ cõpunctus: duos nuntios honorabiles ad Joannem papam misit: ⁊ p illos sacrã eplam per quã prefatum coniurauit pontificem atq; exhortatus est vt cõgregato eporum catholicorum cõsilio quicquid circa orthodoxam fidem visum esset ei stabiliret: atq; diligenter perquireret tomos scriptos quos prauo consilio ductus ad ipsum cũ fide sua Romam miserat: ac pro voluntate sua corrigeret: ⁊ emendaret: ⁊ malescripta contra orthodoxaz fidem authoritate apostolica cassaret. Sed hic humana fragilitate timidus illo nequaq; emendans remisit ad principem. Eo autem Joanne pontifice non multo post defuncto: creatus est papa Constantinus. Qõ quũ audisset Justinianus: imperialem literam misit: supplicans vt dignaret psonaliter ad vrbem regiam accedere. Qui pontifex supplicationibus augusti acquiescens: cum decẽte comitatu cleri nauigio Constantinopolim properauit. Quũ aut̃ septimo miliario Constantinopolim propinquaret: occurrit ei Tyberius filius Justiniani prefati imperatoris cũ patritijs ⁊ oĩbus ciuitatis nobilib⁹: ⁊ cũ reuerentia magna eum in vrbẽ introduxerunt. Qui põtifex Romanꝰ ingressus est cum ijs insignijs quibus consueuit Rome pcedere. Justinian⁹ aũt qui tunc in ciuitate Nicea erat: audito ei⁹ aduentu immenso gaudio est repletus. Et quũ veniret ad eum papa: hoc audiens occurrit ei Nicomedie. Ubi aũt se adinuicẽ viderunt: august⁹ imperialibus ornamentis insignitus sese in terrã prostrauit ante pontificem: ⁊ pedes eius osculat⁹ est. Et eis in amplexus mutuos corruẽtibus facta est leticia magna in populo. Et oñica sequenti celebrauit solenniter missam summus pontifex Romanus: de cuius manibus imperator sacrã cõmunionẽ accepit: supplicans vt pro suis delictis oñm exoraret. Tunc imperator postulante pontifice oĩa priuilegia concessa ecclesie a principibus priorib⁹ reuocauit. Quibus oĩbus cõpletis papa reuersus est Romã: ⁊ cum magno gaudio recept⁹.

¶ Justinianus aũt augustus quuz recuperato imperio oĩa sibi ad vorũ succederent subactisq; rebellibus pacifice administraret imperiũ: attamẽ memor iniuriarũ quas a ciuibus Cherssonensi (quũ esset ibi in exilio) receperat: ⁊ indigne ferẽs q̃ tam inhumane tractat⁹ ab illis fuisset: missso copioso exercitu ciuitatẽ illã cũ ciuibus eius ⁊ adiacẽte regione mãdauit euerti. Huius aũt immanis edicti extitit exequtor quidã patriti⁹ noie Mauriti⁹. Qui ad locũ cũ exercitu veniẽs oẽs penes ciues gladio peremit: quosdã aũt exilio relegauit. Triduũ vero ciuitatis illius principẽ/cũ quadraginta alijs nobilibus ferro vinctos ad imperatorez destinauit. Alios vero septẽ ex primorib⁹ Cherssone qui forte imperatorẽ magis offenderãt in verubus ligneis applicatos igni assari fecit. Rediens vero a Cherneso imperatoris exercit⁹ naufragiũ in mari pertulit: oẽsq; fere perierũt: pauciq; ex lxxiij. milibus hoĩm euaserũt. Justinian⁹ aũt audito suoruz casu necdũ de iniurijs satisfactũ putãs si nomen illius ciuitatis supereſſet in terra: alium misit exercitũ: mãdãs vt oẽs qui in ciuitate illa resideraẽt vsq; ad innoxã eratẽ occiderẽtur. Ipsamq; ciuitatẽ igne succensam mandauit euerti. Hec quum ciues qui ibi erant presensissent: Philippicus quendam virum valde nobilem: ac imperiali aule notissimuz qui illic exulabat: constituunt sibi ducem. Qui aduenienti exercitui obuiam procedens: prece ⁊ precio ac promissionibus id egit: vt omnes vna voce illum imperatorem salutarent. Factus igitur ab exercitu Philippicus imperator: statim cum eo exercitu ad vrbẽ regiã regressus illam sine bello recepit. Et postꝫ vrbẽ intrauit: Justinianũ cum filio suo Tyberio iugulari mandauit. Quib⁹ occisis ipso cogente exercitu ornamenta imperialia suscepit: anno dñi. dccxij. qui ⁊ imperauit annis duobus. Iste etiam Justinian⁹ imperator ex eo q̃ felix quẽ Cõstãtin⁹ papa fecerat archiepiscopum Rauẽnatem: sm priorũ suorũ morẽ solitam nõ miserat cautionez ad papam: per potentiam iudicium expetens: misit imperator contra Rauennates elatos in superbiã Theodorus patriciũ cũ classe. Qui capiẽtes Felicẽ archiepiscopum arrogantem eũ in nauiuinxerunt: et excecatũ i exiliũ miserũt. Oẽsq; rebelles cõpedibus adstrictos diuitijs eorũ ablatis Cõstãtinopolim misit: q̃s capitali sniã dãnauit ꝓpter rebellionem.

Philippicus iustiniano Tyberio iugulatis: creatur imperator

¶ De Machumete ⁊ malitijs eius. Capm. v.

machomet q̃ ⁊ Mahumetes.

Inter ea tempora scilicet imperãte Heraclio: Machometus ille primogenitus sathane legẽ illam Saracenorum immo perfidiam porcinam ⁊ plus quã epicuream spargere cepit: circa annũ dñi. dcxl. Cui⁹ doctrina pestilẽs ⁊ dissemināt⁹ languor plurimas prouincias occupauit vt exhortationibus predicatiõe iusuper gladio ⁊ violentia in suũ errorẽ populos cõpelleret etiam inuitos. Nec mirũ si a tot populis lex illa perfidie plena recepta est: quũ ea doceat que plena sunt voluptatib⁹ atq; hoĩes qui cõmuniter sensualitatẽ sequuntur sunt inclinati ⁊ dediti: ⁊ paruz vel nihil vacent scientijs ⁊ philosophie saltẽ morali: nec doceri possunt vt errores sue legis ex rationibus clare perpendant: quum maledict⁹ ille Machometus spiritu diabolico quo plenus erat mandauerit in ipsa lege: vt si q̃s aliud predicaret vel diceret cõtra eam: sine audientia occidatur: ⁊ sic permanent in phidia sine predicante. Et vt dicit Joã. de col. post Vinc. in specu. hist. lib. xxiij. Fuit hic Machomet⁹ magus pessimus: ⁊ omni falacia plenus: de gñe Ysmael Qui a primeua etate quum esset marcator: cum camelis suis frequenter in egyptum pergebat ⁊ Palestinam: in quibus locis cum iudeis ⁊ christianis conuersatur vetus ⁊ nouum testamentuz in magna parte didicit ab eis. Quumq; ꝓpter diuersa mercimonia huc atq; illuc discurreret: in prouinciã Horozaniã pfectus est: vbi cũ quadã muliere ditissima familiariter contrahens: demũ suis incantationibus ⁊ prestigijs ipsam mulierẽ in vxorem accepit: credentem ipsum esse messiam quẽ Judei expectant. Qua opinione decepti multi ex Judeis ⁊ Saracenis ei adheserunt quibus nouas leges cepit fingere: aliqua ex veteri aliqua ex nouo testamento assumẽs: asserẽs suis mendacijs se prophetã esse a deo missum pro salute hoĩm: vt legẽ que Judeis ⁊ eam que christianis data esset: q̃ nimis rigida erat tẽperaret. Et vt ad instar Moysi iussionibus suis quedam viderentur attestari prodigia: conuocauit populum sibi credentem vt legem in prodigijs ⁊ signis missam eis daret. Omnibus autem congregatis: quum populum alloqueretur: columba alba que in vicino erat: ad id fallaciter edocta super humerum eius aduolans stabat: ⁊ in eius aure iuxta morem solitum grana ibi reposita accipiebat: seu hoc opere diaboli appareret quasi illi legem spiritussanctus suggerere videretur. Ordinauerat aũt (q̃d peius est) q̃ si quis ei in his maleficijs ⁊ mẽdacijs contradiceret vel reprehenderet per se vel aliũm: prodi torie occideretur. Qui etiam tale dedec⁹ in scriptura sua fa

Justiniani in imperium restituti dira in cõiuratos seuitia.

Cõstãtinus papa Constãtinopolim venit.

cere non erubuit: vt assereret datum sibi a deo renib⁹ suis quinquaginta viros in coitu potentissimos libidinis fortitudine coequare. Multa alia obscena ⁊ turpia in libro suo reposuit. Unde nulli vnq̄ viro prudenti ⁊ mediocriter docto scriptura illa miserrima placuit: ꝛ imperitissimis viris ⁊ sylvestrib⁹. Quisq̄ hic Machometus vino ⁊ vētri dedit⁹ morbum caducum incurrisset: vnde elisus cadebat in terrā: vxor eius hoc aduertēs plurimum tristabatur q̄ tali viro nupsisset. Volens ipse illam placare dolos inueniens assere bat sibi tunc angelum Gabrielem loqui: ⁊ q̄ non poterat eius splendorem sufferre: ideo cadebat in terram. Alij vero dicunt vt refert Jacobus de voragine in legendis q̄ fuit q̄dam monachus noīe Sergius: qui Machometum instruxit de lege illa ab eo conficta. Hic em̄ Sergius monachus quū in errorem incidisset Nestorij: expulsus fuit a monachis de monasterio suo ꝓpter errorem suum: qui in Arabiā venit. Uel ꝑm alios dicitur q̄ fuit quidā archidiaconus in partibus Antiochie degēs q̄ fuit Jacobita: qui scz Jacobite circūcisionem predicārt ⁊ christū hoīem tm̄ fuisse nō deum affirmant: sed iustū ⁊ sanctum ⁊ de spiritu sancto conceptū ⁊ de virgine natum. Que oīa Saraceni credūt. Sed negant ipsum passum ⁊ mortuum: dicentes: q̄ quum Judei voluerunt eum capere: ceperūt aliū loco eius sibi similem quem cruci affixerunt: christus vero ascendit ad celū. Machometus iste vtroq̄ parente orbat⁹ sub patrui sui cura pueritie annos agebat: multoq̄ tēpore cum vniuersa gēte sua Arabum idolorum cultui deseruiuit. quēadmodū in Alchozano suo testatur deum sibi dixisse. Orphanus fuisti ⁊ suscepi te. Jn errore idololatrie diu manssisti: ⁊ inde eduxi te. Pauper eras: ⁊ locupletaui te. Et q̄ vniuersa gens Arabum cum Machometo Uenerem ꝑ deo colebat: hinc est q̄ Saraceni in magna veneratione habent diē Ueneris: sicut Judei sabbatū: ⁊ christiani diē dominicū. Machometus igit̄ predicte vidue quā in vxorē duxit locupletat⁹ diuitijs: ⁊ pluribus sibi adherētibus: quū regnū Arabū sibi vsurpare quereret: videns se per violentiā hoc assequi nō posse: maxime quū a cōtribulib⁹ suis q̄ eo nobiliores erant despiceret: ꝑ phetam dei se finxit maximū: vt quos subiugare non valebat ꝑ potentiā: saltē ꝑ simulatā attraheret sanctitatē. Predicti igit̄ viri Sergij valde callidi cōsilijs adherebat: ipmq̄ absconsum tenens ab eo que hauriebat populo referens ab angelo Gabriele se habuisse testabatur. Et sic prophetā dei se simulans illius regionis obtinuit principatū: oēs suasione vel gladij timore ad se venerandū ⁊ legē suā seruandā illius patrie coegit. Et q̄ monachus erat ille Sergius constituit: ordinauit vt Saraceni monachali quasi habitu vterentur: scz cuculla sine capitio. Et ad instar monachorum multas genuflexiones fieri dictim in sua lege mādauit ab oībus: statuens vt sui orarent ad meridiem versi. Multas leges eis instituit: quas Saraceni adhuc seruant: vt de frequenti sui lotione ad similitudinē Judeorum: ⁊ ꝑcipue quū debent orare: lauantes non manus ⁊ brachia ⁊ os sed q̄ turpe est dicere etiā verēda: quasi deus velit ab homine tantū munditiā corporis: non cordis. Orantes autem vnū cōfitenᵗ deū qui nullū equalem vel simile habeat: vnde ⁊ trinitatē sanctissimā negāt: ⁊ ipsi⁹ dei prophetaꝝ eximium Machometū esse asseuerant. Jeiuniū habēt ex ipsa lege ꝑ vnū mensem integrū. Jn quo ieiunio per totū diem vsq̄ ad noctem a cibo se abstinēt ⁊ vsu vxorū. Nocte vero. i. post solis occasum vsq̄ sequētis diei crepusculū semp licet eis vti cibo ⁊ potu ⁊ vxoribus suis. Jnfirmi autē excusant⁹ a ieiunio illo. Semel autē singulis annis ad domū dei que est in Mecha: vbi dicit⁹ esse corpus Machometi: ire tenentur: et ibi adorare eam: ⁊ incōsutis vestimētis circūire: ⁊ lapides per media femora pro diabolo lapidādo iactare. Quam domū dicūt Adā cōstruxisse: ⁊ Abrahā ⁊ Ysmahelē locum orationis habuisse. Et quū ipsi Saraceni ꝓprie deberēt vocari Agareni: q̄ ab Agar ancilla Abrae ⁊ mater Ysmahelis descenderunt: tū a Sara vxore Abraam se denominārt: scilz Saracenos. Circūcisionē obseruant: quū tū Machometus vt dicit⁹ nō fuerit circūcisus: nec in Alchozano suo hoc eis precipit: aut aliquid dicit: ꝛ ad exēplum Abrae ⁊ Ysmahelis vnde descenderūt hoc faciunt: ex veteri testamento hoc trahentes. Quod in domo Machometi in Mecha nudi cōopertis tū lumbis proijciant lapides: hoc faciūt ad honorem Ueneris: hunc ritū habentes ab Judis qui idololatrie dediti venerabant⁹ ⁊ colebāt Uenerē: q̄ circūibant nudi tēplum Ueneris proijcientes lapides. Oēs carnes ꝑter porcinas ⁊ mortuina ⁊ sanguinē comedere possunt. Prohibetur autē esus porci ex causa fabulosa. Quatuor legitimas vxores eis hīe licet: ⁊ vsq̄ tertio repudiare ⁊ rursus recipere: ita tū q̄ quaternarium numerū non transcendant. Emptitias vero ⁊ captiuas quot volūt habere possunt: ⁊ eas vendere licet secūdū suam legem insanam: nisi aliquam earum impregnassent. Et de propria cognatione licet eas accipere: vt fortius inter eos vinculum amicitie teneatur. Circa possessiones vel res repetendas obseruant vt actor testibus probet: reus iuramēto se cōprobet innocentem. Cum adultera deprehensus cuz ea pariter lapidat. Cū alia aūt fornicatus. lxxx. ictibus verberat. Machomet⁹ aūt dicit sibi a domino ꝑ Gabrielē angelū reuelante cōcessum fuisse: ad vxores aliorum posse accedere: vt viri virtutis ⁊ ꝓphete ex eo genera rent. Et quū quadā vice quandā mulierē pulchraz vir suus repudiasset suscepit eā Machomet⁹ cū aliis quas habebat plures in vxores. Et quū timeret ex hoc murmur populi exciari: finxit sibi chartam de celo allatā in qua cōtinebatur vt qui repudiasset vxorē ei⁹ esset q̄ eam accepisset: qō hodie obseruant Saraceni. Fur ꝓ prima ⁊ secūda vice verberib⁹ castigat: ꝓ tertia manus ei truncat: ꝓ quarta pes ei abscinditur. A vino semper abstinere iubent. Oia que sequūtur de Machometo refert Uincen. specu. histo. lib. xxiiij. ca. xl. ⁊ sequenti. que extraxi de libro cuiusdam disputationis facte inter duos philosophos: vnū christianum ⁊ alium saracenū de lege Machometi.

Sergij monachus.

Jeiuniū saracenorum

Agareni.

Circuncisiōis obseruatio.

Saracenorū matrimonia.

§. I. De paradiso quez describit

Machometus in lege sua. Ad dei nutū resuscitabunt⁹ mortui: qui iudicabit eos in iustitia: ⁊ bonis bona retribuet: et malis mala: ⁊ faciet populum suum qui sibi obediuit: ⁊ confitentes singularitatē eius testificati sunt q̄ prophetā eius Machometus est ⁊ nuntius: ⁊ crediderunt oībus que super eum descenderunt a deo: accipiēdo videlicet legem de paradiso in quo multa bona sunt illis preparata: quū habuerit armillas de auro ⁊ electro. Eruntq̄ vestimēta eoꝝ de serico ⁊ dicēt. Gratias deo q̄ nō abstulit a nobis retributionem. Nulla oppressio vel molestia tanget eos: habebūt cerros ad alimentū fructuꝝ: ⁊ erūt in paradiso delitiarum exultātes ⁊ sibijnuicē occurrētes honorificati: discurrētq̄ ꝑ eos vasis argenti cādidi: quiq̄ bibētes delectabunt⁹. Non erit ibi luctus neq̄ meror. Habebūt mulieres venustis oculis. Habebunt cenacula ⁊ supcenacula sub quib⁹ erūt flumina. Nunq̄ ⁹ eis dei promissio deficiet. Et dicetur eis. Oculi vos dei nolite hodie timere. Tristitia em̄ non appropinquabit vobis. Jngredimini paradisum vos ⁊ vxores vestre: ⁊ estote securi. Discurretur per vos calathis ⁊ scutellis aureis: ⁊ habebitis quod anime appetunt: cōcupiscunt oculi: in secura mansiōe in hortis ⁊ fontibus. Jn primo primam mors alia non seqtur. Et fecit eos securos a tormentis inferni. Hec est gratia dei sui. Ipsa est em̄ liberatio magna. Dixit etiaz deus gloriosus ⁊ excelsus. Jn paradiso quem policitus sum timētibus me sunt flumina aquarum in quibus nihil noxium est. Sūt flumina lactis: cui⁹ sapor nunq̄ deficit. Flumina quoque vini bibentū delectatio: flumina quoq̄ mellis purissimi hūt siquidē in eo oēs fructus: ⁊ remissionem a dño. Dixit quoq̄ Gloriosus ⁊ excelsus: tūmentibus deum bene erit in vltimis. Aperient em̄ porte horti Edē: vbi pariter discūbentes preciēt sibi afferri vinū ⁊ abundātiā fructuū: ⁊ habebunt oculis speciosissimas vxores: victus eis nunq̄ deficiet: ⁊ hoc eis promittit⁹ in die iudicij. Dixit iterū deus gloriosus ⁊ excelsus in descriptione paradisi. Sunt in eo duo fontes currentes. Sunt in eo pomorum arbores ⁊ palme ⁊ mala punica. Discūbent in excelsis viridarijs sub pomis ⁊ prunis. Adducentur timentes deum in paradisum per turmas ⁊ agmina congregati. Quibus quum ostiarij ianuas aperient: dicent. Pax vobis: suauiter ingredimini ⁊ estote hic in perpetuum. Et dixit gloriosus ⁊ excelsus. Feci eos occurrere gaudijs ⁊ delectationibus: ⁊ dedi eis pro retributione paradisum: eo q̄ patientiam habuerunt. Jn quo erunt discumbentes super pulinaria: ⁊ non percutiet eos sol neq̄ frigus eos illius vmbre permabunt: ꝑ quos etiā vasis argenteis discurret ⁊ canistris silꝛ: ⁊ vasculis modicis argenteis ⁊ piridibus ministrabit eis: ⁊ faciet eos potare vase quasi cōmisti zinziberi. Fons in eo est qui claritas appellat. Non audiet ibi dolum neq̄ mendaciū. Hec est retributio dñi tui. Deus em̄ liberabit eos a cruciatu inferorū dicens illis. Comedite ⁊ bibite securi discūbentes in lectulis dispositis. Dedimus eis vxores pulcherrimas: nihilq̄ eis de suo malo imputabitur: sed vnusquisq̄ in qō appetit obtinebit. Dedim⁹ eis diuersitates pomorum: ⁊ quicquid carnis ad edendum concupiscūt. Hec est descriptio paradisi quem preparauit deus credentibus in se ⁊ in nuntio eius. Et velut aurum rutilabunt: fragrātes vt muscus ⁊ varie odoramentorum species.

§. II. De inferno in lege Macho

meti a deo maledicti. Jnfideles inquit vt refert Uincen. vbi supra qui participes faciūt deo ⁊ pares illi attribuunt: ⁊ pro

phete

phete dei scz Machometo nō credūt: nec eplam eius suscipiunt: z precepta dei aduersus ppheta eius rebelles effecti sunt: deputabuntur gehēne incendio: eruntq; in cruciatu et stridore ineffabili: z igne sine fine inextinguibili: quoz cutis quoties ardore consumīt: toties renouat ad noua supplicia. Mansio eoz pute⁹ abyssi. Pot⁹ oī felle amario. Cibus eoz de arbore q̄ appellat Azachimi: z est omni pessimo sapore deterio: erūt sub ira dei cū diabolo z angelis eius. Dixit q̄ deus gloriosus z excelsus. Qui nō credūt mirabilibus dei: z prophetis z eis q̄ veritatē predicāt: erunt in horribili cruciatu: quoz opa maligna nullo eis auxiliāte supcoz capita redundabunt: morient nec tñ a cruciatu liberabuntur. Et dixit. Arbor Azachimi data est pro delectatione impijs. Ipsa est essi q̄ in pfundo abyssi nascit: cuius fructus quasi demonioz capita: de quo manducantes ventrē suum implebunt. Deniq; oibus malis subijcient: et semper ad supplicia inferni reuoluent. Superius z inferius caligo ignis et tenebre. Et dixit. In die resurrectionis facies eoz um qui deo non credunt: horribiles atq; nigerrime. Nunq̄d essi gehenna mansio impioz nō est: z eoz qui nostris signis non credunt: z dānandi sunt? Et dixit. Qui nō credūt detrudent in infernū cōglobati: ad quē quum peruenerint: et ministri portas aperuerint: dicent illis. Nōne ex vobis erant nuncij missi a deo ad vos: qui precepta dei vobis nunciantes insinuauerunt vobis huius diei occursum? Intrate igit portas gehenne ad habitandū ibi sine fine. Hec domicilia preparata sunt superbis. Et dixerunt qui in igne submersi sunt ministris. Deprecamur vos orate p nobis deū: vt alleuiet nobis cruciatū huius diei. Ministri respondērūt. Orate vos ipsi. Sed q̄d oratio eoz nisi error? Exhinc sentiēt pōdus cathenarū z vincula. Erūt psallentes in igne rursum fatigati in igne. Tunc videbit eos afflictione oppressos: et tumidis oculis latenter aspicientes. Iterum dixit benedict⁹ z excelsus. Impij permanebunt in cruciatu gehenne vbi detrusi vlterius non respirabunt. Nos nihil eis iniuste fecimus: sz sibi impij extiterunt. Tunc impij vociferabuntur. Usq; quo dānandi sumus o rex? Dixit Machometus. Ita manebitis sine fine. Et iterū dixit. Arbor Azachimi cibus est peccatorum. Feruet in ventre sicut sulphur. Accipite illuz z ad horribilia inferni loca deducite: z super caput eius dolores et cruciatus infundite. Hec essi sunt opera que faciebatis. Et dixit glorioſus z excelsus. Afferte aquā amarā que vincula eoz um disrumpat. Ue non credentibus in die qua nec permittentur loqui vt aliquam habeant excusationem.

§. III. De morte Machometi. Illud autē ridiculū nobis: lamentabile suis: vt refert Uincē. vbi supra: q̄ quū precepisset eis vt mortuum eum non sepelirent: eo q̄ tertia die esset ascensurus in celum: ipsiq; precepta obseruātes magnis hoc desideriis expectarent: z iam a secūda feria qua mortuus est: vsq; ad vesperam quarte ferie longa expectatione fatigati: nihil aliud in eo q̄ fetoris magnitudinē supere crescere cernerent: tandem eum lōge a domibus piecerūt. Sumebrā tñ filij Hebazā dicit: q̄ lot⁹ tribus vestib⁹ indut⁹ sepult⁹ sit per manus Hay filij Abitalib z Alphadi filij Halahabet. Fertur essi q̄ p septē dies morbo pleuretico egrotauerit et amiserit sensum: septimo vero die cōualuit. Iratus est Hay filius Abitalib eo q̄ ō perdiderat sensum: z dixit hoc ei. At ille iussit nullum amplius remanere cuz eo in domo nisi Halahabet. Alia ꝯo die mortu⁹ est: z intumuit vēter ei⁹: z retro curuat⁹ est minimus digit⁹ ei⁹. Et fuit obit⁹ ei⁹ scōa feria die. xij. mēsis Rabeg. anno. lxij. vite ei⁹ post q̄ egrotare cepit. xiij. die. Vita ergo ei⁹ lxiij. annis extitit: quoz in ppheria. xxiij. expēdit. x. in Mecha. xiij. in ciuitate. Mortuo aūt Machometo: oēs ab eode cepti reuersi sunt statim vnusquisq; ad eā quā prius renuerat sectā suā: siue idololatriā: siue quālibet aliā: preter paucos sue cognatiōis: qui expectabāt se fore successores in regno. Eo tpe fuit Ebubeber filij Amichaath vir callid⁹: qui nō multo post adeptus est regnū: q̄ vehemēter displicuit Hay filio abitalib: qua de causa rex adeo illum obsequijs z blanditijs deliniuit: vt etiaz eum post se delegaret. Illos q̄ q̄ ausi fuerant a secta Machometi recedere: oī ingenio eos reuocās iterū eos tali stultitie mācipauit. Quidā essi timore: quidā spe honoris z facultatis: alij alterius cuiuslibet lucri causa: oēs tñ simulatorie: z nō ex animo redierūt. Quum aūt quadā die coz dño illoz quidā quererent de aliquo q̄ videbat esse saracen⁹: z nō erat: rñdit dñs ille coz oib⁹. Ego nō solū istū: sed multos alios nobiliores eo scio esse in palatio meo Saracenos: vt ostendunt: z nō sunt. Ego autem de hoc quid aliud debeo vel possum facere: nisi q̄ dñs meus Machometus faciebat? Nā illi etiā hoc cōtigit: vt fere oēs q̄ ei primiores z familiariores esse videbant: nō nisi simulate z deceptorie legem eius tenerent. Adeo essi spernebatur ab eis: z quicquid dicebat pro nihilo habebant odiētes euz in cordibus suis: z quadā die volentes eū occidere expectarent eū in quadā valle: quatenus trāseunte illo terrificarēt mulā ei⁹ subito vt precipitat⁹ interiret: qui tñ propter hoc nunq̄ se iratum monstrauit. Eius ergo exemplo oēs istos q̄ siue de christianis / siue de Judeis / siue de paganis / Saracenos se esse dicunt in regno meo z non sunt: nihil aliud cogam. Scio essi q̄ null⁹ christianus qui timore Saracenus fieret: in saracenitate permanebit. Similiter z de alijs sentio: quid ergo amplius possum facere? Uideat deus et iudicet. Hoc solum faciam vt semper maledicam eis.

§. IIII. Cōtra excusatores Machometi. Uinc. vbi supra. Si forte aliq̄s dixerit nō debuisse reprehēdi Machometū: si se aliq̄n vindicauit: quuz hoc inueniatur in Josue Helia z Heliseo z alijs. Sciasalliud esse q̄ō fit p̄cipiente deo: aliud q̄ hō presumīt. De⁹ essi hoc illis precipiebat: de cui⁹ precepto quodcūq; fit: q̄cunq; fit: vbicunq; fit: nō lz homini iudicare: ergo nec in his debet Machometus reprehendi. Siquidē deus talia ei precepit. Sed vñ probas q̄ de⁹ ei talia preceperit? Deus essi ille si de⁹ fuerit in aliquo se deum ostendere debuit. Si vero ea que superius ostendimus: nec signis: nec miraculis ostendit: nos ergo eum deū non fuisse credimus. Nam si deus esset: nunq̄ sine miraculis legem daret. Quod essi de deo credimus tam in veteri q̄ in nouo testamento: signis z miraculis commēdatum nobis est. Nec aliū vnq̄ p deo habebimus: nisi illuz vnū z verū: qui quoties legem dare voluit: signis hanc diuinis z miraculis confirmauit. Prophetā vero Machometus prout a Saracenis vocat: quis fuerit vel vnde venerit nescio: quum dicitur nobis a dño Jesu christo: q̄ finis oīm pphetarū sit in Joanne baptista. Nullo aūt pacto diimittenda sunt sacrosancta et spiritualia dñi Jesu christi precepta: ex quibus ille nobis nō ea fortidissima quā descripsit Machometus paradisum: sed eternā angelorū vitā in celestib⁹ promittit. Nec accedendum est ad impurissimos z pecuales ritus: non a deo (q̄ō absit) immo a spū fornicatiōis z gastrimargie miserrimis z carnalis petulantie seruis infelicissimis persuasos. Quoruz (vt de similibus apostolus Paulus ait) deus venter est z gloria in cōfusione ipsoz ū: qui non nisi terrena caduca ventri z libidini congruentia sapiunt nec sapere p̄nt. Excecauit essi eos spūs immunditie qui eternā putredinē z vermes immortales hereditabūt: q̄ coz ū more semper in stercore z fetore libidinis volutantur. Ego essi mirari non sufficio quū persuaderi potuerit: nō dico vel alicui sapienti: sed vel ei q̄ per somniū aliquid humani cordis se habere putauerit: istū fuisse prophetā: quū ei⁹ z vita z doctrina sint nō solū cōtrarie diuine religioni: sed etiā humane honestati: vt ipsa q̄ bruta aīalia pene intelligere possint.

¶ Sed vt iterum aliquid mitius dicam⁹. Quis vnq̄ scrōz z diuinoz nūcioruz q̄s a deo missos esse cognouim⁹ in terroze gladij se missuz esse asseruit? Quis ita facinoroſe vixit? Quis denique tot spurcitias docuit: aut quis ita ventri z libidini genus humanū prostituit? Iterū tñ ad precepta ei⁹ diligenter intuenda reuertamur: que ego nescio ad quā legem pertinere videant. Duas essi a deo accepimus leges: vnam gratie: alteraz iustitie. Lex gratie a christo data est: lex iustitie a Moyse. Lex gratie talia iubet. Diligite inimicos vestros: benefacite ijs q̄ oderūt vos &c. Lex vero iustitie. Oculum pro oculo: dentē pro dente: z hmōique ad penā rationis pertinere vident. Harū duarum nullā Machometi esse lege manifestū est. Anteq̄ essi ipse emergeret: altera a christo: altera a Moyse data est. Quum igit ille due tantūmodo leges date sint hominibus: quarū altera humana magis esse videt: altera diuina: ista tertia a Machometo inuenta quid aliud q̄ diabolica erit? diabolo essi inspirante maxime hanc subito nescio vñ emersisse cognoscimus: q̄ nec diuina nec humana esse probat: sed inter vtramq; prodigiosa facit nunc hoc nunc illud videri volēs: z se nūc illā nunc istaz esse cōfingēs: nullum aliū nisi diabolū q̄ se medium inter deum z homines facere nisus est: imitat. Sed forsitan dicet aliquis hāc Machometi legē hinc probari esse diuinā: q̄ quū Machometus esset idiota z sine litteris: nullatenus eā scribere vel nūciare hominib⁹ nisi diuina virtute potuisset: maxime quuz ipse ibi dicat: q̄ nec homines nec demones eā facere possent. Et iterum si hāc legē fecissemus descēdere super montem: inclinaret se mons ipse et adoraret eaz pre timore dei. Et alia multa friuola z nihil rationis habētia que Saracenī aperta z manifesta signa pphetie esse dicunt: vt probetur esse vera. O signa et miracula in istis ait Machometus. O signa cōparanda mari rubro. Solt ad imperiū Josue stantis z xpi precepto montibus imperanti: immo vere magna taz

veritatis ⁊ virtutis inopia: qui ibi sola argumenta immo deliramenta omni ratione ⁊ virtute vacua dereliquit.

§.V. Sic enim confectus est liber Alchoranū ⁊ pacto concinnauit machometus.

to. Quidā Sergius monachus quū in monasterio grauiter peccasset: ⁊ ppter hoc excōicatus ⁊ eiectus fuisset: venit ad regionē Luhenne: ⁊ inde vsq; ad Mecham descendens vbi erant duo populi: vnus cultor idolorū alter iudaicus: unde nit ibi Machometū ⁊ colebat idola. Volensq; aliq̄d facere vñ monachis illis qui eū expulerant placeret ⁊ reconciliari mererē (erāt em̄ illi monachi Nestoriani: ⁊ dicunt Mariā Nestorianis suadebat Machometo ⁊ iā ibi dūium habebat vt ab idolis recederet: ⁊ christianus Nestorian⁹ fieret. Quod quū effectui mandasset: factus est Machomet⁹ in huius doctrina discipulus: ⁊ ita factum est vt ab isto monacho Nestoriano aliqua de veteri testamēto: aliqua de nouo edoctus: ipse in Alchorano suo fabulose ⁊ mendaciter intexeret hec. Et ille persuasit: vt in Alchorano poneret dictū a dño: ⁊ monachi ⁊ presbyteri christiani familiariores eis esse deberēt: q; nō superbiunt Quum vero cognouissent Judei ⁊ multi ⁊ etiā Machometus ipse ad qualemcūq; quasi vmbram christianitatis illū monachū sequerentur: ⁊ pene istud q̄ postea factum est p Machometum: per istū Nestorianū iā cōsummatum esset: prosilierunt tres Judei: ⁊ timentes ne in veram christianitatē q̄q; Machometus incideret: accesserunt ad eum: ⁊ malitiosa calliditate socios vel discipulos eius se in hac secta dixerūt. Eiq; oia q̄ turpiora ⁊ nequiora in Alchorano sunt scribere psuadentes vsq; in finē eius semp cū eo fuerunt. Post mortē vero Machometi: quū: vt dictum est: vnusquisq; redijsset ad sectā suā successit ei in regno Ebuber. Et quū Hay esset nobilior eorū suasionib⁹ ⁊ promissionibus ꝓcurauit vt sub eo esset. Qui Hay suggerētibus Judeis multa fabulosa immiscuit in Alchorano: vñ scriptura illa Alchorani non solum a Judeis: sed ⁊ ab alijs multis varie incepta diuersimode intellecta multiformiter exposita: ⁊ tandē tota pene declarata est. Sic igitur alijs addentibus: alijs minuētibus: alijs mutātibus: alijs corrūpētib⁹ liber ille omni fide indignus effect⁹ est. Sed ⁊ postea in processu tēporis pro diuersitate scripture huius legis Machometi: orte sunt multe cōtentiōes ⁊ rixe seditiones ⁊ dissidia in regno illo: vñ ad tollēda dissidia cōmissum est quibusdā vt collectis oibus exemplaribus q̄ habebātur/fieret vnum volumē cōcordans: si q̄ inuenirent ꝓtrarietates in alijs libris. Et iterū post multa tēpora Elehegehic fili⁹ Uizes quū regnare in illis partib⁹ cepisset: iussit congregari omnes libros chartas ⁊ volumina illius legis: cōfectoq; ex eis vno codice ad suum libitū postq; multa adiecit: ⁊ multa detraxit: plura etiā mutauit: cetera oia vbicūq; inuenirent iussit cōburi. Fecitq; de suo libro sex exēplaria ex quibus vnū misit in Egyptū: alterū in Syriā: alterū in Liuitatē: alterū in Mecha: quintū in Mesopotamiā: sextū in Albazara. Quod si nulla alia causa varietatis huius scripture videret fuisse q̄ q illi a quib⁹ habebat scz Hay ⁊ Ebuber ⁊ Ozimē ⁊ Bomar semper discordes fuerunt ⁊ inimici: sufficeret: duz pro certo cōstat singulos eorū p sua intētione pro sua volūtate in libro illo quicquid placuit ad causę sue cōmodum addidisse vel minuisse vel variasse. Uiri certe probi Saraceni sepius hoc dixerunt: q̄ tota Alchorani scriptura adeo commixta ⁊ confusa sit: q̄ totum quod ibi sit: sine continuatione sine compositione absq; omni verborum ordine postremo absq; vllo sensu vel ratione esse videatur.

§.VI. Cōtra doctrinā Alchorani.

Mirandū est q̄ illic aliquid sit qđ homini placere possit scz rōne vteri. Nā si eloquētia cōsideret: nemo tam turpiter arabice aliquid scripsit. Quātū em̄ ad sapientes Arabicos scriptores q̄d est totū Alchoranū nisi digna risu barbaries. Si vero sentētie ppendant: ego nihil ibi video: si tū ee pōt ibi aliq̄d boni. Nā mala ibi multa reperri dubiū non est: q̄ q̄liber stult⁹ sil⁹: aut certe multo elegāti⁹ fingere pōt. Esto tū bona ibi vident esse aliqua sicut verbi gra: vt ieunetur oretur/eleemosyne alique dent. Nunq̄d primū talia inuēta sunt a Machometo: q̄lia. s. null⁹ ante eū audierat. O quāto sanctri⁹/quāto honestius/quāto rationabilius Moyses et Helias ⁊ alij multi prophetarū. Joānes q̄ baptista: sed et ipse dñs em̄ Jesus christus: ⁊ ieunauerunt ⁊ orauerunt ⁊ eleemosynas impēderunt. Nos q̄ ieunare ⁊ orare: ⁊ eleemosynas dare añ ꝓdigiosam prophetiā Machometi infinitis retro tēporibus docuerūt. Esset cesset Machomet⁹ earū rerū velle videri magister primus: quarū nec dignus fuit in aliquo discipulus esse vel vltim⁹. Absit absit q̄ nobis talis predicator ieiunij: qui post mōstrosum ieiunium sic ollibidini ⁊ ingluuiei operā impēdere ꝓcepit: vt nō ad aliud videat instituisse ieiunia: q̄ vt postea voluptuosi⁹ ⁊ appeteti⁹ excitet⁹ em̄ turpitudo libidinū. Jā ꝓ q̄ ipse in sua scriptura: vt. S. dictū est: pdicauit hāc scripturā talē esse q̄ nec ab hoibus nec a de.. ōib⁹ fieri posset: certe satis ipse elegit quib⁹ hoc diceret: rusticissimos ⁊ aggrestes hoies: q̄ ⁊ nouiter de diuersis sectis venerāt: ipsamq; etiaz linguā arabicā ignorarēt. Leterū si hoc nobis exponere licear p oia sic ei concedimus: q̄ vere tā stulta/tā inhonesta/tā irrationabilis doctrina seu scriptura est: q̄ nec a demōib⁹ nec ab hoibus fieri pōt. Puto em̄ q̄ etiā demones hoc scribere erubescerēt. Tamē si tm̄ vult Machometus gloriari de suo Alchorano alij q̄ plures q̄ eodē tpe cumulatione illius: ⁊ ipsi sibi nomen cōparārēt sūm quoq; Alchoranū fecerunt: ⁊ multo honestiora ⁊ saltē in aliquo verisimilia ꝓscripserūt. Sed q; nō ex toto vētri ⁊ libidini frena laxabāt: nō tāquā bestialiū hoim greges asininos post se trahere potuerūt. Si q̄s ergo miretur quare tantū quibusdā hec scriptura placuerit ꝓ certo teneas nullū vnq̄ nobilivel sapiētē placuisse sz miserrimo ⁊ imperitissimo vulgarium hoim generi: qui ab eo de locis sylvestribus cōgregati: quū has primas lras audisset: rei nouitate stupefacti/sacrilegas fabulas dei oracula esse crediderūt. Deniq; quum paupertate ⁊ assiduo ruralium operum labore confecti fuissent: cibi/potus/pretiosarum vestium/amenitatis vmbrose/vasorum spectabilium: vxorū insup pulcherrima ⁊ infiniti cōcubit⁹/aliarūq; spurcissima ⁊ paradisi delitia ⁊ beatitudinē audiētes: seq; ibi ex promissione Machometi iamāq; futuros esse brōs sperantes ad oia quecunq; voluit bestiales hoies cucurrerūt. Inde est q̄ contra regem Persidis exiens sic adiut⁹ est ab eis: vt vinceret. Promiserat em̄ eis oibus q̄ in bello ꝓ eo mori eligerent sui paradisi delitias. Quidā tū magis pugnasse dicūtur: vt hostes optimos quos in Perside viderāt: obtinerēt. Nam ⁊ illos daturum se eis post victoriam promiserat: vt in hoc seculo ⁊ in futuro semp in hostis essent. Arabes em̄ dicunt multum delectari in hortoꝝ pulchritudine. Et si dicat: nō solū rustici sed multi alij postea sequuti sunt eū: vere multi alij: sed pessim⁹ ⁊ lecatores: qui grauati ere alieno vel p suis sceleribus moriturī hāc solā euadēdi viā inuenerant. Nā dic mihi obsecro quē vnq̄ sapientē aut nobilē aut honestū venire vidisti? Illi em̄ qui ex Judeis vel christianis ad Saracenos trāseunt: absit vt ꝓuocati aliqua honestate hoc faciāt: sed q; miseri ⁊ impudici sue legis regulas nō ferētes: ad latā ⁊ spaciosam viā quā docuit ille pessim⁹ Machomet⁹ ducentē ad pditionem se ꝓuertūt. Qō maxime cōtingit christianis: quoꝝ lex spūalis ⁊ celestis oia que in mūdo sunt cōtēni spe ⁊ amore visionis dei eterne preciēs: dū carnales ⁊ fluxas infelicium mētes cōprimit: statiz ab ea diffugiūt: q; cōtra cōcupiscētias pugnare negligunt. Hoc aūt certissime scitur: q; neq; Judei/neq; pagani/neque christiani quocūq; mō se exteri⁹ habeant: si ad Saracenos se trāsferant ⁊ eoꝝ legē: q̄tūcūq; de illa secta se eē asserant: simulāt quidē se esse qō nō sunt: vt aliqō corporis euadant incōmodū: vt captiuitatis ⁊ hmōi: aut vt porcinis voluptatibus quaꝝ apud nos copia est/pfruant. Adeo em̄ quicq̄d faciunt de ritibus eoꝝ p nihilo ducūt: vt sepe inter se loquētes Machometo ⁊ legi eius maledicant. Nec dignum fuisse eum aliquando prophetia vel dei lege affirment.

§.VII. Reprobatur illa aūt esse via dei quam Machometus ponit: sed via illa est diaboli.

Dixit em̄. Maledictus ille qui via dei ad quam hortatur suos est inexpeditior cōtra aduersarios ⁊ incredulos. s. doctrine sue ⁊ participatores. s. in ictu gladij ⁊ populatione et deuastatione: donec ingrediātur in fidē dei: ⁊ testificentur q̄ nō est de⁹ nisi deus eoꝝ: ⁊ q; Machometus seruus eius ⁊ nuncius est: aut reddant tributum subiecti. Sed o imprudens ⁊ insipiens. Quomodo possunt cōtinuari ⁊ cōcordari verba ista? Multum em̄ discrepāt: ⁊ cōtraria sunt scripture tue quā dicis esse a deo: que dicit q̄ missus est Machometus a deo hoibus pariter in pietate ⁊ mia: cū effusione sanguinis ⁊ latrocinio ⁊ preda. Sed certe aut verbū hmōi est cōtrariū sibijpsi: aut mētitur ea esse que sibi indefinēter imponit a deo dicta. Que em̄ via non dei sed diaboli: nisi homicidia/furta/ ⁊ preda? Si autem opponat nobis Moyses q̄m ipse cultores idolorū expugnauerit: adducantur in medium illa prodigia ⁊ miracula que legimus eū fecisse in lege: ⁊ apparebit manifeste q̄ iustū est credere illū fecisse ea ex ꝓcepto dei. Similiter ⁊ de Josue filio Nun: ad cuius verbum sol ⁊ luna steterunt. Que miracula quum fieri nō possint nisi ab electis dei: credimus q̄ quicq̄d fecit/iussu dei fecit. Sed qō signū aut miraculū ostendit fecisse Machometus:

tus: vnde credamus ei: quum suū ꝓpriū nō sit: nisi occidere hoies/ꝛ latrocinari/ꝛ diripere aliena/ꝛ captiuare parentes cum liberis? qō quidē semper malum est: sed multomagis quū sit cōtra populū dei: qui nō habēt aliud numē nisi cultū dei. At nō sufficit tibi nisi nūcupes eam viam dei. Absit hoc a deo vt talis sit via dei: aut ḡsquis talia iusserit/sit de plebe dei. aut de electis eius: quantominus de prophetis? Deniq; ꝙ inuitat suos ad petendum hoies gladio: eorūq; facultates diripere ꝛ oīa pessumdare donec hoies violēter ad fidem suam veniant: eiusq; legibus inuiti subiiciantur ꝛ cogantur: ꝛ coacti suū testimoniū testificent: hoc nūq; legitur in diuina scriptura. ſ. aliquos ad deū violēter cōuersos: nec preceptis gladio direptione captiuate: sicut Machometus iste maledictus fecit ꝛ iussit obedire coactos. Multi certe olim heretici fuerūt quoꝝ tū null⁹ gladio nec aliqua coactione ad secrā suā alicuē ptrahere conatus est: ꝫ fallacijs. Quicūq; voluit inducere hoies ad veritatē siue ad mendacium nō potuit hoc facere sine aliqua vera vel saltē verisimili ꝺdicatione. Et oēs ita fecisse nosc̄rur. ſ. per doctrinaz preter istū maledictū Machometū. Iste em̄ ad suā sectam hoies nō solum arte caliditatis: aut ingeniosa loquacitate sed gladio/violentia/oppressione/ꝛ depopulatione coegit. Nunquid auditum est ab aliquo quod ille dicebat hoībus? Quicunq; nō cōfitebitur me esse prophetā dñi: seculari gladio ego feriā illū: ꝛ oēs ꝙ de progenie mea sunt similiter facient/ꝛ domū eius diripiā: ꝛ omnē familiā eius captiuitate affligā. Ridiculū est etiam qō dicunt Saraceni: scīz antecḡ secula crearet deus: fuisse scriptū in throno dei. Nō est de⁹ nisi deus Machometi: ꝛ ipse nūcius dei: quuz tamē hoc nō inueniatur scriptum in Alchozano. Sed queritur quis scripserit. Non creatura que adhuc non erat. Si deus: queritur cui scripsit: non sibi: quasi timeret perdere nomē suum nisi scriptum esset. Si angelis vt illud postea legerent: hoc est falsum. quum deus non per literas loquatur angelis ꝫ illuminatione presentie sue.

machometum nō fuiſ falsus propheta nō ver⁹ ꝓbat.

ſ. VIII. Quod Machometus

se ꝓphe re impedit hoīem: quomodo qui tantas vrores habuit officium ꝓphete adimplere poterat cōgrue? Officium namq; prophete nō est aliud ꝙ ieiunare/orare/predicare/ꝛ his similia bona facere: quib⁹ miror si homo tātis flagitijs dedit⁹/vnḡ potuit deo vacare. Qō si quis obijciat multos male vixisse/sed tū bene docuisse qualiter etiā iste docuerit videamus. Propheta est ignota predicens: siue de preteritis siue de futuris. Scimus autem ꝙ olim qñ prophete fuerūt non statim ꝙ hoc nomē vsurpasset authoritatē habebat: sed longa ꝛ diuturna sanctitate vite: signis quoq; ꝛ miraculis a principibus ꝛ populo dei primitus cōprobatus huiꝰ nois gloriā obtinebat. Si dicaf eū multa preterita enarrasse: veluti de Adam: de Noe: ꝛ de Abraā: de Moyse: ꝛ de Christo: vtinam sicut apud nos illa erant: ea veraciter predicaret: ꝛ nō p multa mēdacia deliras/totā pene sancte scripture veritatē subuerteret. Quātum ergo ad preterita/iā de ordine ꝓphetarū cecidit: ꝙ tot mēdacijs veritatē corrupit: sane si aliquas fabulas ad libitū suum composuit que nūq; audite sunt: nullatenus est ei credendum: qz ꝛ hoc a quolibet facile fieri pōt: ꝛ ipse iā in alijs mēdax inuētus est. ¶ De futuris vero ꝙ nihil dixerit patet: quum in tota scriptura eius nihil tale inueniaf. Unde etiā quantū ad futura a prophetali gratia exclusus/iā nec signis nec miraculis: nec prophetia: nec vita inter prophetas eē merebit. Nā illud totū qō de paradiso quasi predixisse videf: ad nihil aliud nos cogit: nisi vt dicamus eū ita mētiri de futuris: sicut ꝓbatus est mētitus de preteritis. ¶ De signis autē ꝛ miraculis ꝙ non sint illi data a deo: ipse sibi testis est: dicēs ita sibi dictuz a deo. Nisi sciremus tibi nō credituros sicut nec alijs crediderit: daremus tibi signa ꝛ prodigia. ¶ Iterū forsitā dicet aliqs ꝙ nisi esset ꝓpheta: nunq; ad talē potentiā deuenisset maxime quum socij eius pauci essent numero qñ pugnauit contra regē persarum qui erat fortissim⁹ ꝛ potentissimus: et obtinuit triūphum: cuius em̄ illi qui veri dei cultores fuut suos superent inimicos: ꝛ nō inuenia;tur in sacra scriptura paucos idololatras multos Jsraelitas fugasse: illi tū ꝙ vincunt: nō semp ꝓpter sua merita vincūt: ꝫ qz illi cōtra quos dimicant/tali pena digni sunt. Nihil em̄ mirū est persaruz gentem idololatram ꝛ spurcissimā a Machometo victam esse: nō qz melior eis esset: sed qz hoc ipsi promeruerūt: vt a consimili diabolo punirent. ¶ Illud denīq; quod dicit deū diriſſe. Nisi sciremus eos non tibi credituros ꝛc. ad Arabes quidem pertinebat: qui nec ꝓphetam viderāt: ꝛ ideo nec signa prophetica cōtempsisse vnḡ potuerant. Cuius autem impudentie est dicere illos signis eius non credituros: qui nō sine signis tantū: sed ꝛ sine alicuius boni iudicio/qō nec peiora facere debuissent: pessime vite homini crediderunt: ¶ Quia ergo illū tā philosophicis rōnibus/ḡ diuinis authoritatib⁹ sua etiā confessione: ab omni etiā ꝓphetali gratia extraneuz esse probauimus: restat vt quales sint fabule in quibus contra id qō supra dixerat signa se fecisse asserit videamus. Dicitur itaq; ibi ꝙ aliqñ audiens lupū vlulantē: socijs ait se ex voce eius intelligere ꝙ lupus ille inter alios maior oībus esset: ꝛ princeps lupoꝝ. O signū ꝓphēticum. Nōne similiter potuit dicere ꝙ lupus eū in illa voce ꝓphetā esse signaret? Quis em̄ inde illū si quid intelligeret: componere potuisset? Sicut de quodā alio lupo ibi refertur: et quū alloquut⁹ fuisset Ueheben filiū Heum: statim sit fact⁹ Saracenus: vbi si leonē p lupo ille fabularū cōpositor posuisset: multo elegantior fabula extitisset. Sed non immeritо fabulis suis lupos interuiit: qui more lupi rabidus semper ꝛ cruēter incessit. Qui etiā bouem Zozat dño suo loquitū fuisse dixit: ꝛ qō supervbera Humemabeth mulieris manum suā posuerit. Itē qō preceperit arbori cuidā: et statum adorauerit eū: qō tū Saraceni ipsi falsum esse testātur. Itē dicit quod quum Zameth iudea vxor Zebenin oue assata venenum sibi posuisset: scapula ouis loquuta sit ei dicēs. Noli me comedere: qz veneno confecta sum: ꝓpter qō non comedit de ea: sed alius socius eius qui comedit mortu⁹ est. Retez narrat ibi ꝙ aliqñ miserat manū suā in cauernā vnde exierūt aque ex quibus ipse bibit ꝛ socij eius ꝛ pecora ei⁹: qō tū apud Saracenos friuolū habet. Ipse quoq; oīa ista mendacissima esse testatur: quū in maiori scriptura sua dicat signa sibi a deo data non esse. ſ. ad faciendum ea. Et quū iterum dicit. Non sum missus nisi in virtute gladij: ꝛ qui non susceperit mea ꝓphetiā occidatur: aut reddat tributū ꝓ infidelitate sua ꝛ dimittatur. Unde ergo apertius et manifestius oīa ista signa predicta falsa esse cōprobant: ḡ ex suis iterum dictis quib⁹ in Alchozano sic loquit. Quicūd inueneritis per me scriptū: cōferte illud cū Alchozano: ꝛ si ei nō cōcordauerit: scitote ꝙ innocens sum ab illa scriptura: ꝛ mea non est: Ergo ꝫm istā regulam suam oīa que non in Alchozano scripta inueniunt: respuenda sunt. Et sic patet ꝙ miracula nulla fecit: sed fur fuit ꝛ latro. Qui cōsilio cuiusdā cōfortatus postḡ dies factus est ex opib⁹ cuiusdā dñe quā duxit vxorē vt supradictū est: hoies ad se pestiferos ꝛ viarū insidiatores fugitiuos ꝛ homicidas sibi aggregans: ad deuia syluarum mittebat: ad cacumina montium: ad proximа fontibus loca tales cōplices suos mittebat insidiari negociatoribus et alijs iter agentibus: ad spoliandum eos et occidendum ꝛ diripiendum bona eorum. Fecitq; complures expeditiones contra diuersos ad occidendum ꝛ predandum. Aduertendū igitur est an huiusmodi expeditiones ad dei propheram debeant pertinere: in quibus nil aliud ꝙ fraus ꝛ violentia et humani sanguinis effusio est. Non ergo propheta sed filius perditionis/et princeps demonum: et secta eius ꝛ lex pessima ꝛ omni facultate ꝛ spurcitia plena.

¶ De multis sanctis qui claruerūt tēporibus illis. Cap. vſ.

De multis ſctis vtriuſq;

Sancta Pharа ꝿgobea ti Pharaonis ſoror.

serus qui tēporibus predictorū imperatorum laruerunt virtutib⁹ ꝛ miraculis. Et primo de sancta Phara virgine/ꝛ fratribus ei⁹ sanctis Pharaone ꝛ alijs duob⁹. Tēpore Heraclij imperatoris virgo christi Phara claruit in Francia: cuius sanctitatē imitat⁹ est frater eius Pharao ex comite clericus: ꝛ ex clerico factus Meldensiū epūs: vt ait Sigisbertus. Sed Uincen. specu. histo. lib. xxiij. c. xv. ex gestis eoruz sic notat. Haugericus pater eoꝝ ex gēte Burgundionū duxit prosapiam: atq; in aula regis Theodoberti inter proceres ꝛ proceres nō mediocriter fulsit: Erat nāq; cōsilijs regalib⁹ notus ac nobilitate sapientie vallatus. Hospitalitati dedit⁹: atq; sanctoꝝ viroꝝ suscepto: deuotissim⁹. quoꝝ in mētib⁹ pspicacі oculo ꝛ ac mentis inspectione rp̄m agnoscebat. Hic est adeptus sui nō imparē generis cōiugē noie Leodegundam ex qua tres suscepit liberos. Pharaonez virū sanctissimuz: Ualbertum ꝛ Calnoaldum. Filiāq; mire probitatis Pharam. Calnoaldus beato Columbano erudiendus a patre eius traditur: eius minister deuotus effectus. Qui dum in solitudine vasta morаretur heremi: ei belua olim paruit ad preceptum magistri Columbani. Iste siquidez Calnoaldus germanus beati Pharaonis/ postmodum presul factus in ciuitate Lugdunensi claruit. Beat⁹ vero Ualbertus a sancto Columbano in monasterio Luxouiensi cum fratre Calnoaldo/et beato Agilio filio Agnoaldi fratris supra memorati Haugerici commissus est eruidiendus Eustasio magne eruditionis viro/cum multis alijs qui postmodum ecclesiarum dei presules eximij claruerunt. Quū autē apud villam

Calnoald⁹ archiepūs Lugdunenſis.

papimissum dei cultor Eustasius a genitore predictorū fratrū officiosissime susceptus moraret: atq; cognouisset sororem eorū Pharā beati Colūbani benedictiōe sacratā gravi oculorū fatigari cecitate: quam cōtraxerat assiduī fletus merore: eo ḡ disponeretur a patre nuptiali operi inseruire ⁊ sanctimonie vota frustrari nuper deliberata: patrez asperitate verborū obiurgat dicens hoc sui esse operis: ḡ virgo afficeret tāto discrimine periculi. Ad hec fictē pater simulatione verborū filie dixit se postponere nuptiarū cōiunctionē: tantū vt ipsam mereretur iucūdare sospitate corporali. Itaq; vir dei horū credulus verborū: ad locum in quo egra decūbebat puella accessit: ⁊ vtrum in sanctimoniali habitu viuere vellet scisscitatur. At illa suspirans ait se pudicitiam angelis sociā desiderare: potiusq; supernū sponsum concupiscere ḡ terreno flebiliter inherere. Mane vero visus est ei adstitisse vir reuerenti vultu/oculis ardentibus/dicens. Certa esto famula dei meiq; promissis firma: hodie tibi virum aduenire qui te sospitari restituet. Hac expletavisione post modicum intrante ad eā beato Eustasio: visionis ordinē virgo Phara enarrauit: ⁊ credere se illū esse per quē auduerat sibi lumē reddendum. Cunc oratione facta / Eustasius virgini ꝓmissum adiutoriū ei contulit. Qō videns pater voluntatē cordis factis aperit: sponsum aduocat: spōsalia firmat: tēpus nuptiarū statuit. At illa fugam arripuit: ⁊ pauitanti cursu ecclesiā beati Petri ingressa atq; in terram prostrata/pugnis tenerum pectus quassabat: lachrymisq; terrā irrigans vbertim his verbis orabat. O Petre qui iustis reseras regna celestia: obseras iniustis: huc ad tua cōfugi limina: tua volens esse virguncula. Et tu o christe ḡ semper humiliū flecteris precibus remittēdo sordes: serua virginitatē meaz per eterna tibi oblatā secula. Quo pater cognito: illuc dirigit seruos: mandans eā in loco interfici. Qz seruī prouido consilio aliquantulum in itinere consistūt: vt ipso morarū spatio patris mitigaret seuitia. Deniq; eo veniente atq; acriter seuiente: ministri cōminationem mortis artificiose intentabāt. Ad quos illa. Nō (inquit) a genitore talia munera debentur filie: sed iucundius est mihi in hoc loco pulchram mortē oppetere: ḡ iuuētutis florē amittere hoc autem certissime nouerit genitor meus: q; nunq; copule nuptiali in vita ista consentiam submitti. Referentibus ergo famulis hec dño suo: ille furorez sui animi neqnaq; sine lesione filie mitigare voluit: sed custodie deputans seruabat eaz ad illa que facere disponebat. Dumq; ista geruntur: dei misericordia facient: contigit beatū Eustasiū reuerti a legationis expletione regis Clotharij. Qui cognoscens tam diram animaduersionē patris in filiam irrenocabiliter seuire: studuit eius animi seuitiam duris verborū aculeis terebrare: et ad penitendum compungere. Neq; vero inde rediit quousq; puellaz desiderato sanctimoniali habitu per Bondoessenum Meldensem epm ornaret: ⁊ vt idem Wauguericus pater puelle monasterium in proprio solo famula rum dei congruuz habitationi construeret. Porro sanctus vir Ualbertus clarescentibus vite meritis: post Bōdoaldum Meldensium episcopus egregius successit.

Ualbertus Meldēsis epꝰ.

Sāctus Billenꝰ

§. I. Prestantissimus itaq; Wauguericus filium dilectum Pharaonem tyronicij tempore in aula regis Theodoberti exercendū alebat: vt sibi ad dignitatē honoris habendam: quam in palatio regis obtinebat: succederet. Qō deitatis omnipotētia fauēte ita factum cognouimus. Etenim ḡdiu honore sublimatus est regio Theodobertus: Pharao sanctus iuuenis toga militari vestitus/inter proceres palatij familiaritatis plurimum apud eum obtinuit locuz. Postmodum deuictis Theodoberto ⁊ Theodorico. Clotharius quum trium regnoꝝ monarchiam obtinuisset: beatū Pharaonē inter reliquos regni sui proceres amicitie sue familaritate sublimiter nobilitauit. Qua fiducia fretus: per seipsum regē monebat vanos huius vite fauores supernis desiderijs calcare oibus se amabiles prebere: oēs actus ⁊ mores cōpositos habere. Cōsilia quoq; regalia publica ⁊ priuata amoris dei munificētia prudentissime disponebat. Quumq; misericordie operib⁹ insisteret: et reos a morte liberaret: regi q̄z Clotharioꝰ multa bona persuaderet: cognouit sanctā Pharā sororē suā desiderio videndi se grauiter affligi. Ad quā quū venisset: intantū eius familiare colloquiū beati Pharaonis permouit mētē: vt gloriā palatini principat⁹ atq; regalis amicitie contēneret: licitaq; cōiugia in iuuētutis flore posit⁹ refrenaret: secq; ecclesiastico ordini sociaret: vt vrorē suā Blidechildē sacro velamine cōsecraret. Ecclesiā sancti Stephani Meldēsis quā magna premebat paupertas ditissimis villaruz opibus munerauit. Locūq; virginis Phare post somnuz addimento magnifice sublimauit. Cōciuesq; peregrinos ⁊ exules ex facultatibus suis alebat: eiusq; fama odorifera lōge lateq; diffusa resonabat. Quapropter gens Angeloꝝ eius amore irrevocata/suas virgines duobus monasterijs/Cale/scz et Phare deo militaturas per eū mancipabāt. Idē sctūs Billenus Scorum ad prouinciā Attrebatēsem misit: quā sana doctrina christo acquisiuit: ⁊ claris miraculis illic attraxit. Quadam die quum idē sanctus Billenus cū sctō Pharaone corpus reficeret: vas vitreū quo vīnū propinabatur: pincerna tenente casus ruens confractum est. Cerneus autē beatus Billenus vultū ministri in pallorē cōuersum: illi innuit latenter sibi dari frusta calicis fracti: super quē oratione facta vas vitreum redintegratum est. Interea post dormitionē Ualberti Meldensis episcopi/frater eius sanctus Pharao ad idē pontificium petitus: ⁊ a rege Clotharioꝰ quē de sacro fonte ille susceperat: assensus requiritur. Qui cum magna cordis alacritate nō modo fieri mandauit: sed etiaz sine aliqua scrupulositate id fieri iudicauit. Vere admirabilis diuina sapientia: que tres germanos sub sacrato trinitatis numero predicauit pontificali dignitate insignitos: eorumq; germanam Pharam magis vite meritis decorauit. Postḡ vero sanctus Pharao in cathedra sublimat⁹ est: ḡ mira sanctitatis opera in eo claruerunt: testantur virtutes quas ob meritum eius declarandum christus operari dignatus est. Diepasche cum beatus Pharao manus imposition plurimos sanctificaret: atq; sese vt fieri solet: vtriusq; sexus multitudo cōprimeret: quidam puer inter ceteros allatus est orbatus lumine oculorū ad cōfirmāduz. Cuius frontem quum vir deo plenus oleo linireret visibiliter spiritus sancti donū et lumē oculoꝝ recipere meruit. Itez quum sanctus antistes per ciuitatem transiens/quib⁹ competebat visitationis pietatē cōferret: contigit añ vinctorum carcerem eoz transire. Quē quum multi cognouissent adesse petere veniam flagitioꝝ/et solutionem vinculorum cepe runt. Quibus vir dei ait. Exite inquit liberi eo qō penitea mini: statimq; soluta sunt vincula. Sed nec omittēdum est quāta virtute animi eius cōiunx noie Blidechildis/sacro velamine mācipata: sancta pōtificis tētamēta aduersus se antiqui hostis iniecta malignitate repulerit. Quū igitur hec sanctimonialis deo seruiret sanctimonie studijs in villa residēdo: presul Pharao recordatus eius amoris et pulchritudinis/ad hoc vsq; perductus est: vt eam ad se venire mandaret. Qō famula dei quum prima auditione renuisset agere. nō distulit antistes mandatū ingeminare. At illa scdo huic primā negligentiam adiunxit. Quum is duobus mandatis tertiū adiecisset: illa obstinatum intelligens animū eius: argumentosum excogitauit cōsiliū: quo pōtificem a proposito abstraheret: ⁊ suam castitatē cōseruaret. Etenim ornatum abijciens vestiū/totundit cesariē capitis: ⁊ cilicio inducta/sese contemplandā ei prebuit. Quumq; in eā intenderet: vehemēter exhorruit facinus se deliberasse animo illicitū: atq; abstractū se dispositio opere sagaci cōsilio prudenti femine miratus est: que scādalum pulchritudinis sue abiecit a se: ne per oculos corporis caperet preparatus minister deo: ⁊ sanctificatū tēplum spūisancto violaret. Die quadā idē pontifex sanctus egressus est vrbem gra orandi ad oratoriū sancti Remigij. Dūq; ab oratione surgeret subito flebilis clamor auditur: fremitusq; lugentiuz ⁊ heu ingemātium. Refert ei nauis demersa in medijs fluctibus plena grandi populo. Episcopus ascenso ponte fit pronior frigida humor: ⁊ humilem vultum deijcit vsq; ad frigidam terram. vir hora media orauerat: ⁊ flumen baculo quē dextera tenebat rangitur. Mirum dictu. ecce videres nauim depulsam relabi in summum: non stridente vllo rudente nec secante remigior: cunctos demersos referri.

Pharacmel densis epꝰ.

Sāctus Ballus

Eustasius.

Sāctus Attalꝰ.

§. II. Anno decimo Heraclii imperatoris obijt sanctus Columbanus: qui plures discipulos habuit sanctos viros. Et inter ceteros sanctum Gallum qui claruit in Alemania: et in expulsione demonum ab obsessis mirabilis fuit: vt supra dictum est. Fuit etiaz ex discipulis eius sanctus Eustasius: qui Pharā illuminauit: vt precedenti §. patuit. Hic a beato Colūbano ad Italiam paterno directus affectu: equo iure subditas monachorum cateruas rexit tpe Clotharij regis. Sctūs quoq; Attalus vt refert Vincē. vbi. S. sancto Columbano in regimine monasterij Luxouien. succedens: post mortem eius quum egregie monasterium illud gubernaret: diabol⁹ cōtra eum aliquoꝝ subditoꝝ corda suscitauit: qui dicerēt tanti feruo ris austeritatem/⁊ ardue discipline pondera se referre non posse. At ille sagaciter pia fomenta prebere: ⁊ mollire corda tumentia putabatur: suadēs reminisci patres per cōtemptum vite psentis ⁊ mortificationē regna possidere. Quūq; se iam nihil proficere ceneret: pertinaces ire permisit. Qui

post ḡ

postꝯ ab eo segregati sunt: quū virum dei suis detractionibus laniarent: vnus eorū subito febrium igne succensus inter penas incendij clamare cepit se si posset ad beatum. At talum venire velle: et admissi criminis dāna penitentie medicamento lenire. Vix hoc ei dicere licuit: obmutuit: ⁊ extremum anhelitum taliter dimisit. At illi qui aderant: videntes iniuriā viri dei a deo vindicari: ad eum cū penitētia redeūt: quos ille miro gaudio suscepit: suisq; locis suas agnoscentes culpas restituit. Alij vero q̄ datū penitētie locū non redeundo contēpserūt: diuersis mortibus direpti sunt. Nam vnus eorū securi pcussus interijt. Alius dū parui fluminis alueum transmearet: irretitis poplitibus paruula vnda necatus est. Tertius quū in mari se carine tradidisset ⁊ demersus est. ¶ Quodam tēpore quum Boblius fluuiolus turgidis aquarū molibus violeter ⁊ rapaciter defluēs/ molendinum monasterij suffodere: ac totam officinā vna demergere nitere tur: vir dei hec audiens Synoaldū diaconez ad se accersiri fecit. Cui dixit. Apprehenso baculo quo sustentor vade ad Boblium: imperantisq; voce dicito signo dñice crucis prelator: vt istas ripas fodere desinat: nec presumpte audacie modos expleat: sed p alia incedens latera/ista sinat esse illesa: imperijsq; dñi se cognoscat esse recessurū. Quūq; viri dei ille imperio obedisset: mox q̄ fluuius relicto alueo collis latera radēs: per ardua collis latera velut animalis strictos latices sustentabat: quousq; cōcaua aluei pateret: quo sustētante liquido fluerēt. ¶ Unus q̄ monachorū dum in agro laborare: inopinato ictu ferramenti pollicē sibi ex leua precidit ⁊ superposita gleba quasi funus sepeliuit. Pergensq; ad monasteriū patri rem pdidit. Quūq; vir dei partē abscissi pollicis terre conditā fulcoq; sepultā sibi afferri iussisset: sputo suo illatas manui iunxit. Cōiunctusq; pollex carnis glutino vt antea fuit adhesit: tacitoq; silentio vt abiret impauit. Quū autē suprema vite p̄sentis hora perfunge ret: inter mesta suspiria cordis rugir⁹ pmebat. Deinde gras agens ⁊ fratres in dño confortans animam reddidit celo.

Ualaricus.

§. III. Ex discipulis quoq; sancti Colūbani fuit alius sanctus nomine Ualaricus: qui de Aruernica quondam regione ortus: oues patris sui adhuc puerulus pascebat. Audiens autē hic quō pueri nobiliū in scholis solebāt erudiri: eodē desiderio puocatus / tabellam sibi fecit ⁊ cū summa veneratione ⁊ instantissima prece impetrauit a magistro infantuz vt sibi scriberet alphabetū ⁊ prima sibi elemēta mōstraret. Quo facto letus ad opus iunctū remeabat. Sicq; in breui/ dei fultus auxilio/ pre suo ignorante/ totuz impetrauit psalteriū. Deinde cepit ecclesiā frequētare ⁊ nō multo post sequut⁹ e auunculū suū ad monasteriū noie Autimiū. Quē sequut⁹ pater suus minis ⁊ terroribꝰ atq; blāditijs reuocare nō potuit: quibus abbas ⁊ fratres eū deprecarenē vt cū patre reuerteret: ⁊ imponerent ei ieiunia duorū ⁊ triū dierū si hoc nō faceret. Illo firmiter in ꝓposito psistēte: ait abbas fratribꝰ. Nō abijciam⁹ qō misit nobis dñs. Post hoc cepit semp ad altiora festinare: ⁊ peregrinationē p dei amore appetere. Tūc perrexit ad monasteriū Macharij quōdā Altisiodorēsis epi: vbi a beato pōtifice benigne susceptus est: vbi etiam districtissime viuens / cepit a multis predicari. Ad quez quū quidā diues ⁊ nobilis deuenisset Bobo noie: audiēs ab eo verbū dei / cū eo remansit nec vltra ad seculū est reuersus. Hi duo pariter perrexerūt Luxouiū ad sanctū Columbanū. Sub huius sancti Columbani magisterio factus est Ualaricus horzulanus: qō officium ei iniunctū est causa probande eius humilitatis. Eius olera nec a vermibus: nec a balitq; ledi poterāt: quū alia olera circūquaq; deuastarentur: qō Ualaricus fratrū meritis adscribebat. Tunc cepit sctūs Colūbanus eum inter probatos monachos reputare: iudicantibꝰ alijs adhuc eum quasi nouitiuz inter pulsantes ponendū. Quū autē ad audiendum verbū dei a sancto Colūbano fratres certatim intrarent: intrante sctō Ualarico cū ceteris: in ipso limine sanctus Colūbanus sentiebat odorez magne fragrātie ac suauitatis ad se venire. ¶ Post hec quidam e fratribus nomine Uuando lenus accensus sancto desiderio petijt a sctō Columbano vt ei licentiā predicandi inter gentes cōcederet: ⁊ p solatio fouende religionis Ualaricū secū abire permitteret: qō ⁊ fecit. Quūq; pariter in Neustria peruenissent: a rege Clotharío remotū locū residendi poposcerūt. ⁊ quū ad quendā locuz Ambianensiū Gualimaco peruenissent: cōtigit vt quidā ob reatus sui meritum in eculeo suspensus esset ⁊ defunct⁹ Quē quū a lōge beatus Ualaricus aspexisset: permotus pietatis viscerib⁹ / cursu concito ad stipitē peruenit. Et phibentibus eū carnificibus ne cadauer mortuuz tangeret: ille intrepidus vinculum soluit: ⁊ corpus defuncti manib⁹ proprijs ad terrā deposuit: ⁊ sup supinata eius mēbra se cū lachrymis ⁊ oratione prostrauit: ita vt facie sua faciē illi⁹ imprimeret. Sicq; adstātibus cunctis ⁊ stupentibus / quasi ex pfundo somno mēbris eius paulatim calefacientibus mortuus incolumis reuixit. Prefatus autez rex locuz secretum vt petierat eis cōcessit. Ibi se beatus Ualaricus in quadā cellula segregatus a fratribus clausit: vt omni mundi cura postposita / solito more tantū diuine meditationi insisteret. Ceteri vero fratres cōstruentes sibi cellulā de eleemosyna regis videbantur habere substantiaz. ¶ Quū aūt quedam matrona panē ⁊ flascones p puerum viro dei mitteret: puer auditate cibi ⁊ potus ductus / partem sibi retinuit partem presentauit. Quod quū vir dei in spū cognouisset ait. Quod allatū est / deo gras inde referimus Sed tu fili hoc prouide ne quid incaute sumpseris de illo pane vel flascone quos tibi abscōdisti: q̄ serpens in flascone est: ⁊ venenum in pane. Qō ille videns se derectuz obstupuit: ⁊ reuersus ad illa abscondita sic inuenit: remeās inde ad seruuz dei veniā petijt cū penitentia. ¶ Idē dei seruus quuz de quodā loco tēpore hyemis ad monasteriū repedaret: contigit vt pro austeritate frigoris in domū cuiusdā presbyteri cū sodalibus suis ad calefaciendum se declinaret. At illi qui tm hospitez eximio cultu venerari debuerāt: vt hui⁹ sacro eloquio sicut ei mos erat instruerentur: magis ei turpia ⁊ luxuriosa verba et inhonesta vna cum iudice loci eius audacter et contumaciter loquebantur. At ille vt semp cōsueuerat: putridis hoīm cicatricib⁹ salubria verbi dei medicamēta imponebat dicens. Nunquid in euangelio nō audistis. De oi verbo otioso reddituri sumus deo rationē in die iudicij? Sed magis ac magis contēpto eius precepto: impudicissimis ebulliebant sermonib⁹. Tūc ille volui inquit corpusculū meū aliquantulū a rigore frigoris refouere ex igne: sed vestris prohibeor sceleratissimis verbis: ⁊ nunc etiaz exire a vobis nō calefactus cōpellor. Egressusq; de domo / pluuerem ibi de pedibus suis excussit ⁊ ad locum destinatum iter direxit. Sed illos infelices et procaces vltio diuina subsequuta est. Nā ille p̄sbyter qui recte sibi vel alijs putdere neglexerat: oculorum subito lumē amisit. Et prefato iudici loci illi⁹ subito emarcuerūt vtrilia. Tūc sera penitētia ducti: supplicabāt humiliter vt iterum domū illā famulus dei vellet intrare: sed ille nō assensit: presbyter in sua cecitate permansit: ⁊ alter putrefactib⁹ genitalib⁹ interijt. Merito autē vir sanctus tātis virtutib⁹ eminebat: qui ab vtero matris virgo manebat: humilitas ei⁹ ⁊ benignitas modū humanū excedebat: ⁊ intantuz diuina gra ⁊ cōpunctiōe plen⁹ erat: vt quoties predicabat discipulis: vel deo psallens celum aspiciebat: toties lachrymas effundere soleret. Tāta in eo erat māsuetudo vt auicule in manu ei⁹ cibū sumerent sine formidine: ⁊ articulis suis qñcūq; vellet oblitas sue feritatis: ⁊ quasi domesticas eas palpitaret. Lectulus eius ex virgis cōtext⁹ vili lectariola tegebatur. Facies eius valde pallida ⁊ macie cōfecta: q̄ frequēter in tota hebdomada nisi in die dñica nihil sumebat in cibo. Nō vinū: nō sicerā: tm̄ in aduētu quidē hospitū ⁊ in charitate de his oibus poculis pregustabat. Qñ vero per eum dñs lāguentibus gratiā curationū cōferebat: vel futura vel occulta pnunciabat: tūc roseo colore ei⁹ gene nimio fulgore micabāt: vt palā oēs intelligerēt: q̄ ea p euz facta vel dicta: sctō spū cooperante fiebant. Multoties in vigilijs pernoctabat. Furtiuas orationes inter cōdensa vepriuz: et per cōuexa valliū frequenter fecit. Tunica cum cuculla tantum vtebatur. Peccante aliquē de fratribus minoribus postq; iusserat flagellari: sepe hoc fieri phibuit. Sed vocatum ad se blande admonebat: vt ista sola verecundia ei sufficeret: quatenus deceterο illud vitium non iteraret.

Uindicta deiꝫ pcaces

§. IIII. Per idez tempus floruit Hildeunrus. Qui vt refert ex gestis eius Uincen. specu. hist. lib. xxiii. natus in ciuitate Meldensi: postea ibi fuit factus epꝰ. Hic quū esset quinquennis: tradit⁹ sancto Pharaoni ertitit sacris literis imbuendus. Conuicia sodalium patiētissime portabat. Et ex quo presbyter a sctō Pharaone est factus: semper cilitio ad carnē vsus est. Monitu sancti Pharaonis monasterium petijt: ⁊ post Pharaonem epꝰ factus est. Iuxta vbem Meldensium habebatur ecclesia sancte crucis: in qua quondam sepultum fuit corpus sancti Pharaonis. In huius ecclesie atrio Meldenses suos mortuos sepeliebāt. Accidit autē vt quidā maligni viri beatum Hildeunrus peterent: vt in illo atrio sibi liceret aliā ecclesiam edificare: qō ⁊ factū est. Sed idem templū anarritie structuerat: nocte precedente qua in crastinū dedicari debuerat funditus corruit. Quo timore perterritus beatus Hildeunrus et penitentia ductus: Romaz adijt ad Bonifacium papā: vt penitentiam ei iniungeret super hoc peccato: qui post satisfactionez missus est ad predicandū. Introiens

Hildeū tus.

autē per singulas domos dicebat. Hic domui pax ingrediē-
tibus ⁊ egredientibus. ⁊ sic verbum incipiens ad finem vsq;
complebat. Hoc faciebat vsq; Hierosolymam progrediens
⁊ reuertens. Septimo anno reuersionis sue/retulit pape q̄
gesserat. Rediens autem in Galliā cū authoritate dñi pape
in loco qui dicitur Latiniacus/inuenit monachum nomine
Fulseū sanctitate precipuū. Cui angelus dñi adstitit per vi-
sum dicens. Hildeunt⁹ eps mane veniet ad te: cui a domino
noueris peccata esse dimissa: vide ergo vt eū suscipias cum
honore. Ad hunc quū veniret sanctus Hildeuntus: proiecit
se ad pedes eius. Qō ille videns ruit in faciem. Deinde ve-
nit Hildeuntus in locū. vij. ab vrbe miliario Meldensium
vbi constructam ecclesiam in honore beate Marie dedica-
uerat. Ibi missam celebraturus chirothecas de manibus
suis extrahens: apposuit eas radio solis: ⁊ sustentate sunt
ibi spatio trium horarū. ¶ Deinde suscitauit quendam pue
rum sine baptismo mortuum: quē baptizans vocauit Alde-
bertum ex nomine patris sui: quez iurta se precepit sepeliri
anno. vij. post eum moriturum. Horum duorū corpora bea
tus Mauiolus abbas ex reuelatione angelica postea leua-
uit de terra: ipse ⁊ plurimi episcopi cum eo.

§. V. Florebant quoq; et circa

idez tempus Austregisillus vt refert Vincen. vbi supra post
Sigisbertum in Gallijs Bituricensis archiepūs. Et sub eo
Austre gisillus Sulpitius: Cunibertus Colomēsis: et Joannes Tungren-
sis. Hic Austregisillus inter cetera virtutum miracula qui-
bus in vita sua claruit: quendaz molendinarii curauit: qui
die dñica temerario spiritu volens emendare molam: acce-
pto ferro ancipiti qō vulgo scoton appellant: cepit molam
terere. Ex quo peccato adhesit manui eius manubrium fer-
ri illius: quod nullus poterat de manu eius auferre: ⁊ tanta
arctatione arctat⁹ est: vt inter digitos eius iam cepisset san
guis effluere: et aspicientibus ob fetorem fastidium facere.
Uenitq; ad prefatum dei hoīem postulans dei auxiliuz: qui
accepit manum eius cui adheserat malleus: et digitos pri-
mum extendens tulit ferrū illud: ⁊ manū eius attrectāsoēz
dolorē expulit: sicq; sanatus homo recessit. ¶ Post obitum
eiusdē sancti/quū Pipinus Frācorū princeps cōtra Eudo-
nem Aquitanie principē volens dimicare ad vrbem Bituri-
cam peruenisset: barbari de exercitu domum quandā in vil-
la Carobria que prefati sancti fuerat: in quā frequenter ve-
nerat: vicinis contradicentibus totā vallauerūt incēdio sta
timq; arrepti a demonio/vnus ex eis abstracto ostio de ipa
domo que ardebat in flāmam se proiecit: ibiq; vitaz finiuit.
Alij etiā sese dētibus lacerabant: nōnulli vero seinuicē mē-
bris truncabant. Nec multo post quū prefatus Eudo vnum
de optimatibus suis Aginum nomine/in monasterio sancti
Austregisilli manere iussisset: ipe quicquid inuenire potuit
in ipso monasterio comitibus suis dispensandum tradidit:
ita vt nulla fratribus substantia remaneret. Quūq; abbas
ei supplicasset dicens. Miserere seruis tuis vt possint viue
re ⁊ pro te orare: ⁊ ille superbus preces eius despiceret: acce
dentes monachi ad sepulchrū sancti cū lachrymis orare ce
perūt: vt eos ab inimico dñs eriperet. At ille infelix Agin⁹
oēs sancti viri Austregisilli villas plustrās / pecora ⁊ quecūq;
alia inueniebat secū ducebat. Et quū iter faceret: apparuit
ei per somnū sctūs Austregisill⁹ dicens. Cur me tam graui-
ter predaz? es/⁊ mihi seruietes reliquisti tā tristes? Hec di-
cens pcussit eū in cerebro. At ille euigilans ⁊ a sctō Austre-
gisillo se percussum exclamans: paulo post expirauit.

§. VI. De sancto Sulpitio. Hic

(vt narrat ex gestis eius Vincen. specu. histo. vbi supra) cla
rissimis ortus parētibus/in flore primeue etatis christi mi-
litiā ruptis seculi laqueis tā ardēter suscepit: vt si tēpus p
sequutiōis nō defuisset: piculis se spōte ingereret. Nil aliud
adhuc in seculari habitu positus/visus est agere q̄ mona-
steria construere: ecclesias instaurare: ⁊ miseris auxiliū fer
re. In ecclesijs longe a domo parentū positis/clam silentio
noctis indutus vestimentis penitētie/sacris orationib⁹ p
noctare solebat: ⁊ diluculo rursus seculari veste ornat⁹ san
ctum propositum occultabat. Hic erat eius infantie ludus
talis in eodē conualescebat in deū affectus. ¶ Nocte qua-
dā dū in vna ecclesia cū duobus pueris contēplationi intē-
deret diutius: duo teterrimi ethiopes apprehēsos pueros
singuli ab ecclesia abstrahere nitebantur: quos vir dei post
tergum magnis clamoribus eiulantes attendens: tetros
illos aspexit: ⁊ manū cōtra eos eleuans: illos crucis vexillo
repressit. Quibus subito elapsis pueri illesi remanserūt. Ex
eo tpe hostis callidus oia contra dei seruum moliminaver-
sans: quē mente non valebat corrūpere: minis phantasticis
nitebatur deterrere. Fama autēde eo longe lateq; dispersa:
quum a fidelibus Clotario hoc esset suasum: ab Austregi-
sillo Biturice vrbis epo petijt vt vir sanct⁹ q̄ iā leuitice sor
tis graduz attigerat: in castris suis abbatis officio potire-
tur: et postea eodē sancto epo migrāte idē vir sanctus Sul
pitius dño procurante epalis apicis emeruit primā Aquita
nie sedem. ¶ Decus igitur pontificale nacrus/oneri succu-
buit non honori: oīb⁹ oīa factus tradēs seipm ieiunijs in-
desinentib⁹/⁊ vigilijs pene iugibus: ita vt siquādo parum
aliquid somni necessitas naturalis exigeret: hūc non super
strati mollitie: q̄ nūq̄ vti cōsueuerat: sed sup solius mattule
cilitijq; superficiē deprehenderet. Tanta in eū gratia virtu-
tum augebat: vt minus p eū signa/q̄ dudum per apostolos
fierēt. Nā demones in verbo fugauit: egros oratione cura-
uit: mortuū etiā suscitauit. Quūq; ad eū visendi grā quidā
ex optimatibus aduenissent: ⁊ eis humanitatem quā oīb⁹
impartiri nouerat: exhiberet: ministris in aliud detentis:
ignis flāma tecta velociter deuorare cepit. Jamq; respersa
ceperunt quati vniuersa: ⁊ mināte ruina vniuersis presidio
desperato fugā arripiētibus: sacerdos dei manu cuz crucis
vexillo resistere nititur flāmis. Et mirātib⁹ oīb⁹ ita flāma-
rū globi extēplo restricti sunt: ac q̄ manū suā seruus dei re
traxisset: ac si magni aquarum fluminis impetu undiq; va-
lati fuissent. ¶ Quedam mulier illustris spicis segetum re-
pleuerat horreū magnum. Intrepesta nocte scelestus ingre-
diens ignē coniecit: ⁊ flāma strepēte tumult⁹ increpuit. Uir
dei reperta causa currēs cū cāticis spūalib⁹ rogū circuiuit:
⁊ miris modis cū baculo terminū defigit quē igneus collis
transgredi nequeat. Flāme itaq; quum oēs vicinas domos
tangerēt ex oīi parte ad se reuerse chaos fugiūt qō trāsgre
di nō audent. ¶ Procul ab vrbe arborē immanē precidi iu-
bet. Que dū succisa veloz corruit: vnus ex pueris in aliud
intentus ⁊ attonitus sistens nō mortez refugit: protinus sa
cerdos manū cū signo crucis eleuans/arborē in alterā par
tē vertit: ⁊ sic de mortis periculo puerū abstraxit. ¶ Unus
ex sceleratis in prōptuariū sancti viri noctu se violēter in-
iecit: ⁊ diripere nitēs que facinus furti cōceperat: quū abi
re festinaret: nullus ei adit⁹ patet: sed quasi carcere ceptus
ligatur undiq; reus: sic totius noctis itinere cōsumpto: ma
ne vir dei vnum de custodibus euocat: ⁊ mittens ad socium
mādat vt quē erroze lassatū et quasi quibusdā vinculis, ar-
catū ita in crimine inuentuz in promptuario inuenisset at-
traheret. Nec mora minister sociū adiens vocauit: scelestum
inueniūt intus: et vt attraherent cōprehendunt. Sed inter
eozū manus elapsus: timens se in crimine deprehensum: ⁊ a
turbis undiq; vallatū: malēq; celerem mortē subire q̄ lon-
gos cruciatus trahere in puteū valde profundū se precipi-
tauit. Et tū quū euz vozax terra susciperet: sancti suffragia
postulabat. Tunc vir dei velociter accurens/iubet quēdam
puerū descendere nexū: ⁊ scelestū extrahere circumplexum.
Quūq; oēs nec eū posse viuere clamitarent: sed iā interisse
crederent: de puteo incolumis extrahitur. Qui ad scti vesti
gia prostratus veniā postulabat facinoris. Cui sctūs pieta
te plenus indulsit: et eius vsib⁹ necessaria prebuit: sepe mo
nens vt potius petat q̄ rapiat. ¶ Quū vnus ex discipulis
iā diaconus effect⁹/repedādi ad propria licētiā postulasset
⁊ ille dare noluisset ne aliquid sinistri ei in via contingeret:
demū illicētiatus cū equo absessit: sed tota nocte discurrēs
mane se ibi reperit vnde iter ceperat: eiq; veniā postulauit
⁊ accepit. ¶ Idē cū quadā nocte psalmoz cāt⁹ in baptiste-
rio peregisset: perrexit ad bti Martini basilicaz. vt reliquū
noctis vsq; ad matutinas in diuinis laudibus expleret. Inge-
rēs se demō in specie auis teterrime/lumē qō puer prefe-
rebat primo suffocare nitit: deinde in facie oculosq; sctiviri
cū impetu injicies: ⁊ huc illucq; eminus circūuolitans: vio-
lentū ⁊ infestū se reddebat. Cuius vir dei gesta perpendens
scio, inquit, quis sis antiqui serpētis minister: ⁊ fcto signo
crucis euanuit: sed ex inuidia sancti viri stimulos accendit:
Quūq; vnū de pueris pro pauperū subsidio exhibendo ad
quādam locum ire precepisset: demon se obuiā obtulit: eiq;
de vehiculo eiecit: ⁊ male mulctatum flagris exanimē reli-
quit. Ita defertur a proximis ad domum: ⁊ nemo retulit ad
virū sctm. Tandem ipse sensit spiritu prophetie eum conti-
nuatis diebus decē mutū ⁊ cecū permanere: omniaq; mem
bra premortua: ⁊ ita obseratis dentibus ex ore: vt nec aque
guttā aliquis posset interius fundere. Tunc ex affectu san
ctus vir lachrymas fundens: ⁊ in oratione se prosternens:
panis buccellā cum vino iubet afferri. Horaq; vt reseratis
cū ferro dētib⁹ stillā vini qō miserat proximi perfuderunt:
sensus amissi reddunt: ⁊ in vigorē pristinū mēbra redeunt.
¶ Unus etiā ex socijs quū aliquando ad ecclesiam perno-
ctare pergeret: diabolus opus bonū impedire nitens / ei oc
currit: eumq; cedibus afflictū exanimez dereliquit: quē vir
dei oratione incolumem fecit. ¶ Nec multo post quum ru-

sticus

Ricus quadaꝫ arrepta manu securi die dñico operarer: illico manus eius aresciꝫ: ꝫ cuꝫ neruis securis adhesa recluditur. Qui ad dei seruum accedens: ꝫ oratiõe sua, sanitati restituitur. Deniq; vir sanctus plenus diebus / in pace: quieuit et post obitum multis etiam miraculis claruit.

§. VII. Fuit ꝫ eo tempore sancta

Sancta Saleberga. Saleberga abbatissa: vt scribit Uincen. vbi supra ex gestis eius. Hec in suburbano Leucorum oppido / territorio Lingonico confini / parentibus nobilibus ꝫ religiosis orunda fuit. Quumq; beatus Eustasius abbas sancti Columbani successor / ad eliminandam Bonosiachã hereſim in Germaniam pperasset: ꝫ remeans ad prefate puelle patrem Bondonium peruenisset: ille velut gratissimũ munus eum suscepit. Qui inter sacratissima exhortatiõis verba / scisciari fecit vtrum ei soboles esset. Cui ille duos adolescentulos ob benedictionis gratiã percipiendã presentauit. Sed vir sanctus si adhuc proles superesset: requisiuit. Cui parentes fatentur se adhuc habere puellam dudum luminibus orbatã. Ueniat inquit et ipsa. Triduano igitur a semetipso exacto ieiunio: super oculos puelle oleum benedictionis infudit: ꝫ mox sanitatem recuperauit. Postea parentes de liberorum successione cogitantes: eam contra voluntatem suã cuiudã generoso in matrimonium copularunt. Qui vir eã duobus mensibus habens mortuus est. Brũs quoq; Eustasius post multa rerum discrimina / post hereticorum procellas / ꝫ schismaticorũ fraudes / summis pollens miraculis migrauit ad dñm. Cuius loco sanctus Ualbertus in regimine fratrum subuectus est. Sancta ergo Saleberga viduata sub laico habitu vigiliis / ieiuniis / et eleemosynis intenta: doctrinam quam a beato Eustasio acceperat: animo ruminabat. Jussu aũt regis Dagoberti ob liberos procreandos cuidam viro Balduino: qui in aula regia morabat: in coniugium sociata quinq; filios habuit. Tandem viro conuerso: prolibusq; deo sacratis: veste religionis acceptã: inito cũ sctõ Ualberto consilio: conniuente etiam marito: cenobium puellarum in suburbio Lingonensi in hereditate paterna extruxit. Post hec bello ciuili inter reges Francorum circa fines illos orto: loca vicina depopulata sunt. corpora quoq; sanctorum igne cremata. Tunc illa habito consilio cũ sancto Ualbertoꝫque ꝫ postea habuit ꝫ comitem itineris / ꝫ socium laboris: paternũ solũ relinquens / ad vrbem Lugdunensem cum maximo apparatu et cum aliis a deo sibi cõmissis perrexit. Ibiq; extructo monasterio intra paruũ tẽpus trecente circiter famule christi ad eam sunt adunate. ¶ Quadam die dum beati viri Ualberti prestolaretur aduentũ: et falerni copia deesset: iussit ceruisiam fieri ꝫ in dolium mitti. Sed quũ vas ad plenũ non esset refertũ: sororq; que cellariũ custodiebat: hoc retulit Saleberge: qr scilꝫ sic non plenum cito acesceret. Sed meritis sctã vas repertuꝫ est plenum. Et post quandã mirabilẽ visionẽ reuelatũ ei fuit q̃ inde ad centum dies migraret e corpore: vnde qualibet illaruꝫ dierũ diceret vnum psalterium / termino sibi prefixo perrectura ad dñm.

Ualbertus Eustasij successor.

Sancta Saleberga struxit monasterium Lugduni.

§. VIII. Mortuo rege Francorũ

Dagobertus Fracorũ rex. Clotharío regnauit filius eius Dagobertus anno imperij Heraclij. xx. Hic Dagobertus vt narrat Uincen. specu. hist. monarchiam trium regnorum suscepit: qui fuit nutritor orphanorum: et benignissimus in Francos: in iudicio iustus: ecclesijs: largus. Qui primus eleemosynarum copiã per ecclesias sanctorum de fisco palatij erogari iussit in cuncto regno suo. Rumor eius in bonos: simulq; metus et timor in oẽm regionẽ per circũitum peruenit. Pacem in omni regno suo statuit: ac velut pacificus Salomon / quietus regnum Francorũ obtinuit. Ipse Dagobertus aliqñ irã patris veritus sui Clotharij: ꝫ consiliariũ eius cesum ꝫ detonsus dehonestauerat: parisios ad ecclesiam sancti Dionysij confugit. Et qr nullo modo inde extrahi potuit: locum illuꝫ semper cordi habuit. Instante aũt die dedicationis dicte ecclesie. vj. kal. Martij. nocte que diem ipsam preueniebat: populis ex more ab ecclesia excluſis / quarenus die crastina liberior eẽdis ingressus prepararetur: res contigit memoratu dignissima: que futurorũ etatib⁹ fideli innotescat relatu. An iamtorũ ignoratia: an industria contigit incertũ habemus leprosus quidam ecubitoribus tũ non incognitus in ecclesia predictorũ martyrum fide plenus pernoctauit: secretumq; locuꝫ vigiliarũ gratia solus occupauit: reliqui vt dictum) est populi: et ipsius ecclesie custodes foris secus expectabant. In ipso aũt noctis cõticinio / tantũ iubar illã ecclesiam totaꝫ illustrauit: vt multorũ cereorũ splendor illi iubari cederet: vtpote quam sol diuinus suo iubare illustrasset. Insomnẽ ducebat leprosus noctẽ illã: ꝫ pre claritate ineffabili stupuit: ꝫ si quid subsequereꝫ lucẽ illã solertissim⁹ expectare cepit. Ecce autẽ repente dñs Jesus pontificũ pontifex cum illis suis familiaribus beatis apostolis Petro ꝫ Paulo adfuit: sanctisq; illud collegiũ adiunxerat martyres gloriosos Dionysiuꝫ / Rusticum / ꝫ Eleutherium. Quam visionem nequaq̃: sicut prouenire frequenter assolet: somniatis more videbat: sed oẽs et oia vigilibus oculis perpendebat. Uidebat nãq; ipsum dñm Jesum niueis vestibus indutum precedentẽ: et signa sua dedicationis luculenter illis partibus impnimentẽ: et seriatim officiũ episcopale implentem. Ipsumq; venerabilẽ processionẽ suoꝝ fidelium subsequentem: inter quos specialiter ipsos apostolos ꝫ prefatos martyres adnotauit. Completoq; de more dedicationis officio ad leprosum saluator accessit: eiq; voce que possit intelligi: dixit. Intrepidus audi: et foris expectantibus nostris epis que vidisti: ꝫ que tibi mandauero aperi. Ne solicitẽtur decetero de dedicationis ecclesie officio: qr nos manus adhibuimus: ꝫ prout vidisti: totũ consecrationis officiũ cõpleuim⁹. Leprosus aũt ꝫ pro ordine dñi expectate visionis iam securior: ꝫ p saluatoris alloquio iam hilarior. Et quis (inquit) dñe mi: dictis meis aurẽ credulam accõmodabit: ego enim oim hoim miserrimus ꝫ abiectio plebis factus: apud hoies testandi locũ non habeo / qm̃ (sicut vides) elephantina peste deformiter laboro. Quid multa? Ad elephantinũ accedit saluator: ꝫ leni tactu faciei eius manum admouit: eiusq; caput circũtetigit: ꝫ mirum in modum ablata cũ ipsis horribilibus pustulis cute / ipsaq; cesarie: leprosum sanitati potens medicus restituit: ꝫ ipsam quã capiti eius carneam tunicaꝫ detraxerat: lapidi qui proximus erat imposuit: eãq; sicut heri ꝫ nudiustertius erat effigiata cum ipsis vlceribus manere fecit: vt ipsam exoratã faciẽ verã faciem putares: ꝫ dele prosa effigie nihil dubitares. Et adiecit. Uade inquit / si tibi nõ credunt: istis saltem signis nullatenus discredẽt. His dictis / ꝫ lux illa que multorum luminariũ iubar offuscabat abscessit: ꝫ beata visio spectantis oculis disparuit. Dies illuxit: ꝫ quidam matriculariorũ ingressi sunt ecclesiã: ꝫ leprosum in gratiarum actione repererunt. Rogat se ad regẽ adducirem siquidẽ habeo (inquit ad eum secretã. Ad Dagobertuꝫ adducit: ꝫ diuini oraculi seriẽ ploquit̃. Uere dedicationẽ huius ecclesie a dño deo factã hac nocte vidi ꝫ audiui ꝫ ita deinde redditus sum sospitati. Et extendens digitum: hec est (inquit) fenestra per quã dñs aulam hanc introiuit. Si mihi non creditis: saltez venite ꝫ operibus ipsis credite ꝫ adduxit eos ad lapidez indicijs nobilibus insignem. Rex admiratur: qm̃ adhuc de veritate dubitabat. Uidebat hominẽ peregrinũ: ꝫ tanq̃ mendicantẽ aspernabat ꝫ egenum. Tandem discredẽti detracta satisfecit cesaries: ꝫ super lapidez posita inder miraculi leprosa fuit effigies. Ut eñ verus fatear: liniamẽta mẽbrorum capitis: auriũ dico ꝫ palpebrarum oris ꝫ narium / ita in suis locis manebant marcida: quasi omni ambiguitate procul explosa. De miraculi veritate cercuiosi etiã incredulis: si qui fuerant: stuperent / confutarẽtur ꝫ crederent. Aspersus rumor ꝫ certus ad admirationem et gratiarum actionẽ inuitat episcopos: ꝫ conglobatos ad dedicationem ꝫ laudem cogit populos. Parietes diuinis insigniti manibus / rei geste testimoniũ perhibebant. Recondiꝫ cesaries illa in congruenti capsula: qua vsq; hodie inter reliquias conseruant illius ecclesie scrinia: vt pote quaz dei manus tetigerat. Dagobertus sup hoc non mediocriter letificatus: de honorãda ecclesia illa cogitauit: ne cui deceret subiacere nisi Romano pontifici: priuilegio beati Petri fecit eam muniri: ꝫ regalibus donarijs decorauit. Cui quicquid de suis regalibus fiscis conferebat: parum erat.

Eccl'ia sancti Dionysij est exempta.

§. IX. Tẽporibus huius Dagoberti claruit sanctus

Magnodobus. Magnodobus Andegauensis epus. Qui scilꝫ Dagobertus rex fama bonitatis eius comperta: eum ad se parisios accersiri fecit. Quũ ergo ciuitatẽ ingrediens valuas transiret: rei qui in ergastulis tenebantur cõperto eius aduentu: vocibus importunis eius solatia petebant. Judicẽ ergo adiens rogare cepit: vt ꝺãnatis veniam prestaret: ꝫ voluntati eius aduersanseum sine effectu abire fecit. Qui ecclesiã qua tendebat ingressus christum exorauit vt noxios liberaret a neribus. Nempe compedes sunt attritimanicisq; contusis / aditus carceris libere vinctis patuerunt. Prosilientesq; ꝫ sancti viri vestigijs obuoluti gratias retulerunt. ¶ Idem vir diocesim sibi cõmissam illustrando circũiens: quũ ad prediũ qui Quartianiticus dicitur: peruenisset: pueri garruli conuitia nefandaludendo iactabant. Quos illo intuente / subito vnus ex eis pulueri mixtus cuz lacq; ferebatur. Tunc sodales cuz parentibus tristes ac terentes nihil profecerunt. Jamq; desperatione fatiscentes tan-

Diui Dionysij edes a xpo dedicat

dem insula ⁊ diuisos tramites adepti: puerū repererunt inter condensa vepriū semianimē: ⁊ vix exulem anhelitū trahentē. Quez parentes cū magno gemitu pallio inuolutum et pene totis artub⁹ discerptum: in presentia sancti viri obtulerunt: qui apprehensa manu eum leuauit. ⁊ vite prepotē ac valentē parentibus reddidit. ¶ Quodā tēpore quuz iter faciens nauali solatio ad transmeanduz fluuium indigeret: linter citra amnez sita videbatur: sed deerat qui ei adducere conaret. Qui quū more solito ad orationē cōfugeret: repente proza ex loco in quo annexa tenebat exiliēs: absq; remige ad litus in quo prestolabundus aderat: natando deuehitur. Qui deo gratias agens/cuz omni comitatu suo in eam descendit: ⁊ ad locuz quo tendebat: prospero cursu aduenit. ¶ Quodā tēpore quū famis inedia ad virū dei (vt consuetum erat) conflueret multitudo pauperum undiq; ipse vt dapsilis largitor agapem fecit: ⁊ oēs vsq; ad satietatem refecit. Quūq; clientuli ei⁹ summā nummoz indagarent qui in cibos pauperum distributi fuerant: duplicata repererūt que erogando cōsumpserāt. ¶ Abbas quidam Heraclius virtutibus eius inuidens/per viros malitie sue cōscios poculum mortis clam ei propinari iussit. Quos ille ad se venire conspiciens: prestigia eoz̄ mortifera diuinitus intellexit. Sed euangelici precepti memor/oēm eis humanitatē in cibo et potu exhibuit. Deinde momta salutis adhibens: vt a tam nefanda versutia secederent: ne strictius pena in barathro mulctarentur persuasit: osculoq; pacis osculo abire permisit indēnes. ¶ Circa idem tempus /Aldanus episcopus sancti Columbani discipulus a Scotia veniens: apud Anglos clarebat sanctitate ⁊ doctrina: vt refert Uincen. vbi. s. Hic quando verbum faciebat ad populū Scotica lingua: si deerat interpres: rex Anglie Odoaldus indutus veste regia: interpretis officio fungebatur. Ipse rex cibos sibi prozpter pauperes subtrahebat. ¶ Florebant in Frācia hoc tēpore tres fratres Ado/Indo/⁊ Dado: qui et Audoenus dictus est. Qui suam erga deum deuotionem ostenderunt/singuli singula monasteria fundando. Ex quibus Dado fuit referendarius regis Dagoberti. Referendarius autem dicebatur ad quē publice conscriptiōes referebant: vt per eū annulo seu sigillo regis confirmarentur. Hos ad hoc animarat Eligius iamdudum in aula regis Clotharij clarus.

Sancti Aldani

Sancti Adonis ⁊ Dadonis

§. X. Tunc etiam sancta Aurea

Sancta Aurea.

abbatissa claruit: quam sanctus Eligius monasterio virginum a se Parisijs cōstructo prefecit. Hec igitur sancta Aurea: vt notat Uincē. vbi. s. in monasterio Parisiensi trecentarum puellarū prelata fuit: genere quidez nobilissima: tāta; virtute predita patientie: vt nulli malus pro malo redderet: sed sibi inuidentes etiam plus diligeret. Dum autē in villis sororum esset aliquando mater sancta: huius cellararia atq; clauigera sibi dilecta noie Deda nunciatur defuncta. Unde admodū dolens ad monasterium est reuersa: tertia tñ iam luce ab obitu eius preterita. Non autez ausi fuerant sorores eā sepelire sine abbatissa: nec sibi poterant iaz migranti claues officinarum extorquere/asserenti nulli sororum reddituram se eas ante aduentum excelse virginis Auree. Tunc illa in feretro iacentem intuita accessit: ⁊ eam proprio nomine vocauit: statimq; viua resedit. Quid nam (inquit) de rebus monasterij tibi commissis de clauibus egisti? Mox illa rationem reddens de vniuersis rebus ⁊ expositis claubus cum licentia sancte abbatisse migrauit ad dñm. ¶ Quadaz vice quum panes deessent quibus sorores hora congruenti reficerentur: illa valde tristis earum murmurationes metuens: cenobij clibanos inueniendi gratia circūiuit: ⁊ ad vnum properans pistorem an haberet panez paratum interrogauit. Quo respondente q̄ presto existeret si clibanum scopis nitidum aliquis redderet. Illa mox clibanum penetrauit: prunasq; adhuc feruentes cuz cineribus manibus suis foras expulsis/fornacem mundissimam exhibuit. Ut autem duplicaretur miraculū: ⁊ laus virginis sancte augmentaretur: campanas in turricula sine manibus sonantes audiere sorores: omnesq; ciues circumiacentes: deumq; cuncte laudibus celsis predicauerunt / Te deum laudamus concinentes. ¶ Quadam die dum missam audiret: et lectio euangelium incongrue pronuntiaret: illa nolens in verbis dominicis audire fallaciam: de humero diaconi stolam auferens humero suo imposuit lectionez euangelicam perlectura: vnde et angelica increpatione culpata in quodam sancti Quintini oratorio se clausit: et ab omni hominū aspectu septem annoruz curriculis se remouit: ibidem acerrimam ducens penitentiam. Assidue sedebat in cathedra quam sibi mirabilem parari fecerat: habentez sc̄z quinquaginta clauos in dextera ⁊ totidem in sinistra: totidemq; in dorsi regione: sicq; psalterium: quotidie cantabat quinquaginta scilicet psalmos innixa totidē clauis dextere partis. alioq; totidem in sorte leue: tertios similiter in posteriori. Nunq; carnem comedens: aut vinum vel siceram bibens: pro vino bibebat stillicidium ex cineribus expressuz. Existimabant tamen quedam sororum eaz aliud bibere: vn de quedam temeraria experiri cupiens et alijs propalare quid biberet: latenter intrauit lectulum vbi colabatur cineribus potus eius. Apponens autem ori suo tentatrix/ extemplo percussa est paralysi in vultu: ita vt bucca auricule iungeretur. Sicq; se ream agnoscens / ante pedes sacre virginis veniam postulabat: quam pariter et medelam obtinuit. ¶ Tandem beato Eligio apparente cuidam adolescenti in ecclesia: ⁊ sanctam virginem ad se vocante: quum ille ei nunciasset: sed illa properans quum illuc venisset: et iam visio abolita esset intellexit se ex hoc modo vocari: et migrās ad dominū sepulta est honorifice in ecclesia Pauli apostoli. ¶ Apparuit autem angelus dñi in visione cuidam abbatisse in Syrie ciuitate transmarina: oculos quidē habenti: sed minime videnti: dicens vt equoza maris trāsiret: ⁊ Parisios adiens basilicam beati Pauli inquireret: quia si virginem Aureā ab illis finibus peregrinam illuc profectam/⁊ illic humatam de humo leuaret et in locū magis honorabilem poneret: mox eius meritis visum reciperet. Quam visionem quum episcopo ciuitatis retulisset: ire cum illa arrisuit. Sed illa itinere fessa remansit. Cui precum illa arrisuit. Sta in hoc loco fabricandi gratia scrinij sanctum virginis corpus recepturum. Tunc Franciam adijt: et Parisiorum episcopo visionez narrauit. Ira duo presules cum clero ⁊ populo ad basilicam peruenientes: sanctum corpus ac super pectus eius librum quem illa secum de Syria detulit inuenerunt: atq; in sepulchro epitaphium huiusmodi. Hic iacet Aurea peregrina. Leuatoq; corpore brachiū vnuz episcopo dederunt Syrie. Sanguisq; cepit a venis defluere quum illud a corpore sequestrauerūt. Episcop⁹ ño Parisiēsis corpus in monasterio sancti Eligij cum magno honore deposuit Syrus vero gaudens abbatisse brachium pertulit: et in scrinium decentissime fabricatum reposuit: moxq; matrona visum recepit. Ille quoq; in honorem virginis in patria nobile monasterium edificauit.

§. XI. De sancto romarico. Hic

Sancti Romarici et Arnulphi.

vt refert Uincen. in specu. histo. libro. xxiij. capi. lxxij. ex gestis eius: quum esset in aula Theodoberti quondam regis Austrasiorum posit⁹: que sunt cesaris cesari: ⁊ que sunt dei reddidit deo: omni amabilis aulicoz̄ cōtubernio. Quumq; multis bonis polleret in palatio: iunct⁹ est amicitia cuidā viro clarissimo nomine Arnulpho. Et quū cepissent coram sua sibi pendere: mutuo confessi sunt aures sui cordis illud dñi p̄ceptū tetigisse. Uade ⁊ vende oia q hēs ⁊c. Cogitauerūt ergo regem mortalem deserere: regiq; eterno militare: Itaq; Limirēse monasteriū cogitauerūt expetere/sz aliter deo disponēte impleuerūt. Beat⁹ esset Arnulphus licet cum lachrymis remoretur: Meretriū eps p̄stituit. Romaric⁹ vero spretis oīb⁹: multosq; seruoz libertati donās: plurimos aūt secū ducēs: monasteriū Luxouiense tūc toto orbe famosum: Amato duce petijt: ⁊ habitū sctē religionis cū ijs quos adduxerat deuote suscipiens: humilitatē ⁊ obediētiā sectari intantū cepit: vt etiam ijs quoz officiosissimo famulatu prius fulciri solitus fuerat: pro christi amore se subdere studeret: in monasterioq; cunctis obiectiōe se nonsolū ostendere: sed etiā cedere: oblatā ab alijs reuerentiam metuens: furtiuas orones diligens: ad opus dei ceteros preuemens. Quumq; beatū Amatū dñs ad beatam requiem euexisset sanctus Romaricus regendam suscepit sanctam congregationem. Cepit autem post hoc vir dei gratia signoz̄ pollere que ita studebat occultare: sicut auari diuites thesauros suos solent abscondere. Et quū p vtilitate monasterij aliquādo foris esset: ad domū cuiusdam viri Uosagi/in partibus sepe hospitandi gratia diuertebat. Quam quum quadam die ex more intraret: intuita eū vxor illius ait. O dñe mi cur tam sero veneristi: habuit ancilla tua sicerā quam heri peruenientes cōpatres et vicini nostri biberunt. Quā quū videret vir dei anxiari pro se: ait. Noli timere: sed fidens in deo cubiculū tuum ingredere. Ozante ergo sancto viro/repertū est quoddam vas plenū sicera. Qui potius etiā multoz̄ infirmitatibus profuit. ¶ Quedā puelle in monasterio erant lepra percusse: quarum vna a balneo quo vir dei ablutus fuerat/aquā furtim rapiens: totū corpus suū perfudit: vnde medela capta/lepra ab eo paulatim discessit. Dñs aūt die dñica eū ad celestia regna introduxit. Uiderunt autem eadem nocte subito nubem dēsissimam totum mōtem cum cellula operire. Fratribusq; psallentib⁹ in exitu viri dei: mox claritas muri splendoris radians/mōtem et cellulam

cellulam impleuit: videruntq; globum candidissimi fulgoris per medium predicte nubis scandentem celos penetrare: quod aiam sancti viri intellexerunt.

§. XII. Eo etiã tẽpore sanctus

Boericus Metensium eps claret in Francia. Hic primo: vt refert Vincen. vbi supra miles egregius de Aquitania: corpore nõ voto seculi actibus seruiẽs: quũ apud deũ et hoies magna honestate floreret: licet q̃ pacis sunt sectaret: quandocunq; tamen paganorum infestatio perurgebat primus aciei militari se opponens: barbaricam rabiem dei auxilio fretus/potentissime deuincebat: et spolia amplissima reportabat. Denicq; subita oculorũ amissione percellitur: virtute tamen patientie vndiq; munitus gratias deo agens aiebat. Sicut dño placuit ita factum est: sit nomen dñi benedictus. Eo tempore regnabat in Gallia Theodobertus. In Metẽsi vero vrbe presidebat põtifex btus Arnulphus. Tunc sancto Boerico in silentio noctis quiescenti angelus domini adfuit dicens. Uenit tps: serue dei exelsi/ quo meror tuus in gaudiũ trãsferat: quo etiã lux amissa clarior restituatur. Ergo ciuitatẽ Metensem aggredere: et limina beati Stephani protomartyris ingredere deuote: et preces deo funde ibi: et fidem certissimã tenens/noueris te visus et totius corporis sanitatẽ receperurũ. Arnulph⁹ autẽ tibi carne propinquus ibi presidet põtifex: qui te ilico adfuturũ premonstrabit: et quicquid erga te et pietatis et mie dei bonitas impensura est manifestabit. Expergefact⁹ ergo vir sctus milites cõfortauit: et de Aquitania ad prefatã vrbẽ iter arripuit. Cui appropinquanti sctus Arnulphus adfuit: et facta oratione oratq; benedictione eũ in domum induxit. Qui obtẽtu scti Stephani visum recepit/et corporis sanitatem. Post hoc Arnulphus spñali mentis intuitu videns Boericus fuccessorẽ sibi fore dignissimũ: cõsentiente clero et populo eius episcopũ constituit: et ipse diu desideratam heremus petijt.

Sãct⁹ Boericus Metensis eps.

demones clamantes audiuit. Procedamus: ⁊ ante facie illi? bella cōmoneamus. Quū ergo processissent: iguota contra eū iacula iactabant. Sed angel? p̄cedēs scuto illa suscipiebat: et in? extinguebat. Tunc demones angelis opponentes dixerunt. Otiosos sermones sepe dixit: ⁊ ideo non debet illesus perfrui vita beata. Quib? angeli. Nisi principalia vitia cōtra eum p̄tuleritis: p̄pter minima nō perebit. Tunc diabolus dixit. Sicut accepit malus ex consuetudine: ita accipiat vindictaz a superno iudice. Et sanctus angelus. Judicemur aīa deū p̄liantesq; aduersarij contriti sunt. Et dixit diabolus. Seruus qui sit voluntatē dñi sui et nō facit: plagis vapulabit multis. Cui angelus rīdit. Quid iste de voluntate sui dñi scuit: ⁊ non facit? Et diabolus. Dona iniquorum recepit. Et angelus. Credidit (ait) q̄ō vnusquisq; penitentiā egisset. Et diabolus. Aliq̄n debuit p̄bare penitentie p̄seuerantiā: ⁊ sic fruct? suscipere. Cui angelus. Judicemur ante deū: isz demon succubuit. Tertio surrexit diabolus ad bellādū contra illū. Usq; nūc existimabam? deū veracē: qui omne delictū q̄ō in terris nō purgat: ⁊ se in eternū punitū pmisit. Hic ergo h̄ō quōdā vestē ab vsurario accepit: nec de hoc punitus fuit. Ubi est ergo iustitia dei? Cui angelus/ Silete: q; occulta dei iudicia ignoratis. Quādiu em̄ speratur penitētia: comitat hominē diuina mia. Demō rīdit. Sz cio q; dei ignoratis. Tūc diabolus tā grauiter pcussit eū: vt post modū vite restituerus semp̄ percussiōis vestigiū retineret. Et hanc pcussionē p̄mittēte deo p̄ receptione illi? vestis porta vbi eū superare poterimus; videlz mādatū illud. Diliges p̄ximū tuū sicut teip̄m. Cui Angelus. Uir iste vtiq; in primos suos operat? est bona. Aduersarius rīdit. Nō sufficit hoc mihi ⁊ diligat sicut seip̄z. Cui angelus. Fruct? dilectionis est bonū operari: q; de? reddet vnicuiq; ꝑm opera sua. Dixit demon. Sed q; verbū de diligendo deū nō implet/dānādus erit. Pugnāte turba nefanda cōtra istum: demū scti angeli victores fuerunt. ¶ Dixit iterūdemō. Si deiniquus nō est: ⁊ verbi illi? trāsgressio displicet: vir iste penax expers nō erit. p̄misit em̄ abrenunciare sc̄o ⁊ pompis ei?: et ecōtra sc̄m dilexit p̄tra illud q̄ō scriptuz est. Nolite diligere mundū. neq; ea q̄ in mūdo sunt. Cui angeli. Nō sibi ea q̄ sunt mūdi: isz hoīb? indigētib? dispēsanda dilexit. Diabolus ℣o ait. Qualicumq; modo diligant: cōtra diuinū preceptum est. victi sunt in hoc aduersarij. ¶ Ad calidas iteruz accusationes cōuertit diabolus dicēs. Scriptum est/ Si nō annunciaueris iniquo iniquitatē suam: sanguinē ei? de manu tua requiā. Hic nō annunciauit peccantib? digne penitē tiaz. Sanctus angelus respondit. Oñ auditores despiciunt verbum: lingua etiaz doctens perpedit: dū vider q̄ predicatio audita p̄tennit. vū p̄udētis est: dum nō est tps/nosse tacere. In omni igit̄ p̄tradictiōe demonū extitit pugna donec iudice domino triumphātib? angelis victrisq; aduersarijs immensa claritate vir sanctus circunfusus est. Unus autem ex angelis vt Beda testatur: dixit ei. Respice mundum. Respiciensq; vidit vallē renebrosam: et quatuor ignes in aere aliquibus spatijs a se distantes. Dixitq; angel?. Hi quatuor ignes sunt q̄ mūdū succedērūt. Un? est ignis mendacij: quū qō abrenūciare diabolo ⁊ pōpis ei? hoies in baptismo promiserunt: ⁊ nō implēt. Secund? est ignis cupiditatis: quū diuitias mundi amori dei p̄ponunt. Tertius est dissentiōis: quū aīos p̄timoz in superuacuis reb? offendere nō formidāt. Quartus ignis est impietatis: quū infirmiores spoliare et eis fraudē facere p̄ nihilo ducūt. Deinde illi ignes propinquantes in vnū redacti sunt: ⁊ illi ei appropinquabant. Timensq; angelo dixit. Dñe ignis mihi appropinquat. Cui angelus. Qō nō accendisti: nō ardebit in te. Ignis iste scōm merita hoīm singulos examinat. Nā sicut corpus ardet per voluptates illicitas: ita etiā exardebit per debitam penaz: Uidit q; angelorū choros concinātes. Nullus labor durus: nullum longum tēpus videri debet: quo gloria eternitatis acquirit. His igit̄ et alijs sermonibus instructus super tectum ecclesie inter sanctos angelos stans: suūq; corpus cōsiderans: iubetur illud cognoscere et resumere. Qui quum illud quasi cadauer ignotum timeret: et appropinquare nollet. ait angelus. Noli timere hoc corpus suscipere: quod sine vlla infirmitatis vel vitior repugnatione ꝑfuis inualidum portabis. Cōcupiscētias em̄ illicitas in hac tribulatione superasti: vt vetera cōtra te nō ꝓualeant. Tūc pectore corpus aperiri vidit: ⁊ intrauit. Quasi ergo de profundaq̄dete mortis p̄sente multitudine parentū/vel etiā vicinor/vel clerico/exurrexit humane stultitie magnitudinē ingemiscens arduū et difficilez transitū admirans. Mirūq; in modu? demonstrabat carne/qō aīa sola subst̄inuit incendiū: scz in scapulis ⁊ in facie p̄pter vestē quā acceperat ab illio vsurario de quo. §. Egressus ergo inde p̄dicabat ℣bū dñi: et ea q̄ viderat et audierat omnibus Bothor pplis nūciabat. Quumq; diuinis virtutibus clar? et de ijs q̄ ad opus p̄dicationis cōgrua sunt/iteruz ab angelo sancto edoctus multo tempore p̄dicasset: irruētiū populor multitudinē nō ferens: et aliquos cōtra se inuidia cōmotos deprehēdens discessit: peregrinaq; peruagatus litora per Britāniā Saroniam transuectus est: vbi a rege Sigiberto honorifice susceptus: locuz monasterij ab eo sibi tradit̄ accelerauit cōstruere. Quo facto ab omni cura seculi et ipsius monasterij alienare se cupiēs fratri suo Foillano curā eius reliquit: et ip̄e heremuz petijt: vbi cum alio ff̄e suo Ultano philosophat? est. Quuz autē quibusdā causis ingruentibus/a pp̄lo vel a rege ad cōfliū vocatus immo ⁊ cōpulsus: desideratam sibi heremū reliquisset: oīa animo vigili tractans ad Galliaz litora uauigauit. Ibiq; a Frācor rege Clodoueo honorifice susceptus monasteriuz in loco quem vocant Latiniacum/construxit. Nec multo post fratribus ordinatis: cū rege iter agēs infirmitate corrept?: ad celestia regna migrauit. Post quatuor aūt annos a reuerendis epis Eligio et Ausberto immaculatū corpus sine vlla putredine transferf. Huius natale celebratur. iij. nonas Martij. Dicitur aūt a quibusdam huius Fursei legendam scriptam a venerabili Beda.

Furseꝰ pgit ad extremum.

§. XXIIII. Sanctus Audoma

rus ex nobilibus ⁊ religiosis parentib? ort?: vt refert Uinspecu. hist. lib. xxiij/ex gestis eius: oriūdus fuit ex valle aurea non longe a Constantia ciuitate. Qui religiose a cunabulis educat?: matre defuncta pisc ⁊ pater eius Fruilphus

bulis

etate disparesmente similes: ꝺia ꝓo xp̃o relinquẽtes/ad monasteriũ Luxonium a beato Columbano in Burgundia fundatum pariter perrexerunt. Ibiq; sub abbate Eustasio sacre regule se deuouerũt. Illic Fruilphus laudabiliter vsq; ad finem vite perseuerauit. Dehinc Audomarus fama eius promulgata ad gubernandum docendũ Teruanensis vbis populum vocatus/epalem honorem cum magna mentis humilitate suscepit. In quo gradu verbum dei seminans animarum et corꝓrum languores curãs: et mie operibus instans: plebes sibi creditam rite gubernauit. Ipsoq; Teruanenses qui ad idolatram post cristianitatem fuerant reuersi: euangelij luce iterum illuminauit: et idolorum culturam ibi funditus euertit. Quuꝫ autez quadã nocte ex more dñm oraret: diabolus tanta incentiua ei carnis tentationẽ immisit: q; nunq; simile habuisse se reminisceretur: et ad mentem reducens exemplum beati Benedicti in vticarum vepꝝium ve aculeis omni indumento exutus: egressus foras illico se piecit. Ibiq; voluntarius diu toto corꝓre vulnerat9 exist. quiq; bene penaliter arderet foris: qꝺ int9 illicite ardebat extinxit. ¶ Idẽ quũ ad vicina loca ab vrbe lustrãda pergeret: in quodã loco ꝫ meridiẽ volẽs pausare iacuit sub ꝺaz arboze. Inde vero quũ a somno surrexit: crucẽ dñi ex lignis edita in eadẽ arboze fixit. Sequenti nocte multa ibi apparuerunt luminaria: tab eo tẽpoze xp̃s ꝓ milite suo multoꝝ ibi sanauit infirmitates: atq; innumerabiles ibi ondit virtutes ad meritoꝛũ suoꝝ cumulum augendum. Per plurimos aũt annos ante obitũ suũ lumẽ oculoꝛuꝫ amisit. sicq; foris cecus/intus illuminatus: vt verus israelita deum videbat. Et vt dictum est. ꝟ. quũ corꝓus sancti Uedasti trãsferretur cũ multis epis/inter qs ipse vnus erat: et cecus: illuminatus est meritis illius sancti. Qꝺ egre ferẽs: rogauit vt ꝓ maiori sue exercitio patiẽtie ad ceciratem pristinã reuerteret. qꝺ et factũ est. Quũ aũt obitũ suũ imminere cognouisset: ipsa die vltima de lecto in q̃ iacebat febze coꝛreptus/surrexit: et ingressus ecclesiã plixe cũ lachꝛimis oꝛauit. Factaq; diuina exoꝛtatione ad clerum et populũ/ad stratũ redijt: et more solito /mortuo iã omni corꝓore extẽsus inter ꝟba gratiarum actionis et diuine laudis spũ cũ gaudio et vultu ꝑclaro emisit. Zestatiq; sunt qui ibi aderant: q; tanta in transitu ipius aie sctẽ in domo illa fragrantia odoꝛis est aspersa: vt si domus illa oĩb9 aromatib9 fuisset repleta. Post cui9 obitũ ad ei9 tumulũ oleũ dei virtute ex lãpadib9 pendẽtibus visum est mirabill'r stillasse: multaq; sanitates et alia miracula ibi p euz dñs dignatus est ostẽdere. ¶ Quiꝺã vir scelerat9 solidum argẽteũ a ꝓpatre suo mutuauerat. et postea fide fraudata cũ iuramẽto negabat dictã pecuniam ab illo se accepisse. Cũc ille qui mutuauerat ait. Jura mihi sup corꝓ9 audomari p virtutes et merita/q; nõ acceperis a me qꝺ a te requiroꝛ et ego negationis tue causẽ acquiesco. Quoq; ille audaci corde manus ad iuramentum leuasset: ꝓtinus diuina vltio secuta est. Nã in loco in quo stabat ambo oculi ei9 crepuerũt in momẽtoꝛ: postea die tertia miserrima morte defunct9 est. ¶ Quũ quiꝺã pastoꝛ tpe vindemie in vineã viro glorioso collatã intrasset et furtiu sinũ implesset: reuersus est ad socios cum preda. Rogantibus socijs vt de vuis furatis eis impartiret: in sinũ manũ dexterã mittẽtis vt illis ꝓberet/ita immobiles ambe manus inhesserunt: vt nec sinistra qua cõplexus tenebatur sin9: nec in sinũ illata dextera posset euelli. Contoꝛto etiam oze retoꝛsum/officiũ lingue amisit. Demũ patron9 ei9 cõpatiẽs stupẽtib9 omnibus videntibus cũ eo ad ecclesiã prexit: et prostrati in oratione cũ lachꝛymis a sancto gratiã obtinuerunt sue pristine sanitatis.

Audomarus pfesul Teruanensis.

Miracula sancti Audomari.

§. XXV. Sãctus preiectus Aruernensis epus et martyꝛ inclytus: quũ adhuc esset in vtero matris: vidit mater eius in somnis q; per latus ei9 egrederet filius sanguine rubꝛicat9. Qꝺ quũ mater cuiꝺã dei seruo diꝛisset: insinuauit ei q; martyꝛij palmã puer ille obtineret. Natus ergo puer in Aruerna ciuitate lris imbuit. et qꝛ gratiosus erat in omnibus: archidiacono vbis nutriẽdus tradit. ¶ Oĩbus itaq; virtutib9 intentus: oũ die quadã ad eũ multi pauperes aduenissent: et eleemosynas postularẽt: per famulũ suũ nouit q; plus q; duos denarios non haberet. Quoq; iussisset afferri saculũ: et dñm inuocasset: tanta ibidem inuenta est pecunia: quanta ꝓ foꝛibus stabat caterua pauperum. Die quodam pasche quum cum alijs ad mensam resideret: tres inter eos aderant qui a carnibus abstinerẽt quos quũ alij deriderẽt: admonuit sctus Preiect9 vt qs venerabiliores erat irripẽdo nõ increparẽt. Sz quũ illi nõdesisterẽt: panimẽtũ solarij cũ irrisoꝛib9 cecidit: tãtoq; Preiect9 cum abstinẽtib9 remanẽs ad mẽsaz remansit. ¶ Quumq; igit. Felix ciuitatis epus migrasset ad dñm: et cler9 et ppls illũ elegeret: qꝺã archidiacon9 vbis vsurpauit sibi epatũ ꝓ pmium: sed non virit vltra terminum. xl. ꝺierum. Quuꝫ ergo alium virum inclytum eligere voluissent: illi electioni ꝓ posse renitens/consilium dedit et monuit vt Preiectum in cathedra sublimarent. Elect9 ergo Preiectus et sanctitate et gratia prepollebat in omnibus. ¶ Quoꝺã tempoze quuꝫ regem Francie adire vellet/transiuit per quanda abbatiam vbi sanctus Marinus grauiter egrotabat: quem mox sua oratione sanauit. Deinde regem audiens/quod voluit impetrauit. Quũ ergo rediret: abbas Marin9 sequut9 est euz: vt sicut seinuicẽ diligebãt: ita simul martyꝛium consumarent. Dũ ergo in quodã loco simul oꝛarẽt: repẽte sup eos ꝓceres vbis persequẽtes irruerũt: et sctũ Marinũ decollãtes: quũ sctm Preiectum se occidisse putassent: ad socios redire ceperunt: qs sctus Preiectus in loco in quo oꝛabat vocauit dicens. Ecce ego quẽ qritis. facite qꝺ optatis. Tunc vnus gladio eũ percussit in pectoze. Qui quũ adhuc veniret et p occisoze oꝛaret/ille gladio caput ei9 pcussit/cerebꝛumq; eiecit. Quiꝺã vero q; morti cõsenserant ꝓpestantes: viderunt tres stellas supza domũ illã splendentes: in qua scti illi cum vno satelitũ occisi iacebãt. Radebertus aũt q; sctũ occidit: non multo post viu9 a vermibus coꝛrosus expirauit. Alius vero dum q̃ꝺã die venaret: de eq̃ coꝛruẽs fracto dextero brachio ceteroꝛũ membꝛoꝝ debilitatẽ incurrit. Qui quũ nulla posset medicina curari: ad se reuersus/ad sctũ Preciectuz cum vꝛoze sua se cõtulit: et veniã postulans ad sepulchꝛum eius de oleo lampadis frequentius se perunxit. Sicq; cito curatus quoꝺã vas argenteũ decẽ marcarũ sancti martyꝛis ecclesie presentauit. Qꝺ quũ ceteri cognouerũt: sil'r penitẽtes multã auri et argenti copiã obtulerũt. ¶ Eodẽ tpe vt narrat Sigisbertus. in territoꝛio Cameracensi virgo dei Madalcleudis (al's Madaxelẽdis) ꝓ voto virginitatis hꝛarduinuz amatoꝛẽ suũ fugiens/ab eo martyꝛizat: q; mox excecat9/postquã ab ea illuminat9. ¶ Circa idez tp̃s fuerunt in Francia sanctus Niuard9 Remẽsis archiep̃s: et Reolus successoꝛ eius Bertharius q; martyꝛ: q; fuit prim9 abbas monasterij Autiuillarensis: vt notat Sigisbert9. Qui Bertarius: vt refert Uincen. vbi. ꝟ. sub p̃fato Niuardo Remoꝝ pontifice moribus et sapiẽtia imbutus: Luxouiẽse monasteriũ expetijt vbi monasticã vitã sub beato Eustasio abbate laudabiliter duxit: postea alteri9 loci. s. Autiuillarẽs. cenobij abbas fuit. Hic autẽ sanctus Bertharj9 in ordinando plurima dum foret filiolũ suũ Daguinũ: quẽ de sacro fonte leuauerat: et monachũ esse statuerat: exigentib9 culpis suis ꝛbere increpationis feriendũ decreuerat: et is merito suo sathane cũ Juda tradit9/indigne patris obiurgãtiã tulisset: ille ꝛo sessus lectulo reclinatus mẽbza sopori dedisset: idẽ filius sathane irruẽs in eũ mortali vulnere occidere attẽtauit. Arreptoq; ferrũ quo eũ pcussit: in piscina q̃ intra monasteruz erat: q; citissime poterat occultandũ dedit. Uidẽs aũt tũc laticẽ velut tanti sceleris cognitioꝛẽ/ferrũ in se non receptare cepit expauescere. Nã vt aquã tetigit: veluti leuissime materiei plume sup aquas natauit. Ipse aũt amẽs factus/ecclesiam petijt homicida: cruẽtisq; manibus signu cepit pulsare. Fratres incõsuetа hoza cũ admiratione surgentes/et sctm virũ interfectũ audientes: ad lectũ eius ocissime cucurrerũt: et adhuc in eo spũ reperiũt. Cõprehẽsumq; Daguinum ei obtulerunt: scire cupientes qꝺ de admisso tãto scelere iudicasset. At ille ꝓcepti dñi nõ immemoꝛ: Deũ iuꝺt tibi frater plicabilẽ facere studeto. Nã quãtũ ad me attinet: omni te impietate remitto liberũ. Ex eius sepulchꝛo lõgo tpe post oleũ pullulãs visuz est deffluxisse cũctis morbo obsessis salubze.

Virgo Madalcleudis. Niuarde⁹ Reolus/et bertharius sctꝰ

§. XXVI. Anno secũdo Cõstãtini imperatoꝛis nepotis Heraclij / Amatoꝛis Senonensis epus: vt ait Sigisbertus: a rege Francie Theodozico grauiter et irreuocabili diu exilio tribulatur. Anno Lonstantini. v. Theodoricus in Anglia synodo habita constituit multa ecclesie vtilia. Hic scripsit libꝛũ penitentialẽ mirabili et cauta discretione distinguens modũ singulaꝝ culparuz. s. in penitentijs iniungendis et quanto tpe: vt est illud quod. xxvij. dist. si vir. ait Theodozus. Si vir totum ꝛginitatis habens adiungitur vxoꝛi: postea dimittat vxoꝛem: sed tribus annis peniteat. Idem Theodoricus. xxij. q. v. si qs coactus. ait. Si quis coactus p vita redimẽda: vel p qualibet cã: vel necessitate periurat: qꝛ plus coꝛp9 q; animã diligerit: tres quadragenas peniteat. Alij iudicãt tres annos: et vnum ex his in pane et aqua. et alia simlia habentur in diuersis locis. Sed tenẽdum est certe q; in huiusmodi delictis et alijs in foꝛo cõscientie pnie sunt arbitrarie stim oẽs. ¶ Apparuit circa illa tẽpoza iris in celo mẽse Martio. vt ait Sigisbertus. et tunuit ꝓdigiosis caro. ita vt oẽs diceret q; consummatio sc'li esset. Childeri⁹ gius rex in Gallia leuitate mozũ suoꝝ accẽdit in se odia Frãcoꝛuz. Sctus Leodegarius epus Augustudunensis ab eo in

Sctoꝝ marini et piecti martyꝛiuz diuina in liꝛoꝛes vltio.

Lutouio retruditur. ¶ In italia tāte pluuie ⁊ tonitrua fuerunt: quantas nulla hoim etas memorat: vt etiā hoies ⁊ pecora fulgure interirēt. Et nisi per letanias ꝺ quotidie faciebant/dñs esset ppiciat⁹: nō potuissent hoies triturare: vel in horreis frumēta recōdere: intrantū vt ex ipsis pluuijs deChilderic⁹ frā nuo legumina renascerent: ⁊ ad maturitatem deuenirent.
cor rex ¶ Bodilo al's Bolidus) Frācus quē Childericus ligatum
trucida ad stipitē cedi iusserat: Childericum in venatione arreptus
tur. cum Blitilde al's Ulcide) vxore eius pregnante interfecit.
et Theodoricus regno restituitur. ¶ Anno. xvj. imperij pre
fati Constantini Theodoricus rex Ebroinū pessimū virum
in gratiam recepit: eiusq; psilio synodū eꝺ cogit: ⁊ in hac
multos eor ex snia Ebroini priuat eparu. Aliquis eorum
irreuocabili exilio dānat. ¶ Sub hoc tā pcelloso domesti-
Leode- ce psequtiōis tumultu sctūs ēt Lambertus a Traiectēsi
garius amor⁹ eparu/in cenobio apud stapulas monachie quietis
marty⁹ expetit portū. ubiq; per. vij. anno shabitauit secum. Sanct⁹
Leodegari⁹ oīu ab Ebroino tormētatus: post famē ⁊ carce-
ris squallorem: post ocl'or euulsionē: post plāraꝝ cōcisionē:
post lingue ⁊ labioꝝ excisionē: consummauit tandē marty-
rium per capitis abscissionem. Hec Sigisbertus.

§. XXVII. Huius aūt Leode-

garij diffusius Uin. lib. xxiij. spe. hist. c. cxxiij. historiaꝫ po-
nit ex gestis eius. Fuit hic quōdam a nobilissimis ⁊ religio-
sis parētibus regi Clotario cōmendatus: ⁊ a Didone auun-
culo suo Pictauēsi epo erudit⁹: ⁊ archidiaconus pstitutus.
qui tanta oim virtutum gratia prefulgebat: q nobilitatē ge-
neris maiori morū nobilitate decorans etiam quādaꝫ abba
tiam monachorū ad preces epi strenuissime gubernabat.
Post hoc decedēte Clotario: ⁊ succedente in regno Clota-
rio minore filio eius: qr sensus ei⁹ regēdo min⁹ sufficere vi-
debatur: ab ipso rege ⁊ pceribus eius multisq; epis coact⁹
est vt pter cōsiliū ⁊ puidentiā regni in palatio morararetur.
Ibi aūt tantam ꝑm deū de pietate solicitudinem habuit vt
Leode- Heduensi eccl'iemereretur in pontificem pmoueri. Post. x.
garius ef- ꝯo annos epatus sui. decedente Clotario iuniori: vir sctūs
ficitur negotijs grauius oneratus: volūtate dei ⁊ venerabiliū ꝑn-
epus He cipum qui cū ipso presule rem agebant. Childericū fratrē rē
duēsis. gis Clotarij adolescentē valde idoneū regē fecit. Qꝫ Ebroi-
nus magnus inter pncipes regni Theodoricū ipsius Childe
rici germanū preficere nitebatur. non propter regni cōmo-
dum: qr de ptāte eiectus/oibus odiosus iram regis ⁊ princi
pum verebat. A sua itaq; spe frustratus: metu mortis a re-
ge petijt vt relicto seculo in monasterio pmaneret. Quo cō-
cedente: ⁊ fratrē suū Theodoricū ne ꝺ regnū aliq̄ moliret
in libera custodia retinēte: in tanta pace fuit respublica: vt
tota Frācia scritati epi ⁊ industrie regie ꝓgauderet. verum
post annū diabolo aduersitatis turbinē concitante: mali-
gnis suggerētib⁹ de magno amore ꝺ virū in magnū odium
rex deprauatus ita eū latenti odio infestabat: q opportunita
tem mortis ei⁹ ⁊ modū attentius inq̄rebat. Sed eps blāde
ferens: ⁊ oēs inimicos suos vt amicos amplectens: regit cuz
rege vt die pasche in vrbe cui preerat/celebraret. ⁊ ecce ipsa
die nunciatū est ei q rex illa nocte de morte ei⁹ tractauerat
⁊ pficere decreuisset. At ille nihil trepidās: sed ipsa die dum
rege in mēsa cōicans exēplo dñi: tandē in Luxouiēse mona
sterij cōfugit deo seruiens: ⁊ Ebroino q̄ ibi in habitu mo-
nachali latitabat: tota charitate seruiuit. Nec mora rege
mortuo: quū Theodoricus regnaret: gaudentes ciues epm
suum adeunt cū multis lachrymis orantes eū vt ad eccl'iam
suā iādiu destitutam rediret. Eōpulsus igit̄ suoꝝ ciuiū desi
derio ⁊ abbatis imperio: ad sedē suam cū honore redijt. Et
statim apostatans Ebroinus: ⁊ a rege senescali dignitatem
impetrans: qui prius oībus malis fuerat. postea peior fa-
ctus: toto studio beatum Leodegarum occidere cupiebat.
Missis ergo militibus qui eū a ciuitate abstraherent: cōpe
riēs hoc vir pp̄m deo ibi tūc ꝓdicabat monuit ne timerent.
Et statim de vrbe in ornatu pontificali pgressus/⁊ flentiuz
Pcessione circūdat⁹/a militib⁹ capt⁹ est. Et qr nonduz iussū
erant illum occidere: oculis erutis vsq; ad iussum apostate
Ebroini ꝺba in quādā abbatiā est retrusus. Post biennium
vero sctūs Leodegari⁹ cū fratre suo Barino: quez Ebroni⁹
cū multis alijs exiliauerat: in palatiū regis adductus: quuz
ad irrisiones Ebroini ꝺba rēperantie ⁊ iustitie rūderet: psi-
Satel- die nudis pedib⁹ per quendam fluuiū sup acutissimos lapi
lites e- des decurrentē deduci. Et audiēs q vir sctūs in tanto cru-
ruunt ciatu deū laudaret: precisa ei lingua cū labijs tradidit eum
oculos nolens eum indecenter tractare: in quoddā monasteriū san
btō leo docendi ⁊ ꝓdicandi recepit. Interea rex Theodoricus cum
dega- Ebroino cōsiliū cōuocauit. in q̄ iudicio illi q manum in epi-
rio. scopū mittere presumpserunt: hoc pmū acceperunt: q vnus
eor exiliat⁹ est et tandē decollat⁹. Alter ꝺo cui Ebroin⁹ p-
ter⁹ pōtificatū dederat cōuict⁹ sceleris ⁊ corā oib⁹ flagel-
lat⁹ laqo se suspēdit. Post hec Leodegari⁹ accersiri iubet: ⁊
ne inter epos appareret/extra cōsiliū detinetur. sed quū ibi
de futuris interrogatus veraciter rūderet: ꝓdixit de seipso
⁊ de Ebroino: qū; ⁊ quō vterq; vitā istā finiret. Tunc Ebroi-
nus vidēs euz de suo martyrio ⁊ de illius eterno supplicio
gl'iari: cōfusus de cōsilio exijt: et cuidam militi epm interim
seruare precepit. Quē quū miles ad domum suā q̄ lōge erat
duceret: fatigati epo q̄daz comitātium potum dedit: et statim
lux immēsa in modum corone caput eius circundedit. Quaz
quum multi de celo venisse viderūt: ad hoc esset ab ipo epo
qsierunt. At ille se in gr̄az actione pstern̄s: ductores suos
q̄ pre timore semiuiui corruerant: post oīonem incolumes
eleuauit: ⁊ vt religiose se deinceps haberent/obtinuit. Au-
diens ꝺ Ebroinus: missis ꝺtuor spiculatorib⁹ euz decollari
ꝓcepit. Eductūe ergo de custodia quū ab abdita saltuus de-
duxissent. N̄ō est op⁹ (inq̄t) fratres diutius fatigari: sed hic
implete vr̄i desiderium trāsmittoris: Ad hoc illoꝝ tres diui
nit⁹ emēdati quū veniā prostrati ab eo precarent: quartus
ei cōuitias sctm̄ post oīonē decollauit: stansq; corp⁹ impul-
su pedis ad terrā dececit. sed post modicū ipse furens/et a
demone arrept⁹ et in ignē piect⁹ vitā vt meruerat finiuit.
Post biennū a passione sancti/audiēs Ebroin⁹ illū multis
miraculis declarari: cruciat⁹ inuidia/militē illuc misit q̄ sibi
referret certitudinē hui⁹ rei. sed miles inuidus ⁊ superbus
tumbā sctī pedē pcutiens: quū diuisset: Moriar qui mortuū Sāctus
miracula facere posse credit. mox arreptus a demone Ebroi Leode-
nus fremens ⁊ tabescens inuidia: dum famam sancti extin garij de
guere peroptaret: eisdē diebus sicut p̄dixerat sanct⁹ in cō collat.
filio: occisus est gladio. Sublato demq; corpore: dum ad mo
nasterium vnde abbas fuerat/deportaretur: tot et tantis
in via miraculis claruit: vt nullus omnino cum fide accede
ret: qui non statim ab omni molestia curaretur.

§. XXVIII. Circa idez tēpus

sanctus Uigilius genere nobilis/⁊ sanctitate p̄clar⁹ in Al- Uigili⁹
tisidorensi epatu sedit annis. xxvj. Hic eccl'iam btē Marie Altisio-
extra vrbem Altisiodorensem de propr̄io edificauit: et in ea dorēsis
cōuentum mox instituit monachorū. Ibidē etiā hospitale eps.
pauperū: qō domus dei ōr: collocauit. Hic pter sanctita-
tem suā inimicis iustitie odiosus: a Uuarachone senescallo
regis Francie in Scotia sylua occisus est. Qui Uuaracho
successit in eodem pncipatu Ebroino q̄ sanctum Leodega- Ebroi-
rium occidi fecerat: et ipse Ebroin⁹ in morte vilis est a de- nus vir
monibus in infernū deportari. Quum autem sanctus Uigi pranus
lius de Cōpendio ad ppriā vederet vrbē: delatus est per ci dānat⁹
uitatē Senonicā. Quūq; trāsirent deferētes corp⁹ ad quā est.
dam domuz in qua vincti tenebant: cathenis ruptis sū bito
de carcere exierūt: ⁊ btī Uigilij exequias celebrātes/cathe-
nas suas ad eccl'ias btē Marie quā ipse pstruerat deferen
tes: se, et posteros suos in ppetuū btō Uigilio cōmiserunt. Tuneet
¶ Hugo. floria. Hac tēpestate luna eclipsim passa est p indi sol eclip
ctionē octauā. Solq; defecit hora diei. quasi. x. q̄nto nonas sim pe
Maij. Et eodē anno sequuta est magna pestis Rome/Julio stis grā
s. Augusto ⁊ Septēbri. Hoc ꝺ peste Ticinum. i. Papia/adeo dis ſe
depopulatum est: vt ciuibus per iuga montium fugientibus quinta
intra prefatā vrbez herbe nascerent⁹ atq; frumēta. sed q̄dā est.
dam viris in eadem p reuelatiōnē dictū est: q non prius pe
stis ipsa quiesceret: q̄ in basilica beati Petri apl'i q̄ ad vin
cula ōr sancti Sebastiani martyris altare construeret. Fa- Floret
ctumq; est ita. Nā delatis ab vrbe Romana Sacti Sebastia beatus
ni martyris reliquijs: mox vt in dicta ecclesia pstitutum est Enth-
ipsum altare: pestis cessauit. ¶ Floruit etiaz per idem tem bert⁹ ar
pus Euthbertus venerabilis archiepūs Lumpharnensis: qui chiepūs
nunc Londēsis ōr. Cuius corp⁹ post am. vos. rs. incorruptum
quasi eadē hora defunctuz/simul cū veste q̄ tegebat inuen- Sāct⁹
tū est vt refert Beda in li. de tpibus. De q̄ etiā dicit quod ex Uuilli
anachorita factus antistes totā ab infantia vsq; ad seniuz vi brord⁹
tā suā miraculorū signis inclytā duxit. ¶ Ite āno dñi. dcxx. Sancti
vij. Uuilibrordus a Sergio papa Clemens ag. noiat⁹ et ad Quilli
predicādū gentib⁹ Phrisonū eps cōsecratus: ex dono Pipi ni et ou
ni pncipis sedē epale statuit⁹ loco Ultaburch⁹ vicinā nūc sc̄pulo
Traiectū (al's Ultraiectū) ōr. vt notat Sigisbert⁹. ¶ Idē rum al'
dicit q̄ sanctus Quilianus cū discipulis suis Colonato et marty-
Cothnano al's Dolomāno et Tolmanno clam martyrizat rium.
a Gebilana vxore Gothberti principis Uuirziburgen sium:
que timebat superari a viro suo: arguente eum Quilliano:
q̄ eam quondam vxorem fratris sui etiā ipse vxorem habe-
ret: quoꝝ mors quū diu oēs lateret: Gebilana et percussori
bus eius a demone arreptus/eorū cōfessione vulgata est.

§. XXIX. Eodem anno. vt scribit Sigisbertus sanctus Lambert⁹ Pipinū principē increpare ausus q̄ pellicem Alpiadem Plectrudi vxori sue legitime supinduxerit: a Dodone fratre eius Alpiadis martyrizatur: et Traiecti tumulat. Hic scūs Lāberti: vt refert Uincē. spe. hist. li. xxiij. ex gestis eius: et parētib⁹ nobilib⁹ et diuitibus nat⁹: et a primeuo literis eruditi: ita p sctitate sua ab oībus amabat: vt Traiectēsi eccl'ie post Theodardum magistrum suū promoueri in epm mereret. Quum aūt Childericus rex qui eum pmouerat: et secū hīs pre oībus epis⁹ optimatib⁹ diligebat: ab impijs occisus fuisset: inuidētes ei marigni fine cā deponētes eum honore debito priuauerunt: et Pharamundum in locum eius statuerunt. Lambertus vero cū duob⁹ pueris quādā abbatiā ingressus: ibi per. vij. annos optime cōuersat⁹: quadā nocte surgēs ad oronē in pauimento p ignorantiā sonum fecit. Quo audito abbas nesciēs quis hoc fecisset: ait. Quisq̄s fecit hunc sonum ambulet ad crucem. Tunc sctūs Lambertus ilico nudis pedib⁹ in cilitio de lecto exiēs ad crucem cucurrit: ibiq̄ tam diu sub niue et gladie firus sterit: donec fratrib⁹ post matutinū se calefaciēbus abbas eum deesse cognouit. Et audiens a quodam ex fratribus q̄ ille iuxta crucem discalciatus persisteret: remisēs p̄cepit fratrib⁹ vt illuc pperātes pstrati coram eo humiliter peterent vt rediret. Ille vero eor⁹ p̄cib⁹ obediens regress⁹ est: et ab abbate et mōachis cū summa humilitate suscep tus: peretib⁹ veniā nō solū clemēter indulsit: sed etiam de bono patientie eius humiliter p̄dicauit. ¶ Post. vij. autem annos Pharamundus expulsus est: et sanctus Lambert⁹ ad preces oim/iubente Pipino rege ad sedē ppriā cum honore est reductus. Quum autem sicut et ante oi sctitate polleret: et multos etiā gentiliū verbo et exemplo cōuerteret in surgētes in eū duo maligni/eum et suos grauiter infestare ceperunt: is amici pontificis licet multis iniurijs iā opp̄ressi: eos vt meruerāt occiderunt. Sed Dodo cōsanguineus eorū qui occisi fuerant domesticus Pipini regis audita nece suorum in sctōs voluit vindicare Lambertū: et cum armato exercitu Leodiū intrans/domum epi sic obsedit/q̄ puer domus foris veniēs viro dei qui tota nocte in oronē vigilauerat: confessam domum ab hostibus nunciauit. At ipse fidens in dño vt eos expugnaret: mucronē arripuit: sed statiz ad se rediēs gladium de manu proiecit: meli⁹ iudicās vt p̄sistens morien do vinceret quam vi sacratas manus de sanguine impiorum macularet. Hec eo cogitante: multi per parietes lanceis fixis ingressi sunt. Sed duo nepotes epi arreptis fustib⁹ verberantes refugere compulerunt. Tunc vir dei suos admonuit vt pcā sua p̄siterentur: et p eorum pnia incēdiū patiēter ferrent: qō hostes eis et domui minabantur. Sic ergo in dño confortati sctī. Lābertū rogauerunt: vt sicut ceperat pro eis orare. et mox in oronē cū lach⁹ymis in modū crucis pstratum irruētes impij directo iaculo pemerūt. Et sic eis discedētib⁹: pauci ex eius famulis euadentes/corpus eius occulto nauigio ad pontificalem eccl'iā p̄duxerūt. Ibiq̄ cū maligna ciuitatis tristitia/cōpletis officijs in sepulchro propter hostes velociter posuerunt. Postea Dodo prefatus: vt ait Sigisbert⁹: interfector sancti Lāberti pessimo languore cruciatur et a hīs⁹ cōsumit: et ob intolerantiam fetoris in Mosam fluuiū demergit. Oēsq̄ huius culpe cōplices intra annū diuinit⁹ puniunt. Percussor vero scti martyris fratri suo cōgress⁹ alter ab altero perimit. Sctūs aūt Lūbertus (al's Hucbert⁹) successor ei⁹/celit⁹ admonit⁹ corpus sancti Lamberti a Traiecto Leodiū cū magna miraculorū gloria transfert. Et anno sequenti sancta Oda vxor Bogis ducis Aquitanorum claret sanctitate in Gallia.

Beneologia sāctī Lamberti.

Sancti Lāberti cedes

§. XXX. Sanctus Leufredes

circa ea tpa claruit. Hic (vt refert Uincen. vbi. §. ex gestis eius) pago Ebroicēsi exortus et parētibus christianis nobilibus/vanā mundi gloriā despiciens: ab adolescentiam nudum christū sequut⁹ est paup. Quū iuxta Ebroicas i quadā cellula moraret: Desiderius Ebroicēsis epūs audita ei⁹ fama q̄ plures ab ipo lumine ⁊itatis accensi vitā aplicā sectarentur: zelo supat⁹ iudicio q̄ i dioces sua talia ageā p̄sumpsisset quadā die p̄scēso eo/assumptis officialibus suis/ad cellā viri dei pretit: eūq̄ iniuria ⁊bor⁹ exacerbauit. Is quū ad hec immobilis pmaneret: epūs magis exagitat⁹ furore iussit eum in equū leuari: quū apud se vir dei detreuisset ne vnq̄ equū ascēderet. Quū igit epūs eū ad ciuitatem p̄duceret: vt illic in eū q̄cūq̄ vellet liberi⁹ exerceret: subito equ⁹ cui vir dei insidebat in terrā cōcidit: et oia eius viscera dirupta sunt. Mirantib⁹ cūctis epūs ad scti genua p̄olut⁹ veniā postulauit et ille placide oēm iniuriā remisit. Pōtifex aūt cum summo honore ad cellulā suā eū redire fecit, vbi postea multis annis et ⁊bo et miraculis claruit. ¶ Cetū monachorū doctrina pace rexit: q̄s ipse dño erēptus et monitis salutaribus acquisiuit. Hor⁹ vn⁹ noie Baleādus aliq̄n tanta malitia demonis percussus est: vt subito animam exhalaturum se crederet. Quo vir dei p̄cepto/o fone fusa p eor⁹bñdixit ei p̄cipiens vt ieiunijs deuot⁹ esset. Post hec baculū quem manu gestabat dedi ei dicēs. Cōstās esto fili: nō morieris mō. statimq̄ sanatus est. ¶ Alio tpe noctu quū ignis flāma casu validissime per oia monasterij habitacula cremādo peruolaret: repente vir dei manus leuauit ad celum: omnipotentem inuocās vt ipse flāmarū vires cōfringeret: qui fornacem Nabuchodonosor aduersus tres pueros nihil valere fecit. O fone itaq̄ cōpleta tāto imperio impetū ignis coercuit: vt nihil vlteri⁹ contingere posset: is tota violētia vētorū in vnū cōglobata quasi inundatione imbriū in seipsa emarcuit. Tandē in pace ad deū migrauit. ¶ Resumpto imperio a Justiniano scōor et tenēre monarchiā regni Francorū Childeberto: archange lus Michael apparens Autherio Abrinensi episcopo monuit sel⁹ et iterū vt in loco maris q̄ ppter eminentiaz sui Tūba vocat: edificaret eccl'iam in memoriā sui volētis talem venerationē sibi exhiberi in pelago: qualis exhibet in monte Gargano. Interim taur⁹ furtim a latrone captus/in loco illo reliqt: vñ eps tertio admonitus vt in eo loco fundamentuz iaceret vbi taurū religatū inueniret: et sicut eā terrā ptriuisse videret: sic eccl'ie ambitū duceret. q̄ mox eccl'iā in honorē scti Michaelis instituit. Et sicut in monte garga no in Appulia: ita et in loco illo qui Tumba dicit: in periculo maris veneratio archangeli frequentari cepit.

Apparitio sācti michaelis archygeāli

§. XXXI. Circa illa tempora

sanctus Uuandregisilus in Uirdunensi regione ortus est ex nobilibus et religiosis parentibus. cuius p̄ fuit Ualchisius Pipini francorū principis filij. Hic in adolescētia sub rege Dagoberto militarib⁹ gestis et aulicis disciplinis nobiliter educatus: crescentib⁹ sctē vite moribus: ab eodē palatij comes est institut⁹: q̄ cū pieratis studio susceptū officiū exercebat: mēte semp celestia tractās: liber ad arguendū: humilis ad obediendū: in fide firm⁹: in bonis opib⁹ p̄opt⁹: in sermōe verissim⁹: in iudicio iust⁹: in p̄silio p̄uidus: i charitate p̄clarus. Denicq̄ perentū hortatu: licet inuit⁹: quādā puellā nobilissimā sibi despondit. is castas nuptias celebrās ei⁹ virginitatē seruare p̄suasit. et illa consensit. Factusq̄ est ex vtraq̄ pte saluberrim⁹ castitatis p̄sensus. Nam et ille clericatus hītu: et illa vel religionis operta sctimonialium monasterio se tradidit. Uerū quū adhuc in laico habitu degens iter caperet suorū cōstipatus obsequijs: quibusdam barbaris in eū iniurioſe irruentib⁹: ipse o fonē pro gladio sumsit: et statimq̄ ita stetit imobilis ulla turba p̄auorū: vt ppius accedere nō valeret christi virtute retēta. Denicq̄ relictis omnib⁹/ad monasticā vitā se trāstulit: et primū in loco qui dicit Mōs falconis: cū sctō viro Barthfrido habitauit. At p̄fatus rex nitebat ei p̄silio suorū molestiā inferre: pro eo quod sine pmissu. eius habitu mutato se religioni monastice māci passet. A q̄ accersiri iussus: quū ad edes regias properaret: ante palatij fores repit subito quēdā paupculū cū vehiculo luto demersum. Quūq̄ oēs miserū pterirēt: aut etiam aliq̄ cōprimerēt: vir sctūs de equo cui insidebat: cum grauitate descēdit: et pauperi manū porrigēs/eū deluctо cum plaustro leuauit. Et erēplo celit⁹ nineo amictu indutus angel⁹ adfuit qui et vestem illius emūdans cādidiorē q̄ ante fuerat reddidit. ¶ Post hec o dño famulū suū p̄tegente: precepit rex vt ei nemo inq̄etus existeret: sed ppositi sui obseruantiā nullo re sistēte seruaret: sicq̄ secur⁹ ad habitationis dilecte locuz redijt. ¶ Sed non multo post loco relicto quadam occasione in Melisgāgiū territoriū migrauit vbi monasterium in possessione p̄pria p̄struxit. vbi quū est diuinis vacantem laudibus somnus cōprimeret: nudis pedib⁹ et simplici veste cōtectus/super humū stans flectis poplitibus orabat. Q̄ cernēs diabolus/plurimas ei inquietudines et in vigilia et per somnium inferebat: ita vt in effigies bestiarū/volucrū/vt serpētū se transformaret: et ei⁹ aspectib⁹ se terribilē p̄sentaret. At ille p̄ sancte crucis vexillū/et rigoris abstinentiā/et iugem o fonem viriliter eius conatus irritabat. Quū aūt quadam nocte vltra solitū dormisset: adfuit hostis: et illudens ait. Uigilantior te exitii hac nocte. At ille inquit. Nō dubito ait/ad ruinā alioq̄n/et cumulū dānationis tue: te vbiq̄ puigilem esse. sed domabat caro q̄ me ad hanc impulit corporis inertiā. Erurgēs igit a desidia somni: quū eēt hyemis asperitas sub duo in medio niuiū et glacie⁹ flens: et longa suspiria trahens: dño deuotissime psallebat. Sed et ita ieiunijs incumbebat: vt tota hebdomadā excepta dñica feria quinta et sabbato escam minime sumeret. Denicq̄ in visu admonitus/vt occidentalia Gallie loca reuiseret Rothomagum peruc-

Uuandregisilus sanctus.

nit. Quē sctūs Andoenus reuerēter suscepit: ⁊ licet nimis relucrantē subdiaconū ⁊ postea leuitā ordinauit. Post hoc ēt in sacerdotē p̄ btm̄ Andomarū Terrenane pontificem fecit ordinari. sed vir sctūs districtionē vitam ducere cupiēs quū heremi secreta plurimū ambiret: ꝓtigit vt largiente Ozinoaldo p̄fecto: immodicā soli partē acciperet: in quo Fontanelle cenobiū cū nepote suo Bodone vt rudis habitator cōstrueret. Itaq; ⁊ monachos constituit in cellulis qui diuinis seruitijs insisterent. Et quū alimēta eis penit⁹ deficerēt cellari⁹ hoc ei patefecit: ⁊ ille in deo p̄fidere persuasit. Admonuit ergo diuina pietas Bathildē reginā p̄ visum/vt famulo chr̄isti in heremo necessaria ministraret. q̄ exp̄gefacta onerata vehicula seruo dei direxit: ⁊ ille deo gr̄as egit. Nonagesimū q; ætatis annū p̄clare excedēs ita virilis extabat: vt in labore manuū p̄ire iuuenes videret. Profecto notū est illū frequenter futura p̄dixisse. Tandē in vltimo senio constitut⁹. dūo crebro supplicabat vt eum de hac vale plozatiōis eripet: ⁊ suis p̄spectib⁹ apparere faceret. Qui p̄ces eius exaudiens infirmitatē ei immisit: ⁊ trib⁹ diēb⁹ totidēq; noctibus in excessu mētis rapt⁹ ianuā celi aptā mōstrauit. At hostis inuid⁹ hozā remunerationis ei⁹ instare p̄spiciēs: cruenter adstās pauozes multiformes ingerere nitebat. quē in tali agone p̄stitutū audierūt ffes circūstantes dicētes se a chr̄isto fonte lauacri tinctū: demonēq; se impedientes diuinitus effugatū. Deinde signo crucis se muniēs. xj. kal. Augu. spūm celo reddidit. ⁊ eadē hoza suauissima cantilena ⁊ celestia a quodā ex discipulis ei⁹ audita sunt. Sepultus q; est in ecclesia Uuā sancti Pauli. Sed anno oñi. dcl. xxxvij. trāslata sunt corpa regisi ipsius/ac etiā Aubserti ⁊ Uuolfrāmi in eccl'iam scti Petri post plures annos. Et tūc aptis eoz tumulis/cū hymnoziz laudib⁹ ineffabilis odor fragrātie p̄diit: ⁊ ita integra eoz corpora cū vestimētis q̄b⁹ erāt sepulta inuēta sunt quasi eadē die fuissent tradita sepulture. Post mortē aūt suā Uuandregisilus multis miraculis claruit. Nā quū quedā mulier in festiuitate ei⁹ in pago Caletēsi vicinis phibētib⁹ rextrium op⁹ ageret: ⁊ corde tumido increpationes eoz p̄ nihilo duceret: filico man⁹ ei⁹ qua tramā ausu temerario p̄ telā ducebat/obriguit: tramaq; medio palme inhesit: tanelli nullatenus poterat. Quūq; hac virtute cozrecta ⁊ corde compuncta ad eccl'iam scti q̄ a pp'o frequētabat accessit: se sancto cōmendās/trama a manu cadente sanata est. Itē quum rex Carolus Germaniā ⁊ Saxoniā gentiliū bellando doma ret: quidā monasterij Fōtanelle miles noie Sigemandus dū cū ceteris militib⁹ eoz gētiliū vastaret opes: ab eis cōprehensus est. Et quū duceret ad locū in quo decapitādus erat: ⁊ patroni sui Uuādregisili suffragia crebro inuocaret quidā ex militib⁹ Saxonū noie Abbo diligēter inq̄rere cepit cur tā frequēter Uuādregesilū inuocaret. rūdit q: in veritate famul⁹ eius fuit: ⁊ credo me meritis sctitatis eius a pūtis periculi discrimine liberandū. At ille. Hac inq̄t nocte Uuandregisillus mihi adstitit: mouens vt nil tibi mali inferrem: sed cū pace ad tuos redire p̄mitterem: cōminēs q̄ si hoc nō facerem: ꝓtra meā salutē oparer. Idcirco te illesum abire permitto. qui postea Abbo baptizatus est.

Trāslatio sctō rū Uuā dregisili Auberti ⁊ vuolfrāmi.

§. XXXII. Per idem tempus

vt narat Hugo. flo. Adminimolus abbas Floriacensis diuina reuelatione p̄monitus: misit vnū de monachis suis Argulphū noie/ad mōtē Cassinū: vt inde sibi deferret corp⁹ beati Bñdicti. nā cenobiū q̄ olim ibi p̄struxerat sctūs Bñdictus a p̄fidis Lōgobardis fuerat deuastatū ⁊ in solitudinem redactū. Ibi tū sctī Bñdicti corp⁹ cū corpe sororis sue Scholastice vno tumulo sepultū tenebat. Contigit etiā vt ex Leonomanica vrbe/quidā eodē tpe ad memoratū locū proficisceret: ꝓ deferendo sctē scholastice corpore: qui postq̄ ad Floziacum locum deuenerunt: btō semp adheserunt. Argulpho: donec ad sctī Petri puenerunt limina. Quo dū peruenissent: btūs Argulphus mox eoz p̄sortiū deseruit: mōtēq; Cassinū solus expetijt. ⁊ ibi etiā pnoctare decreuit. Et ecce intempeste noctis silentio/ipsum sctī patris Bñdicti sepulchrū ita celitus vidit illustrari: ac si densis lāpadib⁹ circūdaretur. Nocte vero trāsacta: splēdore ille disp̄uit. Tūc exp̄gefactus Argulph⁹ reuerēter accessit ill'm: ⁊ effracto a latere sepulchro illud erinaniuit: ⁊ quicq̄d ibi reperit in vm⁹ sporule sinu recondidit: quā ad hoc p̄parauerat. Quib⁹ patratis dū ad p̄pria remearet: Argulphus socios suos offendit in itinere: ⁊ cum eis ad Floriacū reuersus est monasterium. sed anteq̄ ad illud pertingeret: deuenit ad locū quem Nouum vicum appellant: qui locus distat vno miliario a dicto monasterio. Ibiq; p̄fatus abbas Adminimolus cum frequenti ppl'i turba eis reuerēter occurrit cūdigna reuerētia assumens sporulā extrariteq; ex ipsa sacratissima ossa q̄ ibi iacebant p̄fuse p̄clusa secernēs minora a maioribus. Qō quum factum fuisset: ecce duoz cadauera defunctoz efferebant: ad sepeliendum: quoz vnum masculini: alterum vero sexus erat feminini. Placuit ergo hoc applicari illis. mira res. Nā sup cedauer masculi quū ossa maiora fuissent posita p̄ merita bti Bñdicti ꝓtinuo est mortuo redita vita. Tunc etiam placuit ossa minora poni sup cadauer mortue puelle quod quum fuisset factū: reuirit puella cōtinuo. Claruit ergo germanos meritis esse q̄ simul allati fuerant. Aderat huic spectaculo nō minima ppl'i multitudo. Adstabant quoq; ciues Lenomanici: q̄ corp⁹ sctē virginis idcirco meruerunt impetrare: me duo magna luminaria vno clauderentur in loculo: quum singulis singula possent sufficere loca. Igitur viri Lenomanicā vrbem remeātes: ad vrbē corp⁹ btē Scholastice secū detulerunt. Fabricataq; est iuxta menia eiusdem ciuitatis eius noie eccl'ia noua: vbi reuerenter est illatum atq; tumulatum corpus beate Scholastice. Deinde crescēte quotidie miraculoz copia: plures sctē deuotionis femine sunt aggregate ibidē sub regulari disciplina. Interea venerabilis p̄s Adminimolus cepit aīo voluere: q̄nam in loco corpus sanctissimi digne cōpereꝫ Bñdicti. Et quū quadā nocte sub nudo celo dñm p̄careꝫ vt hoc sibi celit⁹ mōstrareꝫ. Ecce subito lux emissa de celo sicut fulgur ei appuit: ⁊ locū vbi poni deberet manifestissime denotauit. Locus autem ille vbi transtulit: est oraculum beatissime genitricis dei Marie.

Diuine dicti et sororis ei⁹ scholastice ossa transferunt.

Corpus beate scholastice.

¶ post plures annos ab ista trāslatiōe bti Bñdicti tēpore s. pipini regis Frācoz: quū cenobiū Cassinēse fuisset restauratum ⁊ magnificatū: monachi ipsius cenobij Cassinensis/ authoze Carolomāno fratre Pipini p̄fati: qui in dicto monasterio Cassinēsi habitū religionis susceperat: Romā venerunt rogantes zachariam papā vt lr̄as Pipino regi Frācoz dirigeret: quatenus corp⁹ bti Bñdicti ad suoz tumulū referret: qō vt fratrib⁹ innotuit Floziacensib⁹ triduanū teuiniū celebrātes/ his verbis Bñdictū orabāt aīa eius sepulchrū. Unica spes nr̄a post deum/ne derelinquas nos orphanos: qui huc nō nostris meritis: ſz p̄ multaz aiaz salute venisti. Crederes sup pauimētū pluere pre nimia lachrymaz abundantia. Et quū in his singultib⁹ ⁊ lachrymis totū exp̄endissent triduū: ecce memorati epi adsunt mandata regis implere cupientes. Adoroq; sibi reserari fores eccl'ie iubent. Tūc templū sctē Marie ingressi/aūq; ad scti Bñdicti tumulum appropinquassent: tm desolationē ⁊ formidinē sunt conuersi: ⁊ tanta cecitate pcussi/vt nec se inuicem cognoscere q̄rent. Quū aūt diuina vltione cecatos se vidissent: ceperunt errabundi p̄ eccl'iam pgere: ⁊ quū ad restes cāpanarū impegissent: vi magna ceperūt trahere. Non essi aliter poterant hīs qui foris remanserant: suū infortunū notificare. Quo sono excitati fratres/de iam dicta ap'li Petri eccl'ia processerunt expectantes triste spectaculum se visuros. Explozādi gr̄a q̄dā ex eis iuerūt: ⁊ mox illos p̄ eccl'iam errare conspicientes egressi sunt dicentes. Quia pius pater Bñdictus exaudiit nos: ⁊ suscepit lachrymas nostras: venite ⁊ videte magnalia dei. Quūq; pariter introissent: viderunt ⁊ inuenerunt eos cecos clamantes ⁊ dicentes. Ue nobis q: requiem sancti patris Bñdicti temerare venimus: ⁊ ideo cecitatem incurrimus. Uenite serui dei vos mitius agite nobiscum: ⁊ nolite nobis sm̄ p̄sumptionē nostram reddere talionē: sed ozate p̄ nobis deū: vt aperiat oculos nostros. Nosq; vobis p̄mittimus nunq̄ talia p̄sumpturos. Ad hec verba solotenus fusi ozabat attentius/vt diuina pietas eis lumē redderet dignaretur. Et quum ozarent aperti sunt oculi eoz. Reuersiq; ad regem narrauerunt que fuerant passi: addentes q̄ non deberet Gallia tam sanctis ossibus spoliari. De ipso autem beato Benedicto: cuius gesta supra referre ex causa omisimus: in sequenti titulo diffuse ponemus: ⁊ de statu vite anachoritice ⁊ cenobitice ⁊ sanctis patribus heremitis qui fuerunt in Egypto

§. XXXIII. Egidius Athenis

ex regia stirpe p̄genitus: ⁊ latinis lr̄is ab infantia erudit⁹ dū quadā die ad eccl'iam pergeret: cuidā egro in platea iacenti ⁊ eleemosynā petenti tunicā suā dedit. qua indut⁹ integra sanitate mox recepit. Post hec parentibus suis in dño quiescentibus: patrimoniū sui christū fecit heredē. Quadā die dū ab eccl'ia rediret: vir quidā a serpēte pcussus obuius ei fuit sed facta oratione/sctūs dei p̄tinus virus fugauit. Quēdā etiam demoniacū in eccl'ia cōsistente cum fidelibus ⁊ suis clamoribus alios turbantē/Egidi⁹ fugato demone liberauit. Uex humani fauoris formidans piculū: clā litus maris petijt ⁊ nautas quosdā in mari piclitantes aspiciens facta oratione tēpestatem sedauit. Applicantes aūt naute audito q̄ Romam tēderet: gr̄as ei⁹ meritis egerūt: ⁊ q̄ eū gratis secum veherēt p̄miserūt. Quū igit Arelate venisset: et bñuenio cū sctō Cesareo ejusdē ciuitatis epo mālisset: vbi q̄dā

daz triēnio febricitantē curauit: heremū cupiēs clā decessit
z cū Veredimio heremita scritate pspicuo/diu mansit: z ste
rilitatē terre meritis suis fugauit. ¶ Sed quū vterq; mira
culis coruscaret: humane laudis timēs piculum: relicto eo
interiorē heremū penetrauit: vbi quoddā antrū quēdā fon
ticulus habēs inueniens: ibi habitationē elegit. vbi et quā
dam ceruā diuinit' preparatā in nutricē habuit: q certis ho
ris lactis alimoniā sibi pbebat. Quum autē quadā die ser
ui regis in dicta sylua venarentur: pdictā videtes ceruā: ce
teris feris pceptis hanc insequunt cū canib'. A quib' quuz
vehementer vrgeret: ad pedes sui cōfugit alūni. Ille vo ad
iurās cur pter solitū sic mugiret: exiens z venatores vidēs
dñm erorauit vt quā sibi nutricē cōcesserat: cōseruaret. Ca
num autē nullus intra lapidis iactū approprinquare ausus
est: sed cū nimio vlulatu ad venatores reuertebantur. No
cte igit superueniēte domū redeūt: z sequēti die illuc redeū
tes casso labore iteruz domū redierūt. Qō quū rex audisset
suspicatus aliq̄d diuinū latere: vt erat: cū eo z multitudi
ne venatoꝝ illuc pperauit. Sed quū canes vt prius acce
dere nō auderēt: timo oēs vlulādo redirent: locū vepriū dē
sitate inaccessibilē in gyrū circūdederūt. vn' autem incaute
sagittā dirigens vt ceruā inde expelleret: viro dei orāti sed
nōdum ab aliquo eoꝝ viso/graue vulnus inflixit. Sed mili
tes ferro semitā aperiētes: ad speluncā sancti deuenerunt. Et
videtes sctm senē habitu monachi vestitū: canitie autem z
senectute venerabilē: ceruā ch ad genua eius puolutā: admi
rati sunt. Et q̄b' solus rex et eps eū adierūt. alios retro sta
re iusserunt. Interrogauerunt eum q̄s esset: aut vū venisset
aut cur tā dēsam vestitatē heremi petiisset: aut q̄s eum ita
grauiter vulnerare psumsisset. Quibus quū ad singula rñ
disset z illi ab eo veniā humil' postulassent: medicos sanan
do vulnerari popōderūt: z multa donaria obtulerūt. Is ipe
nec medicinā adhibere voluit: z munera ptēnens nec ad ea
aspexit. Quin potius sciens virtutē in infirmitate perfici:
dñm exorauit ne ch diu viueret: sanitati pristine restitueret.
Sed quum rex freq̄nter visitaret: z pabulum salutis ab
eo acciperet: diuitias imensas obtulit quas ille accipere pe
nit' recusauit: admonēs vt monasteriuz ibi cōstrueret: vbi
monastici ordinis disciplina vigeret. Qō quū rex fecisset
vict' pcib' ei' z lachrymis/post ch plurimū renuisset: illius
monasterij curā suscepit. Huic famā quum rex Carolus au
disset impatos ei' aduētu rex reuerenter eum suscepit. Qui
inter cetera salutis colloq̄a/rogauit vt dignaret p eo dñm
exorare: q̄ quoddam facinus ppetrauerat enorme: qō nulli
vnq̄ nec etiā ipsi sancto auderet confiteri. Sequenti dñica
cum sanctus Egidius p rege oraret: angelus dñi eidez ap
parens/schedulam super altare posuit in qua scriptuz erat
pctm regis per ordinē: z q̄ pcibus Egidij delectuz erat: si tñ
ppunct' z cōfitēs ab eo in futuꝝ vellet abstinere. Adiūctūq;
erat in fine: ch q̄squis sctm Egidium pro quocunq; crimine
inuocaret: si tñ penitus abstineret: dimissu sibi mullatenus
dubitaret. oblataq; schedula regi/peccatum suum recogno
scens/humiliter confitens veniam postulauit. ¶ Egidius
tandē cū honore rediēs ad monasterium apud Nemausan
sem vrbē: filiū principis q̄ mortu' erat ad vitā resuscitauit:
vbi post aliquantulū tps pnūciās monasteriū suū nō longe
post ab hostib' euertēdū: Romā adiit: z priuilegia eccl'ie
sue duoq; ostia cypressina in q̄b' sculpte erant imagines ap'lo
rū a papa impetrās: mittēs ea in Lyberim diuino regimini
b:eonē gressum restituit. Applicās autem ad monasterium
tot maris pericula illesa custodierat: z ea in liminib' eccl'ie
z in monumētum pacti romane sedis ad momoriā posteris
tribus suis nūciās: z p se orare rogans spm suū dño cōmen
dauit: vbi chozos angeloꝝ in celū aiam ei' ferentiū/plures
audisse testati sunt. Claruit autem circa annos dñi.dcc.

Egidiū ceruā nutrit' i heremo

§.XXXIIII. Sāctus Lupus

apud aurelianū ex genere regali ort': dū cūctis vtutib' eni
teret: Senonēsis epūs est electus. Qui quū oia paupib' fere
erogaret: z quadā die plurimos ad cōuiuiū iuitasset: quū vi
nū ad mediū nō haberēt: sic rñdit magistro. Credo q̄ deus
q̄ volatilia pascit: nr̄am pficiet charitatē. Et statim nuncius
adfuit: q̄ cētū vini modios adesse pre foris nunciauit. Item
quū oēs de curia vehemēter sibi detraherēt: q̄ virginē dei
filiā pcessoris sui nimis iordinate amaret: coz̄ ipsis detra
hentib' ipsam virginē apprehēdēs deoscular' est eā dicens.
Nihil nocēt hoi verba aliena: quē ppria nō maculat cōscia.
Quia esm ipam ardenter deū amare cognouerat: eam mēte
purissima diligebat. Certe hic excusari pōt lege priuata. s.
spūsc̄i duct' ad hoc uā lege canonū hoc phibēt z reprehen
dit. dist. xxxiij. quoꝝ sidā. ¶ Quū rex Clotarius Francoꝝ
in his ⁊ aliorum viciorum tentationibus si non succumbi-
mus consentiendo: tamen frequentissime aliqua sensualita-
tis complacentia detinemur. Sed dominum Jesum in suis
tentationibus nulla peccati delectatio memordit.

§.XXII. Collatio.xxiii.q̄ est

Ro.vij. tertia Teonem qua plixe disputatur ⁊ declarat illa autho-
ritas apl'i ad Rom. Non enim q̄ volo facio bonum: sed q̄
odi malū hoc ago. Vel illud. Si aūt q̄ volo hoc facio: iā nō
ego operor illud: sed q̄ habitat in me pctm. Vel illud. Con
delector enim legi dei sm interiorē hoīem. Video autem aliā
legē in mēbris meis repugnantem legi mentis mee ⁊c. Hec
verba apl'i quū Germanus dixisset dicta esse ab apl'o non
ex sua pſona: sed pctō⁹: Teonas talem expositionem pfutat
dicēs. Econtrario euidēter ostēdit pctō⁹ persone hec verba
puenire nō posse oīmode: sed ad solos q̄ dicta sunt artinere
perfectos et eo⁹ q̄ apl'o⁹ tm̄ merita subsequuntur: p̄grue-
re sctitati. Quo esse ait pacto pctō⁹ poterit puenire pſone
q̄ōr. Non enim q̄ volo bonū/hoc facio: sed quod odi malū/
hoc ago? Quis enim delinquentium nolens fornicationibus/
adulteriis/ furtis/ homicidiis/ et aliis malis implicatur ⁊
Quinimmo intantū cupiunt mali desideria pctō⁹ implere:
vt etiam peruigili cura oppor tunitates committēdi scelera
cōcepta aucupentur. Et vt ait Hieremias. vt inique agerēt
laborauerūt. Quū ergo pctōres nō oderint: sz diligant ma-
la: superest vt virtutē sensus verbo⁹ apl'i ex intimo dicen-
tis metiamur affectu. Et quid apl's dixerit bonum ⁊ quidve
cōparatiōe eius pronūciauerit malū: nō nuda significatio
ne verbo⁹: sed eodē quo ille discutiam? intuitu. Intellectū
quoq; eius sm dignitatē pnūtiantes ac meritum perscrute-
mur. Tūc esse sentētias deo inspirāte platas sm proposituz
ac volūtatē eius cōprehēdere poterimus: quū eorum a qui
bus pmulgate sunt: statū ac meritum perpēdentes nō ver-
qualitate sine dubio vel concipiuntur vniuersi sensus: vel
sententie pferuntur. Quibus quid sit principale bonum q̄
apl's nō potuerit pficere quū vellet: diligētius indagemus.
Multa nouimus bona que beatū apl'm oēsq; eiusdem meri
re nō possum?. Est esse bona castitas: laudabilis ptinentia:
modesta tēperantia: pia misericordia: sancta iustitia. Que
oīa in apostolo. Paulo eiusq; cōsortibus ita plena et perfe-
cta fuisse non dubitamus: vt virtutū magisterio potiusq;
verbo⁹ ab eis religio doceret. Quū tātis ergo Paul? abū-
dauerit bōis: q̄ illud sit bonū cuius pfectione caruerit: nō
poterimus agnoscere nisi in illum profecerimus: quo ipe lo
quutus est affectū. Oēs quidē predicte eius virtutes velut
precioſe gemme: si cōparentur illi margarite euāgelice pro-
pter quā emendam oīa sua negotiator ille distrarit: reulle
Contē- scunt ⁊ cōtēnuntur p̄e excellentia eius. Quid ergo sit illud
platio- vnum q̄ tantis tāq; innumeris bonis p̄ponatur quasi alijs
nis cō- spretis videndum est. Nimirum pars illa optima est: cuius
mēda- magnificentiā atq; perpetuitatē relicto susceptionis ⁊ hu-
tio. manitatis officio/ Maria pelegit: de qua dictum est a dño.
Maria optimā partem elegit. Una est ergo theoria ⁊ sola
idest contēplatio dei: cui merito oīa iustificationū merita/
vniuersa virtutū studia postponūtur. Et illa quidē oīa que
in apostolo fuisse diximus bona: non solum ⁊ vtilia/ sed et
magna ⁊ preciosa sunt. Sed sicut stagni metallum in se bo-
num/argento cōparatum apparet vilissimū: ⁊ argērum auri
comparatiōe euilescit: ⁊ aurū collatiōe gēmarū. Ita illa vir
tutum merita ad presens bona ⁊ vtilia: ⁊ in futurū ad eter-
nitatem ducētia: si diuine cōtēplationis meritis compare-
tur: vilia/⁊ (vt ita dixerim) vendibilia p̄o ea habenda cense
buntur. Et hanc comparationem etiam scripturarū p̄firmat
auctoritas. Dicit esse scriptura. Vidit deus cuncta que fece
rat: ⁊ erant valde bona. Et Salomon. Vniuersa q̄ fecit deus
bona in tēpore suo. Hec igitur non sunt bona simpliciter:
verūetiam cum additamento valde bona pronūntiātur. Sūt
esse reuera in hoc mundo cōmorantibus nobis aut ad vsum
vite: aut ad corporis medicinā: aut ad aliquam caſam vtili Beñ.ſ.
tatis nobis ignote accōmoda: vel certe in eo bona valde/ q̄ Eccl's
faciunt nos inuisibilia a creatura mundi per ea que facta ij
sunt intellecta conspicere: sempiternam quoq; eius virtu-
tem ac diuinitatem/ex tam ordinata mollitione fabrice mū-
dialis et omnium que in ea sunt subsistentia contempla-
ri. Hec tamē oīa nec boni nomen obtinebunt: si futuro illi
seculo comparentur: vbi nulla bonorū immutatio: nulla est
vere beatitudinis formidanda corruptio. cuius mundi ita
beatitudo describit. Erit lux lune sicut lumen solis. ⁊ lux so
lis septempliciter. Magna igitur hec ⁊ preclara intuitu atq;
mirifica si futuris pmissionibus cōferant: cōtinuo vanitas
apparebunt dicente Dauid. Oīa vt vestimentum veterascēt.
Et sicut opertorium mutabis eos ⁊ mutabuntur: tu aūt idē
ipse es. Ergo q̄ nihil est per seipm stabile: nihil bonum nisi
deitas ipsa sola: oēs vero creature vt beatitudinem eterni-
tatis vel immutabilitatis obtineant: non hoc per suam na-
turam: sed per creatoris sui participationē et gratiam cōse-
quunt: tenere bonitatis meritum a creatore suo collata nō
possunt. In euangelio q̄s multa pnuntiant bona: vt bonam esa.xxx.
arborē: bonū thesaurū: bonū hoīem vel seruum: ⁊ tamen si
respiciamus ad bonitatē dei/nullum eor pronūtiabit bo-
num: dicente xp̄o. Nemo bonus nisi solus deus. Denicq; sicut
bona nostra diuine bonitati cōparata vertūt in malicia ita
⁊. Justitia nr̄a' dñe iustitie cāparata/panno menstruate si-
milis deputatur. Igitur ⁊ vniuersarum merita virtutū su
pradicta quū p se bona ac p̄ciosa sint: tñ theorice claritatis
comparatione fuscantur. Multum esse scrōs quis bonoruz
operum terrenis tñ studijs occupatos: contemplatione ul-
lius summi boni retrahūt opa illa. vnde ⁊ licet apl'o magna
meritorū stipendia pararent ex p̄dicationibus ⁊ alijs labo-
ribus: tñ eius mens quis sancta ⁊ sublimis/nō poterat ab
illa celesti theoria intentione terreni operis non diuelli ali
quando. Denicq; quū se talib⁹ ⁊ tantis ditari fructibus cer-
neret: ⁊ econtrario theorie bonū cordē pensaret: ac velut in
vna lance tantorū bonorū pfectū/in altera delectationē di-
uine p̄templationis appēderet: doū illū hinc laborū stipendia
immēsa delectāt: illinc desiderium vnitatis/⁊ inseparabilis
christi societas etiā a resolutione carnis inuitat: anxius tā-
dē pclamat ⁊ dicit. Quid eligā ignoro. Coarctor enim e duo- Phil.ſ.
bus desiderijs hīs vissolui: ⁊ esse cū christo multo magis me
li?. Permanere autez in carne/magis necessariū ppter vos.
Quū igit boni hui? excellentiā cūctis etiam p̄dicatiōis sue
fructib? retulisset: tñ charitatis cōtēplatione submittitur/⁊
ppter primos diuulsionē a christo sibi noxiā: sz ceteris ne-
cessariā: nō recusat. Illi quidē q̄ oculos cordis sui contegūt
crasso velamine viciorū: ⁊ sm sniam christi videntes non vi-
dēt existimant nullā culpā ex istis otiosis ac lubricis cogita
tionum excursibus se posse cōtrahere. ⁊ nihil nisi capitalia
crimina cōtemplantes: tñmodo credūt ea esse vitāda. Econ
trario ij q̄ summā toti? volūtatis ⁊ gaudij ⁊ beatitudinis sue
in diuinarū ad spūalū rez p̄templatione pstitūt: quū ab ea
inuiti vel paululū violētis cogitationibus abstrahuntur: ve
lut quoddam in se sacrilegij genus p̄senti penitudinis pu-
niunt vltione: ac vilissimam creaturā ad quā sit detort? mē-
tis intuitus/creatori suo se pretulisse lugentes: pene dixe-
rim impietatis sibi crimē adscribunt. Et licet ad p̄spiciendū
diuine glie claritatē oculos sui cordis summa alacritate cō-
uertant: tñ breuissimas carnaliū cogitationū tenebras non
ferentes: q̄cād ab illo vero lumine mentis aspectum retra-
hit/execrant. Licet aūt sancti fastidiāt vniuersa in q̄bus mū
dus iste versat: impossibile est tñ vt nō ad ea vel breui cogi
tationū rapiant excessu. Nullusq; hoīm (excepto saluatore
nostro) naturalē p̄uagationē mentis ira desiram semper in
dei contēplatione cōtinuit in vita p̄senti: ⁊ nunq; ab ea ra-
ptus mūdane cuiusq; rei delectatione peccaret: dicente scri
ptura. Sidera nō sunt munda in cōspectu eius. Experti igi
tur sancti se humanis viribus desideratū finē/obsistēte sibi Job
carnis sarcina attingere nō valere neq; p̄cipuo illu summoq; xxv.

bono fm cordis sui desideriū posse coniungi: sed ab eius intuitu captiuos ad mūdana trāsduci/ad gram dei q̄ iustificat cōuolātes cū apl̄o ꝓtestant. Infelix ego hō: q̄s me liberabit de corpore mortis huius? ⁊ Gra dei per Jesum christum. Sentiūt esse se bonū illud q̄ uolūt nō posse ꝓficere: sed in illud q̄ nolunt malū: quodq̄ oderūt. i. cogitationū motus ⁊ curā corporaliū rerū incidere. Et condelectant q̄dem legi dei fm interiorē hoīem: q̄ uisibilia cūcta trāscendens conatur deo semp̄ uniri soli. Sed uident aliā legē in mēbris suis i. in natura humane conditiōis insertā: q̄ repugnat legi mētis eorū: q̄ captiuū ꝓtrahit sensum violenti lege pcti: cōpellens. s. eū relicto illo principali bono terrene cogitatiōi subiungi. Que quis necessaria uideat ⁊ utilis quū dispēsatio/ni religiose cuiuspiā necessitatis impendit: cōparatione tm illius boni quo fcī: ūi oim oblectat intuitus: mala utiq̄ ab eis ac fugienda decernit/q: ꝑ eam ad tps quoquo modo ab illius ꝓfecte bītudinis gaudio retrahunt. Quanto autem mens humana ꝓfecerit: ⁊ ad sinceriorē cōtēplationis peruenerit puritatē: tāto se immundiorē quasi ꝑ speculū sue puritatis inspiciet. Nemo enim illo in quo ꝓfecerit gradu pōt esse cōtentus. ⁊ quāto q̄s fuerit mēte purgatior: tāto se sordidiorē uidēs: magis humilitatis q̄ elationis ueniet causas. quātoq̄ ptinacius ad sublimiora cōscēderit: tanto amplius puidet sibi supesse quo tēdat. Nec tū ex eo debemus nos a dñica cōione suspendere: q: nos agnoscimus pctōres sed ad eā magis ac magis ꝓpter aie medicinā / ⁊ purificationem spūs/aude festinare: uerūtm ea humilitate mentis ac fide indignos nos tanta gra existimātes. Jstudq̄ multo melius est indignos nos arbitrātes singulis diebus dñicis ob remediū accipere cōionē: q̄ semel tm in anno ⁊ quidam faciunt. q̄ ꝓfecto maiorē arrogantie ꝑsumptionē: quā declinare sibi uident/incurrūt: q: uel tunc quum eā ꝓcipiunt dignos se ei? ꝓceptione ꝺiudicant ex illa dilatione. Nota q̄ ista authoritas apl̄i. Non esse q̄ uolo bonū hoc ago ⁊c. fm Tho. ⁊ glos. continuit pōt intelligi etiā de pctōre q̄ est extra gram: q: sc; q̄ uult bonus agere fm instinctū rōnis: quadā tū uelleitate: non ait superāte passiōe sensualitatis. Et etiā de habēte gratiā ⁊ imperfecto intelligi pōt: quia uellet bonum agere perfecte sine delectatione sensualitatis in tentatis: ⁊ non potest impugnante sensualitate.

§. XXIII. Collatio. xxiiii. ⁊ ultima Abraā: de inhabitatiōe religiosi iuxta ꝓpīquos.

An expediat religioso iuxta consanguineos habitare.

Querentibus Joā. cass. ⁊ Germano utrū hoc ꝓfectius faceret. An habitare iuxta parētes ⁊ notos: quos possent sepe istruere de uia salutis: et ab eis de necessariis prouisi liberius possent lectioni ⁊ orationi uacare. An manere in solitudine remotos ab hoīb⁹. Rūdet Abraam. Nonunq̄ mala ex bonis rebus sumi uidem⁹ exēpla. Nā se quis eadē agere non eodez affectu atq̄ ꝓpōsito aut dissimili uirtute ꝓsumpserit: ꝑ fecto exinde laqueum deceptionis ac mortis incurrit unde alijs eterne uite fructus acquiritur. Quamobrem mensurā uirium suarum cōsiderare cōuenit unūquēq̄ nostrum. Non enim q: bona est anachoresis. uniuersis eā congruere comprobamus. Nec q: institutionē cenobiorū ⁊ curā fratrū sanctam atq̄ laudabilez merito ꝓsitemur: idcirco abuniuersis eam experendam esse censemus. Proinde primū religionis nostre atq̄ hmōi inter se pensanda sunt instituta. Deinde uires hoīm iugi uel uirtutum uel uitiorū assiduitate collecte: diuersa inuicē lance trutināde. Fieri etenim pōt ut q̄ alteri genti arduum atq̄ impossibile est: hoc alijs insita cōsuetudo quodāmodo uerterit in naturaz. Rimamini igit̄ nunc arcana pectoris uestri: prudenterq̄ conjicite an tale etiā uos iuxta parentes uestros districtionez mentis iugiter retentare possitis. Quumq̄ uos in hac animi mortificatione consimiles esse senseritis: tunc scitote parentū fratrūq̄ uicinam uobis quoq̄ similiter noxiā non futurā. ut. s. eis quasi in proximo cōstituti⁹ uelut mortuos uos esse credatis. Ut̄ tū aliq̄n cōtingit ut ꝓcipue ministrantib⁹ ipsis ꝓpingās necessaria/ipsi religiosi non afficiant ad eos ultra debitū. Uñ quum quidā anachorita ad beatū Antoniuz accessisset: ⁊ ei intimasset interrogat⁹ ab ipso q̄ iuxta cōsanguineos suos habitaret qui ei puidebāt de necessarijs: ex quo liberi⁹ ille deo uacabat: dixit btūs Antonius. Dic mihi fili utruz in eorum dānis ⁊ aduersis casibus cōtristeris: ⁊ de eo⁹ ꝓsperita gaudeas. At ille utriusq̄ rei se participē cōfessus est. Cui sener. Noueris inquit te in futuro in eo⁹ sorte esse cē gaudio uel meroze cōcuteris. Hec cōuersatio atq̄ tepidiscet id nunc tu ipse non sentias: q̄. s. singulis diebus mentez lauoris mercede defraudant: nō te permittentes quotidianum tibi uictuz manibus ꝑparare. Jam q̄ uos alios quoq̄ saluare confiditis posse: ⁊ spe maioris lucri ad reuiscendam patriā festinatis: audite sup hoc quādā abbatis Macharij fabulam iucundissime atq̄ aptissime figuratā: quam ⁊ ille quidam sil̄ibus desideriis estuanti ingessit. Erat (inq̄t) in ciuitate quadā peritissim⁹ tonsor: q̄ denarijs ternis unū quēq̄ tondens/comparatis uite necessarijs singulis diebus denarios reponebat. Audiens autez q̄ in alia ciuitate ꝓ rasura uel tonsura unus dabat solidus: idest. xij. denarij cogitauit q̄ illuc pficiscens ad artē suā exercendā breui ditaretur. Quā cogitationē executioni mandauit. Profectus ergo illuc ⁊ artificiū inchoans sui: quū ꝑ diē multos solidos lucratus esset: in sero ad ꝑparandū sibi necessaria uite oēs solidos illos expendit: q: in caro foro ibi oia erāt. sicq̄ per plures dies hoc accidit eidem. unde apud se ait. Reuertar ad ciuitatem meam. Questuosior esse mihi fuit ille numerus q̄ iste solidorū. ex quo nō solū nō mihi exuperat q̄ recondā: sed uix ipsa quotidiani uictus necessitas sustentatur. Melius itaq̄ est modicū iusto: q̄ affectare illa maiora lucra: que etiā si parta fuerint questuosissima quietione multorū: necessitate tū mundane conuersationis/⁊ quotidiane distentionis diminutionib⁹ absumūtur. Sicut una eadēq̄ noxij humoris origo tot uocabulis distinguitur ut. s. dicat podagra/uel articularis/uel aliter quot mēbrorū ceperit portiones. Eodem modo aie partibus nostre uim cuiuscumq̄ uitij ineſſ: credam⁹. Nā si rōnalē ei⁹ parte uitioꝝ pestis infecerit: renodoxie/elationis/ inuidie / ꝓsumptionis/superbie/contemptiōis/hereseos uitia ꝓcreabit. Si irascibilem uulnerauit: furorē/impatientiā/tristitiā/ accidiaz/ pusillanimitatē/crudelitatēq̄ parturiet. Si cōcupiscibilez gastrimargiā/fornicationes/philargyriam/⁊ alia desideria noxia terrenaq̄ generabit. Et idcirco si fontem huius uitij uultis agnoscere: rationabilē mentis uſe portionē noueritis esse corruptā: ex qua uel ꝑsumptionū uel renodoxie solēt uitia pullulare: dñi nō solū ad ꝓfectiōis uos pueniſſe fastigia: sz etiā alios docere posse uos creditis. Sed has amputare absq̄ difficultate poteritis: si q̄ sit difficile uinculoꝝ uestrū saluare aiam suā: mentis uestre cōtritione discatis: ⁊ nō modo ab illa ꝓsumptione submotos docendi alios sed adhuc agere doctoris cognoscatis auxilio. Adhibite ergo huic morbo uere humilitatis medicinam.

De beato Antonio et doctrina ac tentationibus eius. Capitulum. iij.

POst doctrinaz perutilem collationū ad ꝓfectionē dirigentē uite religiose: notanduz est de q̄busdā sctis pribus q̄ ceteris fuerūt fama uirtutū celebriores anachoretis uel cenobitis: sc; de ꝙuersatiōe eoꝝ ⁊ sentētijs. Eoꝝ oīs sctitatis ⁊ celebritatis gl̄iosissim⁹ transcendit ascēsuz. Antoni⁹. Hic tāta sapia diuinoꝝ ac prudētia moruz nō p studiū humanū/scientiaꝝ ignarus: sed diuino munere fuit repletus: ut ex diuersis mūdi partib⁹ tāq̄ ad celeste oraculū/plurimi p ꝓsilio in agendis cōfluerent: ⁊ a uarijs languoꝝ infirmi sanitatē plenissimā reportarēt. Constātin⁹ ipse imperator magnificus: cuius tpe claruit: ꝓcas rogatus instanter ab eo cuz multa deuotione ⁊ reuerētia recipiebat eū exhortātes ad cultū diuinū ⁊ iussit iā erercendā. Septē epl̄as legit ad eccl̄ias Egypti destinasse: q̄ tribus illis legebant in eccl̄ijs: ut epl̄e Pauli. Quodam amico Augustini ueniente a Carthagine q̄ est in Aphrica ⁊ uisitante Augustū. Diuian ſpm tūc Mediolani morātē: ⁊ in arte oratoria legentē: referēte mirabilia q̄ de sctō Antonio in illis partib⁹ narrabantur. epl̄e tā defunctoꝝ de miraculis: ꝓfectione uite ei⁹: ⁊ sapiētia diuina ei⁹. Aug. nōdū ad fidē uersus exarsit ad imitādū exēpla ei⁹: ⁊ cōuersus ad Alipiū socium ei⁹ ait. Quid patimur: ⁊ q̄d audim⁹? Surgūt indocti ⁊ uolēter rapiunt celū: et nos cū nr̄is doctrinis demergimur in profundū. An q: ꝑcesserunt pudet seq̄: ⁊ nō poti⁹ q: anteceſſerunt nō pudet nō imitari? Et inde cōpunct⁹ ualde ꝓposuit fieri christianus. Tanti aūt feruoris fuit in sua iuuētute Antoni⁹: ut martyres sequeret quū iussu Maximiani iperatoris ducebant ad tormēta cōtristabaturq̄ plurimū q̄ sibi martyriū non dabat. Eius aūt uitā ⁊ ꝙuersationē scripserūt Athanasi⁹ Alexandrinus epūs luculēto ⁊ plixo sermone. ⁊ Hiero. breuiter. Nomē aūt ei⁹ rei cōsonū fuit. Dicit esse ab ana q̄ est sursum / ⁊ tenens quasi sugnatenēs ⁊ terrena despiciens. Jgit̄ quū etatis. xx. esset anno⁹ ⁊ in eccl̄ia legi audiret euāgelicus illud: Si uis ꝓfectus esse: uade ⁊ uēde oīa q̄ habes ⁊ da pauperib⁹: et sequere me. nō huius surdus auditor/oia q̄ habebat uendens ⁊ partē cōsanguineis egētib⁹: partē pauperib⁹ largiēs: uitā assumpsit heremiticā. Et licet ꝑ tpe anachorita fuerit post

Paulum

Paulū primū heremitā: magis tñ vitā cenobiticā tenuit: pr̄ factus multorū mōachorū: & prim⁹ ex noiatis in eccl'a. quē plurimū venerātur & colūt non solū religiosi: sz & laici etiā scelesti. Quū aūt se primū inter mōachos heremicolā cogitaret: in somnis multo se meliorē alium heremū incolere reuelatur. Iter aūt arripiēs hūc ḡs sit per syluas & deserta inquirit. Obuiū in via habuit hippocētaurū hoiez scilicet equo mistū: cui opinio poetarū cētaurū nomē dedit: q̄ ei vi am dextera demonstrauit. Postmodū obuium habuit animal ferens fructus palmarū supra imagine hois insignitū odor corpore. Qui quū eū per deū adiurasset vt ḡs esset ediceret. rñdit se esse satyrū deū syluarum errorē gentilium. Pauli heremi incolā reuelatur. Postremo inuenit lupū qui eū ad cellā sancti pauli perduxit. Paulus autem Antoniū sentiēs ostiū sera clausit. Antonius vero rogauit vt sibi aperiat: affirmās se nūq̄ inde recessurū: sed ibi etiā moriturū. Victus Paulus ostiū aperuit: statimq̄ in oscula ruūt ad inuicē. Quūq̄ post mutua diuina colloquia hora prādij aduenisset: coruus qui ei solitus erat escā de celo afferre: panis duplicatam partē in medium posuit. Quūq̄ de hoc Anto. miraretur: dixit paulus q̄ oī die deus sibi taliter escam ministrabat: sed tunc annonā p̄epter ipsius hospitē duplicauerat. Pia vero lis orit inter eos vter scz magis dignus esset panē diuidere. Deffert paulus hospitit Antonius senior: tandē vtriq̄ man⁹ apponūt: et panē in equales partes diuidunt. Deinde discedit ab eo Antoni⁹ et quū reuertens celle sue appropinquaret & vidit angelos animaz Pauli in celum deferētes: & inter ꝓphas et apl'os collocātes. Qui velociter rediēs: inuenit corpus Pauli fletis gemibus in modū oratis erectū: ita q̄ ipm viuere existimauit. Sed quū mortuū didicisset: dixit. O scta aia: q̄ in vita gessisti: in morte mōstrasti. Quū aūt nō haberet vū sepulturā faceret: ecce duo leones aduenientes foueaz fecerunt: Antonius gra uiter infestant demones. sepultoq̄ eo ad syluā redierunt. Anto. aūt tunicaz Pauli ex palmis contextam assumpsit q̄ postea in solēnitatib⁹ ea vtebatur. Obijt aūt circa annos dñi. cclxxvj. Hic feruescente persequutione Decij cōtra christianos timens non posse tormenta sufferre. in heremum vastissimam se contulit. vbi. xl. annis hoibus ignotus manens / deo deuotissime deseruiuit.

℣.I. Hic Antonius quū quadaz

vice spūs fornicationis virtute fidei supasset: diabol⁹ in specie pueri nigri añ eū pstrat⁹ apparuit: & se ab eo victū confessus est. Nā & hoc ꝑcibus impetrauerat: vt videret spūs fornicationis demonē iuuenibus insidiantē. Quē quū in predicta forma vidisset: ait. Utilissima specie mihi apparuisti: te vltra nolo videre. ℂ Idez quū in quodā tumulo latitaret vt secreti⁹ deo vacare & liberius posset: multitudo demonum adeo eū lacerauerunt: q̄ minister eius veniens quasi mortuum existimans ꝓpriis humeris asportauit ad locū cōgregatiōis fratrū. Quūq̄ oēs q̄ congregati erant quasi mortuuz lugerent: dormiētibus cūctis Anton⁹ reuixit: & ministro se adpredictū tumulū portari fecit. Qui quuz ex dolore vulnerū ibi prostratus iacere: ex virtute animi ad conflictum demones excitabat. Tunc illi in formas varias ferarū apparuerūt & eū iterū dētib⁹ corrib⁹ & vnguib⁹ crudelissime lacerauerunt. Cūc splendor mirabilis ibi apparuit: & demones cūctos fugauit. Anton⁹ aūt protinus sanat⁹ est. Ibiq̄ christū adesse intelligens / ait. Ubi eras bone Jesu: vbi eras: cur a p̄ncipio nō adfuisti vt me iuuares & vulnera mea sanares? Cui dix. Anton⁹ hic erā: sed expectabā videre certamen tuū. Nūc aūt q̄ viriliter dimicasti: in toto orbe terrarum te factā nominari. Oē quantū verefit impletū de se ps. Idē quū. xxxv. annoz esset: & in aliā heremū pgeret argenteū discuz reperit: & intra se dicere cepit: Unde hic argenteus discus. vbi hoim vestigia nulla videnf: Sed si viatori ceciderisset pre sui magnitudine latere non potuisset. hoc diabole artificiū tuum est. verūtū voluntatē meaz non poteris immutare. Hoc dicente discus vt fumus euanuit. Postmoduz ingentem massam veri auri reperit: sed vt incendium aurum fugit. Sicq̄ ad montem pgens. xx. annis ibi pmansit innumeris corruscans miraculis. Huic diabolus aliquando in tanta pceritate apparuit: q̄ quasi capite celum tangēs videretur. Querenti ḡs esset: respondit sathanam se esse. & addidit. Cur me sic frustra impugnant monachi: Cur me oēs maledicunt christiani: Rñdit Anto. Juste quidem hoc faciunt. tuis em̄ frequentanē molestijs. At ille. Nihil ego faciorsed ipsi se inuicē turbāt. Nam & ego ad nihilū redactus sum: christus vbiq̄ regnat: vbique nomen christi personat. Antonius deo gratias retulit: & ille vt fum⁹ euanuit. Multis autem modis corpus afficiens: & gloria miraculorum coruscans: propter cautelā glorie ad locum ignotiorē discessit. vbi quum diuersas demonū sustinuisset insidias rogat⁹ a fratrib⁹ vt eos iuuaret: deficientib⁹ siti comitibus fontez oratione produxit. Et sic refectis socijs ad monachos qui se inuitauerant letus venit. Altera die quum fratres de statu aiarum quesissent: nocte sequenti vox venit ad eum dicens: Surge exi & vide. Et egrediens vidit quendam longū & terribilem / caput vsq̄ ad nubes tollētē: q̄ quosdā pēnatos ad celū volare cupientes / extensis manib⁹ p̄hibebat. Et alios libere puolātes retinere nō poterat: & maximū gaudiū simul cū dolore nimio a victis a victoribus Antonius sentiebat. Et intellexit aiarum illū esse cōscensum: & diabolū p̄hibere querentem. qui sibi obnoxios cū gaudio retineret: & de sanctorum volatu quos retinere non poterat: sic doleret.

℣.II. Et vt scribit de eo Athana

sius in legenda eius. Erat Antonius in fidei pietate mirabilis. Nunquam se schismaticoz miscuit cōioni / antiquā eorum sciens p̄uitatē. Nunquaz Manicheis aut alijs hereticis saltem amicabilia verba largitus est: nisi tñ ea q̄ eos possent ab errore reuocare: denuntians talib⁹ amicitias atq̄ sermones pditionē aie esse. Sic Arrianos detestabat: vt omnibus diceret: nec iuxta eos quidē esse accedēdū. Mentientibus aliquando Arrianis Antonio ita vt ipsi se credere p̄mitterent admiratus eorum audaciam: iusti doloris ira cōmotus est: vt de monte eos expelleret quo ad eum venerāt: serpentibus deteriorēs eos affirmans. Rogatusq̄ ab episcopis & fratribus vniuersis Alexandriam descendit: ibiq̄ Arrianitas sermone publico condemnauit: vltimā hanc esse heresim / & p̄cursionem antichristi affirmans. Predicabatq̄ in populis filium dei non facturam: non ex vllis existentib⁹ sed proprium & vnius cum patre essentie. Nec creatura aut adoptiuū aut appellatio videretur. Impium esse dicens vel mente concipere. Erat q̄ñ nō erat quū verbū dei deus semp patri sit coeternus. q̄ ex deo p̄e natus est q̄ semper est. vñ aiebat. Cū Arrianis nulla sit vobis p̄fictio. Uos fideliter credentes christiani estis. Illi verū filiū q̄ ex deo p̄e natus est: creaturā docētes: nullo iteruallo a gētib⁹ separāt: q̄ seruire creature poti⁹ q̄ creatori. Jpa mihi credite / irascunt elemēta: & oēs ꝺ Arrianū furorē cōgemiscūt creature quod sibi deū suū p quē osa & in quo osa facta sunt: videant aggregari. Hec tanti viri p̄dicatio exprimi nō p̄t quantum ad fidē pp̄los roborauerit. Letabant oēs hostilē & christi inimicam heresim anathematizari ab ecclesie colūna Antonio. Nulla tunc etas / nullus sexus domi remāsit. taceo de christianis. Pagani & ipsi idoloꝝ sacerdotes ad dñicū ouile conuolabāt dicentes. Precamur vt hoiez dei videam⁹: quia hoc apud vniuersos conspicuum nomē erat Antonij. Ambiebāt quoq̄ saltē fimbriā vestimēti eius attingere: multū etiā tactū p̄desse credētes. Quot tunc diabolica obsidione & varijs sunt ifirmitatib⁹ liberati? Quot simulacris ablata sunt spolia? Quanti ab errore gentilium retracti nr̄o cōiuncti sunt gregi? Preterea cū irruentem multitudinem comites repellerent existimantes tedio illi p̄uentū pp̄ter fore: ipse tranquillo aīo dicebat. Nunq̄d hic cetus maior est demonuz turbis? A saluatore etiā hoc munus acceperat: vt si ḡs ignarus eius inter multitudinem monachoꝝ eū videre desiderasset: nullo indicante ceteris p̄termissis ad Antonium p̄recurrebat & animē puritatē agnoscebat ex vultu: & per speculum corporis gratia sctē mētis intuebat. Nā semp hilarē gerens faciē liquide ostēdebat se de celestibus cogitare. Habebat oculos letificantes: & dentes sicut lac nitidos. Hec Athanasius.

Schismaticos & hereticos vitauit Antonius.

Erat q̄ñ nō erat hec ꝺba pestifera p̄mū prolata sunt ab infelici Ario hereſi archa.

℣.III. Aliquando quum operaretur

cū fratrib⁹: suspiciens in celū dū tristē visionē: vidisset reuolutus añ deū / rogauit vt futurū scelus auerteret. Unde cūctis tremētib⁹ q̄ adstabāt & rogātib⁹ vt visionē exprimeret: singultib⁹ & lachrymis p̄pedit⁹ / dixit eis q̄ magnum nefas & inauditū scelus seculis immineret. Uidi / inq̄t / altare dei multoꝝ circūdatū multitudine qui calcib⁹ ossa dissipabāt: ac p̄ hoc magno turbine fides catholica subuerteretur et homines iumentis silles christi sacra diripiēt. Hec est causa gemitus meoꝝ. His auditis facta est vox dñi ad eū dicens. abominabitur altere meū. Oē & factū est. Nā post duos annos erūpētibus Arrianis ecclesia tante direptioni subiacuit: vt pollutis oībus non solū virgines & matrone & ip̄m baptisteriū pollueret: sz etiā christiani tāq̄ oues iuxta alta ria necarentur. ℂ Quidā aūt Arrian⁹ noie Balachius / ux Egypti quū ita ecclesiā infestaret vt virgines & monachos nudatos publice verberaret: sic ei scripsit Antonius: Uideo irā dei veniētē super te. Jā desine p̄sequi christianos: ne ira dei te occupet: q̄ primū tibi minat interitū. Legit infelix & risit: & in eas expuens in terram iecit. Portitoreſq̄ multis afficiens iniurijs / talia Antonio remandauit. Quia tñ curas de monachis: veniet q̄ ad te nostri ēt disciplina rigoris. Sed cōfestim minatoꝝ suppliciū sic oppressit: q̄ quū

Arrianā here sim p̄ui gens Antonius.

Balachi⁹ ab antoni carpit.

intra quicz dies cū alijs equū mirissimū eqtaret: morsu eq sui in terram decussus corrosis z laceratis cruribꝰ delatus ad vrbem expirauit. ¶ Aliqñ quū Antonius ab angelis in aerem leuareꝛ: adsunt demones eiꝰ transitū phibētes: pctā eius aberoꝛdio natiuitatis obiciētes. Quibꝰ angeli: Non debetis illa narrare q̄ christi miserioꝛdia sunt deleta. Si qua aūt scitis ex quo factꝰ est monachꝰ: illa pferre. Et quū in pbatione deficerent: liber Antoniꝰ in sublime tollit: z liber deponit. ¶ Narrauit Antoniꝰ de se dicens: Vidi aliqñ diabolū celsum coꝛpoꝛe: q̄ se dei puidentiā z virtutē est ausus dicere. Et ait. Quid a me vis Antoni vt detur tibi? At ego sputa in os eiꝰ ingeminans totum me in eū christi noīe armatus ingressus: z statim euanuit. ¶ Quum semel Antonius in spū raptus totuz mundū laqueis sese inuicē connectentib⁹ plenū vidisset exclamās ait. O q̄s istos euadet laqueos? Et vox de celo: Humilitas ipsa. ¶ Quidā pbi audiētes fama n sapiētie eiꝰ: quū scirēt ipm studio lr̄aꝝ in seculo nō vacasse: accesserūt ad eū in desertū ad tentādū eū z probandū sapiaz eiꝰ. Et inueniētes eū vacātē: interrogauerunt q̄d ageret. Qui rñdit se tūc legere. Querētes aūt in quo libꝛo legeret. Rñdit. In libris q̄ docuerunt doctoꝛes vestros: Aristotelē: Platonē: z alios. In creaturis videlz quaꝝ virtutes z ppietates illi cōsiderātes in scriptis suis reliq̄runt. Sed in eis cōtēplabaē creatoꝛē eaꝝ cognoscēdo z amando. Pbi aūt curiose erāgendo z ide se cōmendādo. Ex q̄ rñsione admirati: cognouerūt verā sapiam ei⁹. ¶ Alij artis magice periti arte diabolica cōsueta vsi sunt: mittētes ad eum infestandū demones: q̄ sua suggestiōe vehemēti facerēt eum recedere de cella sua. Et quū pluries diuersos principes demoniozū adiurādo misissent: z nūq̄ eū vicissent vt facerent eū locū deserere: admirate venerūt ad eū iterogātes an vltra solitū fuisset incitatus ad recessuz de cella illa. Quiviq̄ confessus est se dieb⁹ illis multū sup hoc fuisse veratus: sed tentatiōnē hmōi supasse ꝛtute christi. Et cōfessi: pctm̄ suum ad deū cōuersi sunt. ¶ Sagittari⁹ quidā videns Antonium cū monachis suis gaudentē: cuius sctitatis famā audierat: scādalizat⁹ est ipurās illud leuitati z dissolutioni: nō discretioni. Qō intelligēs Antoniꝰ dixit ei. Pone sagittā in arcu z trahe. qō z fecit. Et quū hoc ei mandasset imediate secundo z tertio: dixit sagittarius. Tm̄ trahere potero q̄ de eius fractione dolebo. Tunc Antonius sic inq̄t est in opere dei. Si supra mēsurā semp tēdere vellemꝰ in rigoꝛe spūs z coꝛpoꝛis pfectēs: cito frāgeremur. Expedit ergo rigoꝛem aliquantulū relaxari vt pseuerare possimus. Et quibꝰ verbis edificatus recessit. Unde z in scōa colla. Moyſi. vt. S. dictus est cōferentib⁹ patrib⁹ heremitis simul cū btō Antonio que esset virtus q̄ expedit⁹ z securi⁹ pduceret monachū ad perfectionē: Quū diuersi diuersa dicerent: cōcludit Antonius z per exempla pbauit esse virtutem discretionis.

§. IIII. Antonius ipse quū aliqñ

in heremo tedio afficereꝛ: clamauit ad deuz dicens. Dñe volo saluus fieri: sed nō pmittunt me cogitatiōes mee. Et surgēs egressus est cellā. q̄ vidit iuuenē quendā hic erat angelus dñi) stantē atq̄ operantez: z post modicū surgebat: z ad oratiōnē se dabat: z post paululū reuertebaē ad opus. Et iterum surgens oꝛabat. Quāq̄ pluries alternatis vicib⁹ hoc egisset: dixit angelus: Sic fac et saluus eris: et subito disparuit. ¶ Quidā renuntiauerat sclō: sed nō pfecit: q̄ q̄dā adhuc sibi retinebat. Uenieti ergo ad Antoniū p instructiōe sue salutis: dixit ei Antoniꝰ. Uade z eme carnes: z cum eis ad me reuertaris. Qō quum fecisset: z eas secū poꝛtaret caneo in via eū infestabāt multum z lacerabāt ppter illas. Et quū venisset ad Antoniū: declarauit molestiā quam passus fuerat a canib⁹ in via ppter carnes. Tunc Antoniꝰ ait: Sic qui seculo renuntiant z retinent sibi pecunias impugnati a demonib⁹ discerpunt. ¶ Interrogauit q̄dā Antonium dicens: Quid custodiens placebo deo? z ille. Quocunq̄ vadis semp deū pre oculis tuis habeas. In ḥsque cogitas semper testimoniū scripturaruz adhibeas: vt. s. sm̄ doctrinā earum ipsas vel sequaris si bene: vel abijcias si male. In quocūq̄ loco sederis: non inde cito mouearis. scz sine vrgenti causa. Hec custodiēs saluus eris. ¶ Alius eū interrogauit. Quid sibi agendū ad salutē consequendā? Cui Antoniꝰ. Nūq̄ confidas de tua iustitia. vētris z lingua sit tibi continētia. z nō iteniteas de re transacta. s. te bonum fecisse: vel si malū fuit q̄ tristitia absoꝛbearis: z desistas a bonis. Idem. Qui sedet in solitudine (ait) a tribus bellis eripitur. s. auditus: locutionis: z visus. Contra vnum tm̄ pugnā habebit: scz coꝛ acceptenē. Sicut aūt pisces si tardauerint in sicco moꝛiuntur: ita monachi extra cellā moꝛantes/ z cū secularibus cōuersantes/ a quietis pposito resoluuntur. Quidā fratres quū verbū salutis ab Antonio queriꝫssent: rñdit ille. Audistis oēs in euāgelio dicentē. Si q̄s te percusserit in dextrā maxillā: poꝛrige ei z aliam. At illi. Hoc nullo modo facere possumus. Et Antonius. Saltem de vna patienter ferte. Et illi. Nec hoc possumus. At beatus Antonius. Saltem non velitis magis percutere q̄ sitis pcussi. Et illi inquiunt. Nec hoc possumus pater. Denum dixit Antoniꝰ discipulo. Prepara istis succos: quia nimis delicati sunt.

§. V. Scribit etiam Atanasius

de btō Antonioꝰ q̄ quū philosophi plures venissent ad bis ad beatū Antoniū ad tentandū z irritandū ipm: q̄ literas ignoꝛabat: quos tm̄ ille interrogantes cōuincebat: tertia vice venerunt viri ois secularis pudētie nube cecati: atq̄ vniuerse pbie artū suaꝝ estimatione doctissimi. Si ergo quuz rōnem ab eo exigerent fidei quā in christo habemus z niterentur argumentoſa sophismatum interrogatione de diuina cruce eū illudere: intra se paululū voce compꝛessa: primū eoꝝ errozē miseratus est: deinde per interpretem qui eius verba diligenter in grecum solebat exprimere sermonem: ita exoꝛsus est dicens. Quid pulchriꝰ est: quid ve honestiꝰ quem crucē colere? An adulteriū/ homicidium/ incestum ijs assignare quos colitis: quū in altero cōtemptus mortis insigne virtutis sit. in altero turpis religio sit obscenitatis magistra? Quid melius est dicere: an q̄ dei verbum manens vt erat ob salutē nostrā humanū coꝛpus assumpserit: vt societate moꝛtalitatis nos eueheret ad celos participesq̄ nature celestis efficeret: an vt ipsi asseritis/ diuine mentis hanstum ad terrena venerada caput submitteret: z pecudum atq̄ serpentum formis celeste munus includeret? Quo oꝛe credulitatem christianoꝝ auderis irridere: dicentiū christum filium dei sine sui detrimento z cepisse esse quod non erat: et manisse q̄ fuerat: quū ipsi aiam de celestibus detrahentes non tm̄ hoim: sed z pecudū soletis sepire coꝛpoꝛibus. Christiana credulitas deū suū pro salute mūdi venisse testatur. Uos vero innatā aiam predicantes vltro citroq̄ trāsfertis christiana fides que clementiā dei omnipotentiamq̄ veneratur: dicit deo fuisse passibilē: ita tamen vt non euacuauerit dignatio dignitatē. Uos animā ex splendidissimo dei fonte manentem turpiter decidisse iactatis: qui mutabilem et cōuertibilem eam post sui diminutionem audetis asserere. Jāq̄ illam naturam dñicam (al's diuinā) per anime ptumelias impia lingua temeratis. Imago que sm̄ vos naturalē simlitudinē sui retinet authoꝛis: cui vna est ex quo defluit eadēq̄ substantia. humilitatis ppietatem z iniuriam cōsequenter ad suā remittit originē. Igit̄ aiaduertite contumelias aiarum ad patrē (vt appellatis) earum ppter vestram blasphemiā redūdare. Crux Jesu christi dñi nostri nobis ingeritur. Rogo que hic est religionis obscenitas? Nonne potius est crucē aur alicui⁹ generis moꝛtē ab iniquis hominibus illatam patienter sustinere: q̄ Isidis plangere post Osirim vagos incertosq̄ discursus? Pudeat queso vos insidiatoꝝ Typhonis. Pudeat Saturni fuge z deuoꝛationis crudelissime filioꝝ: Erubescite parricidium Jouis z incestum. Erubescite raptū eius z coitum mulierum atq̄ puerozum. Ille sicut vestri fingunt poete) ad explendum immanissime libidinis furoꝛem/ molles dedit in amoꝛem mugitus. Ille in Diane fluxit sinus. Ille amatoꝛ z preciū. Ille modulatus ales Ledeos petiuit amplexus. Ille in proꝑium seuies serum/ regium puerum ministris auibus polluit. Hec vos creditis. Hec vos colitis. Hec sunt vestroꝝ ornamenta temploꝝ. Equo deprecoꝛ pro vestra salute) nostra dicta pensate iudicio vniuersa. Uniuersa an nihil libris credenda sunt christianis? Si nihil. Nec crucis quoq̄ cui detrahitis nomen agnoscitis. Si vniuersa credenda sunt: cur quum in eisdem libris crucifixi resurrectio copuletur: passionem diuinam stolido laceratis eloquio: z nō statim iungitis cecoꝝ visum: surdoꝝ auditum: z claudoꝝ cursum: lepꝛe emundationem: seruiens ambulanti deo suo mare: demoniꝰ fugas: moꝛtuoꝝ resurrectionem: z defunctoꝝ ab inferis reditus? Hec omnia in scripturis quas interpellatis inserta sunt: z eisdem voluminibus continentur preconia maiestatis z dedecoꝛa moꝛtis. Quāobꝛē odio quo imbuti estis abiecto: inueniet⁹ ilico z verum deum esse Jesum: z humane salutis gratia fragilem assumpsisse naturam vestram tm̄ si non pudet nobis narrare religionem. Sed quas eroꝛ infelix poterit referre culturas de tanta rerum fedītate atq̄ vecoꝛdia? nisi forte (vt audio fabulosas deoꝝ vestroꝝ z obscenitates z crudelitates z moꝛtes allegoricis velaminib⁹ operiris: Liberū vinū: raptam Proserpinam/ terrā semiclaudum Vulcanum: debilem ignem: Junonem aerem: Apollinem/ solem: Dianā/ lunam: Neptunū maria z libidinum principē Jouē/ etherē interpretantes. Nam z post hāc

excusatiōis

ercusationis ꝓcacitatē/mō deum sed creaturas contempto suscip tis creatore. Oō si pulchritudo vos elementorum tra xit ad eorum venerationē/modū fas erat custodire/t opor tebat mirari tantū/nec colere/ne facture veneratio creato ris esset iniuria. Nam sm istiusmodi que vos sequimini/tra tione prepostera t architecti honor migraret ad domum/et medici remedia ad scientiam referenf/oīmq artificum meri ta vel laudes ad opera trāsferentur. Quid ad hec dicitis vt cognoscatis que sit crucis ridicule vobis ignominiosa con fessio/Hac disputatione conuertentibus inter se pbis ocu los/simulq musitantibus/subridens per interpretem rur sus ait Antonius. Durum nempe cuncto videtur operi/q iu sto vniuerse rei tenore calcatoꝛ/laboris merita factis magis quam factoribus adstringantur. Elementa quidem/vti me morani ex ipso conspectu suaꝫ comprobant seruitutē. Sed quoniā vos obseruatione dialectica necessaria vt putatis) queq colligitis/hoc quoq artificio vos nostram religionez compellitis affirmare. Respondete mihi. Cognitio dei per quem modum manifestius approbatur/p argumenta ver borum an per operationē fidei? Et vtruꝫ antiquius est/ope ratio fidei an disputatio per argumēta pcedēs? Illis aūt re sponde ntibus firmiorē sermonibus operationē esse/t hanc liquidā de deo cognitionē/bene eos t ipse dixisse consensit q operationem q̄ er fide descendit/animi generat affectus. Dialectica vero et artificio cōponentiū sumpsit oppositionē seu oppositionis exordiū. Quō ergo(ait operationem fidei animo firam quis habuerit/supflua erit verborū cōpositio p quam cōceptam sensu nostro credulitatē tentatis t velle re/t tamē nr̄as sepe explicare intelligentias non valetis. Et ita rāro solidiora sunt mētis opa/quāto sophismatū fraudu lenta pclusis. Nos christiani mysteriū vīte nostre non in sa pientia mūdi habem⁹ repositū/sed in virtute fidei que no bis a deo p christū tributa est. Hāc oīonis mee vitatē rerū quotidie q̄ gerunt ordo cōmēdat. Nobis essi imperitis t līa rū vsuꝫ studio ignaris/ad dei cognitionē ei⁹ solū mō verba sufficiunt. Ecce nos tot gregib⁹ gētilitatis abstracti in vni uersum orbem quotidie plongamur/vbe vero post aduētū dñi nr̄i nodose sophismatū defecere versutie. Ecce nos sim plicē christi fidē docētes/idololatriā debellamus/t p predi catiōnē ignominiose crucis aurata tēpla ceciderunt. Vos si potestis ostendite qua cōpositione verborū gētilitatez chri sto ꝓponere sua seritis. Per oēm iā terrā christus verus dei filius est agnitus. Nihil eloquentia sophistarū/nihil disputatio pbie multitudini pōt obesse credētum. Crucifixū no minamus/t vniuersi demones quos vos vt deos colitis/re fugiunt/atq er obsessis corporibus ad primum dñice crucis signum fugantur. Ubi sunt illa fabulosa oracula/vbi Egyptior incātationes? Quid pfecere magorum carmina? Cer te tunc vastata sunt ofa/quū sua cruce christus mundo imo ruit. Nihilominus vos ptermissis debilitatorum cateruis gloriosaꝫ Jesu morte irridere conamini. Illud aūt quale est q nunc⁹ infestatione legali cōcussa gentilitas/ immo secu lari cura t hoīm presidijs fulta t sustentata iam cozuit/nos famuli Christi quo plus premimur/eo magis exurgimus et florem⁹. Uestra simulachra oīa/quondā septa parieti bus iam vetustate collapsa sunt. Christi vero doctrina que vobis stultitia videtur t ludus/licet tyrannica psequentiū principū tentamēta pertulerit/licet varijs sit incursata ter roribus/nullo terrarū orbe cōcludit/nullo gētilī barbaro effulsit/q̄ tot simul in se cōuenere virtutes? Cōtinentia in matrimonio virginitas in eccīa floret/martyriū p dño suo gloriosa cōstantia poller/quoꝝ oīm crux christi principium est. Quū interim vos inter tantos virtutū chozos syllogis mozum retia tenditis/t verū lumē conamini tenebrosis ar gumentationibus obuoluere/ecce nos vt dixit doctor no ster nō in gentili psuasione/sed in fide apertissima suadem⁹ que fides verborum affirmatione preuenire consueuit. Ad sunt ꝺ̄ppe patientes a demonibus verati. Quos quū in me dium vduxisset/hec verba repetuit dicens: Nunc vos cū cō secrationibus vestris t quo vultis maleficio carmine deos vestros quos putatis evellite. Si aūt non potestis: victas submittite manꝰ Ad xpi trophea cōfugite/t statiz crucifixi credulitatē manifestatis potentia psequamini. Dixit t inuo cato Jesu nole/quū vitale signū in numero sacro trinitatis pressisset in frontibus/vna cum expulsis demonibus vana presentiū phozū cōfutata est sapientia. Expauerūt essi stupē tes t̄ū hoīem/cui post essi ingeniū affluret signorum tanta largitio. At ille vniuersa q̄ curarat christo adscribens vsus est affatu recīproco t ait. Nolite me putare bis sanitatez de disse/sed christus per suos seruos facit ista miracula. Credi te t vos/t videbitis quia deo deuota fides non eloquenter vanus tumor talia signa mereatur. Confugite ad crucifixi legem. vosq eius imitamini famulos. t hoc scientie fine con tenti. nulla deinceps secularis imprudentie argumenta que ratis. Hacten⁹ Antonio dicēte: pbi miro stupore pculsi. t cū honorifico salutaru ab eo recedentes/multū eius sibi fate bantur pfuisse cōspectū. Hoc vero mirabile est vt hoīem in extremo mūdi limite cōditū al's pstiturū t fauor princi pū t ois celebraret aula regalis. Nā t Cōstantin⁹ imperator t eius liberi Cōstans t Cōstātin⁹ talia cognoscentes crebro ad eū quasi ad pfez missis lr̄is obsecrabāt vt reciprocis eos literis exhilararet. Super quo rogatus a fratribus vniuer sis vt christianos reges suis lr̄is illustraret ne scilicet psi len tiū exasperarentur licet cum difficultate rūdit dicens. Que monachis est rō cū epīis regū? tū susceptis epistolis pueniē tia rūdebat. Laudauit primū q̄ christū coleret. deinde salu taria persuasit: ne magnā putaret regiā prātem: ne ꝺ̄sentis carnis impio tumētes hoīes se esse nescirēt: t iudicandos se a christo obliuiscerent. Ad postremū clementie circa subie ctos t iustitie cure quoq inopū admonuit. t vtū sempiter num esse regē seculoꝝ dñm Jesum christum testat⁹ est. His literis principes susceptis vehementissime letabantur. Hec oīa Athanasius vbi. s. Obijt aūt beatus Antonius anno ab incarnatione dñi. cccl̄x. etatis autem sue anno. cv.

§. VI. Quia ad beatū Antoniuz

pertinet q̄ habetur in sequenti hystoria notanda: ideo hic inserit. Chronius Nitrie presbyter referebat: vt scribit Uin cen. spe. histo. lib. xviij. q̄ Eulogius quidā scolasticus immor talitatis desiderio captus huic mundo renuntiauit: rebusq suis dispersis: pauca tamen quibus (quia per se operari nō poterat) vterek sibi reliquit. Quum igitur nec cum multis posset in monasterio degere: nec solitudinem patienter fer re: reperit quēdam infirmū in platea iacentem elephantico morbo sic repletum vt sine manibus t pedibus esse videret: lingua vero a tantis cruciatibus erat immunis. Tunc Eulo gius orans: t quandam cum dño faciens pactionē celebrās ait. Dñe deus suscipiā istū: t vsq in diem mortis repensabo illum: vt t ego saluari valeam ꝓpter ipsum. Abor eū super asinum ad hospitium suum trasuehens/per annos. xv. ei so licite seruiebat. Ipsumq manibus propriis medicamentis ac cibis t balneis curabat: t ille grandi patientia cuncta fe rebat. Sed post hec instinctu demonis beneficiorū eius im memor/cepit ab eo velle discedere: multisq iniurijs t oppro brijs increpare dicens. Fugit/ue q̄ propriam domum deuo rasti: furatusq es alienā substantiā: in me salutis tue occa sionem reperisse te credis? Eulogius aūt rogat eum dicens. Noli dñe mi talia dicere: sed dic potius t emendabo si in ali quo contristaui te. At ille cū furore: Uade inquit) Adulatio nes tuas istas nolo: proijce me in publicū. Refrigeratione tua non indigeo. Illo iterū obsecrante eum egrotus ait. Jā fraudulentas irrisiones tuas non ferom: nec mihi hec arida et parca vita iucunda est carnibus saturari volo. Quas quum ille exhibuisset: clamauit egrotus. Non potes volūtati mee satisfacere: nec tecum solitarius habitare valeo. Ad publicū ire populumq videre desiderio. Ego inquit Eulogius mul titudinem fratrū tibi adducam. Ue inquit egrotus mihi misero tuam faciem videre nolo: t adducis mihi tui similes solius panis deuoratores. Conquutiensq seipsum inquieta voce t clamans ait: Nolo nolo: sed ad publicum ire desidero. O violētia. Jbi me pijce vnde me sustulisti. Tantaq eius erat insania: sensusq eius in adeo ferinos clamores demon conuerterat: vt se forte suspendisset: si manus quibus hoc facere potuisset: habuisset. Eulogius igitur propter precedē tem cum deo pactionem eum pijcere nō audens: habuit cuz vicinis monachis consiliū: vt eū in nauī pduceret ad sanctū Antonij. Itaq blādis verbis supans eū quū ad habitaculū discipulorū Antonij sic eū duxisset: altera die illuc supuenit Antonius. Dolebat aūt veniens vocare Macharium: t his verbis eum interrogare. Uenerūt huc fratres aliqui? Quo rūdente: Uenerunt. De Egypto inquit Antonius: an de Hie rosolyma? Hoc essi signū dederat: vt si qui nō satis eius col loquio dignī fuissent: de Egypto venisse respōderet. Quūq ei dixisset. Fac eis lenticulam vt comedant. oratione ter eis cōpleta iubebant abscedere. Spūales autem t sancti viri si de Hierosolyma venisse dicebant. tota nocte cū eis sedens saluti eorū pficua loquebat. Igitur illa nocte cū fratribus sedens reuelatione sibi facta de facto Eulogij ꝓprio eus no mine ter vocauit: t vt coram fratribus sui aduēt⁹ cām exprī meret precepit. Oō quū fecisset: t elephantiosum se ejicere voluisse diceret: Antoni⁹ severa voce respondit. Tu illum a te pijcies Eulogi? Sed ille non pijcit: qui se sanctū esse co gnoscit. Si proijcis illū: meliorem te inueniet deus t eligat qui colligat' destitutū. Quūq territus his verbis Eulogius tacuisset: egrū quoq cepit Antoni⁹ verberare sermonibus

Eulogius vir sanct⁹.

dicens. Elephantiose sceno ⁊ luto horride: nec celo nec terra digne: nō designis iniuriā dei vociferare? Nescis q̄ christus est q̄ ministrat tibi? Propter christū iste tali seruitiose subiugauit. Post hec ad vtrunq; conuersus ait. Nolite filij abinuice; separari: sed redite ad cellam cū pace in qua tandiu vixistis: ne coronis vestris fraudemini: q: iam vereq; vestrum merebit coronari: ⁊ idcirco hec tētatio accidit vobis q: ad finē vite ambo venistis. Cum quum redintegrata pace redijssent: intra. xv. dies Eulogius obijt. Et post aliud triduum egrot⁹ alo vehementer incolumis defecit. Horū seruorū (ait Chronius) ego interpres fui: q: nesciebat Antonius lingua Greca: ego autē noueram ⁊ Hebraea ⁊ Egyptiam.

¶ De Paulo simplici ⁊ eius obedientia. Capt'm. iiij.

Paul⁹ cognomento simplex antonij discipulus.

tiles vero perueniẽs/tanta cepit feruidi pectoris constãtia
predicare vt iam nullus ambigeret quin martyriuꝫ flagita
ret/Regẽ deniq; Russie alloquutus est. Et post multa inqt
rex q̃ gẽtilis erat ad eum. Si vis credi vera esse que asseris:
eriganꝫ due lignoꝝ excelse cataste breuissimo inter se spa
tio separate/igne supposito quum vaporate fuerint/ita vt
vtriusq; struis vnus ignis esse videatur: tu transi ꝑ mediuꝫ.
Oõ si Iesus ex aliqua parte fueris: ipsis te penit' ignibus cõ
sumendũ tradem'. Si aũt q̃ credi nõ põt' sanus euaseris:
oẽs nos deo tuo absq; difficultate credem'. Quumq; hoc fe
dus nõ solũ Bonifacio/sed ⁊ oibus q̃ aderãt gẽtilibus pla
cuisset. Bonifaci' ita vestitus sicut esset missarũ solennia ce
lebraturus: prius cũ sctificata aqua ⁊ incẽso ignẽ plustrans
stridentes flãmarum globos ingressus/ita trãsiuit illesus:
vt nec minim' capitis eius capillus videret exustus. Tunc
rex ⁊ ceteri qui ad hoc spectaculũ aderãt: caterватim se ad
eius pedes proiciũt: indulgẽtiam lachrymabiliter petunt
baptisari se instantissime poscunt. Lepitq; tãta gentiũ mul
titudo ad baptismum confluere vt vir sctus Bonifacius ad
spatiosum quẽdam lacũ pgeret: ⁊ in ipsa abundantia aquaBtõ bo
rum populũ baptizaret. Decreuit autẽ rex vt regnum relin nifacio
quens filio: ipe ꝯdiũ viueret se a Bonifacio nullatenus se caput
pararet. Frater aũt regis cũ eo pariter habitãs/cum nollet obtrun
credere: absente Bonifacio ab ipso rege perẽptus est. Alius catur.
frater q̃ iam erat a regis habitatione diuisus: mox vt ad eus
vir venerabilis venit: audire eius verba noluit. Sed de con
uersione fratris nimiã aduersus eus ira succẽsus/continuo
ipm cõprehẽdit. Deinde timẽs ne si eũ viuũ teneret: rex eum
de manibus suis eriperet: in sua psentia circũstante nõ pa
ua hoim multitudine: decollari pcepit. Statiz vero ipse ceca
tus est: ⁊ tantus eũ cum oibus q̃ adstabant stupor oppressit:
vt nec loqui: nec sentire: nec aliquod humanitatis officium
agere aliquatenus potuissent: sed cuncti velut lapides im
mobiles permanerent. Rex autẽ hoc audiẽs nimio dolore
pculsus: nõ solum fratrẽ/sed ⁊ cunctos q̃ tanti reatus fauto
res extiterant: trucidare gladijs disponebat. Sed quũ illuc
ptinus veniens corpore martyris adhuc in medio positor
fratrẽ simul cum reliq̃s oibus sine sensu ⁊ motu stupefacto
stare conspiceret: hoc sibi cũ omnibus suis placuit: vt prius
pro eis oratio fieret. Deinde si acquiescerent credere: indul
to crimine viuerent. Si nautẽ vltore gladio interirẽt. Quũ
igitur a fidelibus diu fuisset oratum: non solũ sensus ⁊ mo
tus est illis redditus: sed ⁊ consilium flagitande vere salu
tis. vñ penitẽtiã agẽtes cum lachrymis tanti sceleris baptif
mũ oẽs petunt humiliter: ⁊ cum magna oĩm alacritate su
scipiunt. Et sup corpus bti martyris ecclesiam construunt.

§. V. Interea Romualdo ĩ Per

co adhuc habitante: Buscanus rex p̃ces imperatoris direxit:
vt sibi spiales viros mitteret: qui gentẽ sui regni ad fidem
vocarent. Mox Romualdũ imperator aggreditur ⁊ conce
di sibi de suis monachis q̃ illuc destinari vtiliter valeãt de
precaf. Ille vero nullis suoꝝ hoc precipere velut ex prela
tionis authoritate voluit: sed in eorum voto ponẽs siue ma
nendi siue abeundi oibus optionem dedit. Ignorabat enim
ex tam metuendo negotio voluntatẽ dei: ⁊ ideo illud nõ suo
sed volũtatis fratrũ arbitrio cõmittebat. Tandẽ duo solum
inuẽti sunt qui sponte ad eundũ promptos offerrẽt. quorũ
vnus Joannes alter Benedict' vocabaf. Ibi itaq; ad Busca
num eũtes/in heremo prius sustẽtare rege manere ceperũt.
Et vt postea ꝑdicare possent: linguã Sclauonicã didicerũt.
Septimo aũt anno quũ loquelã iam terre pfecte cognosce
rẽt vnũ ad Romanã sedẽ monachũ mittũt: ⁊ per eus summe
sedis antistitis licentiã predicãdi exposcũt. Iniungunt etiã
nuntio: vt si aliquos de monachis beati Romualdi habere
põt: illuc ad habitandũ eos inducat. Buscanus aũt volens
coronã regni sui ex Romana authoritate suscipere: ꝑdictos
venerabiles viros obnixa supplicatione cepit deposcere: vt
ipsi plurima eius dona pape deferrent: ⁊ coronam sibi ab
aplica

aplica sede reportarent. Qui regie petitioni penit⁹ abnegā tes assensum dixerūt. Nos in sacro ordine constituti sumus negotia secularia nobis tractare non licet. Et ita relinquē tes regem ad cellaz in heremū reuersi sunt. Quidā ꝯo regis scientes cōsilium/copiosum auri pōdus qō mittēdū aplico erat: secum eos detulisse arbitrati sunt. Deinde inter se con dicunt cōuentione pacta: vt noctu heremuz latenter ingres si mōachos interimāt: z pecuniā auferāt: qō opere exequuti sunt. Sz occisis illis nihil pecunie inuenerūt. Ut aūt tāti sce leris crimē obtegerēt: cellā incēdere igne z corpa sanctoruz cōflagrare voluerūt. Sed admoti ignes amissis nature viri bus/nil oīno cōsumere potuerūt: nec ligna: nec corpora. Fru strati igitur fures in fugā se quertere nitunt. Sed tota no cte perfruteta nemoꝝ/p latitudinē saltuū/per opaca sylua rum/viā auxiati sunt quere: nec inuenerūt: sed neq; pugio nes in vaginas condere arefactis brachijs valuerunt. Ubi vero sctōz iacebant corpora copiosum lumē vsq; in diē splē dere: z dulcissima angelice cantilene nō desijt suauitas reso nare. Aduenīente die: qō factū fuerat/non potuit regem la tere. Qui ad heremū cū multitudine numerosa festinaut. Et reperti sunt manifesti criminis rei: qui adhuc ad gla dios suos diuina vltione ligati erant. Rex aūt quid de eis faceret/habita ꝑsideratione deliberans: hoc postremo decre uit: vt nequaq; eos sicut merebant occidi ꝑciperet: iz cathe nis ferreis vinctos ad sepulchra martyrū destinaret: quate nus aut ibi vsq; ad obitū in vinculis miserabiliter manerēt aut si sanctis martyribus aliter videretur: ipsi eos sua mia liberarēt. Qui quū ex ꝑcepto regis ad sanctoruz tumuluz fuissent attracti: mox fractis nexib⁹ sunt absoluti. Deinde sup eorum corpora basilica facta: innumerabilia non solum tunc/sed z nunc ibi fiunt ex diuina virtute ꝓdigia. Quum autem morarer adhuc Romualdus in Perco: imperator Otho monasterium in honorem sancti Adelberti eo sugge rente cōstruxit. Cui cōtigua Classensis cenobij predia con tulit: z ea sibi ex fiscali possessione in Firmensis Marchie partib⁹ cōpensauit. Abbate ꝯo illic ex discipulis Romual di constituto: z fratrib⁹ aggregatis: cepit eos Romualdus sub magna tenere custodia: z docebat eos sub regulari vi uere disciplina. Precepit etiam abbati: vt in heremum sece dens per hebdomadā in cella consisteret: diebus vero domi nicis ad monasteriuz veniens visitaret. Qui sancti viri ius sa contenens: cepit seculariter viuere: z pede operis semel exorbitante a tramite rectitudinis iam longius declinare. Uidens ergo Romualdus q; iam fm voluntatis sui ardorē ibi laborare non posset: regem protinus adijt: z accepte pro missionis exactor promiserat esse ei se monachū futurum) vt rex monachus fieret insistere vehementius cepit: At ille facturum se quidem qō exigebatur asseruit: si tamen prius Romam que sibi rebellauerat impereret: z ea deuicta cū vi ctoria Rauēnam remearet. Cui Romualdus. Si Romā in quit adieris: Rauēnam vlterius non videbis. Et apertissi me illi morē propinquissimam fore denunciauit: qua tamē eum reuocare nō potuit. Rex itaq; quū Romā profectus es set: ab vrbe reuerti incipiēs: mox languore correptus: apud Paternū (als Parētū) defunctus est: iuxta sancti viri ꝓphe ticum dictum.

Joānes z Bibi. crusmo nachi marty. res effi. ciuntur

§. VI. Gloriosus iste sanctus mul

tis virtutū generib⁹ fuit exornat⁹: precipue spū compūctio nis z gratia lachrymarū. Quū in Parentine ciuitatis ꝓfini bus habitaret in quodā monasterio ab eo ꝓstructo in q̄ tri bus annis pmansit: quadā die dū in cella psalleret: z in hunc versum ps. incidisset. Intellectū tibi dabo: z instruā te: i via hac q̄ gradieris ꝛc. tanta ei lachrymarū effusio orta est: vt ex eo die z inceps q̄diu vixit: z quādo voluisset: vberes sibi la chrime facillime fluerent. Frequēter illum tāta diuinitatis contēplatio rapiebat: vt quasi tor⁹ in lachrymas resolutus estuāte inenarrabili ardore diuini amoris clamaret: Chare Jesu chare: mel meū dulce. desiderium meū ineffabile. dulce do sctōrū. suauitas angelorū ꝛc. Et iō Romualdus missas ce lebrare coram plurib⁹ nūq; volebat: q: se a lachrymarū inun datione ꝓtinere nō poterat. Hanc gratiam z in alijs esse exi stimans. Cauete (inquiebat) ne multas lachrymas effunda tis: q: z visuz minuūt z verticē offendunt. Licet aūt ex se culo idiota recesserit: tita tñ mēs eius ad intelligendas diui ne scripture smias illustrata fuit: vt pluruma illū scripturaꝝ mystica nō laterent. Unde z quadā die sacrificare incipiens: quū ad secūdā misse secretā peruentū esset: in ecrasim rapt⁹ tā longo tpis spacio siluit: vt oēs q̄ aderāt mirarentur. Interrogat⁹ aūt postmodū cur in offerendo sacrificium tan tas moras ꝓter solitū habuisset: rñdit. Rapt⁹ in celū oblat⁹ sum ante deū: z ꝓtinuo mihi diuina voce ꝓceptum est: vt fm hunc intellectū quē mihi de⁹ immisit: psalmos exponerem: z p modulo mei sensus chartulis p ordine cōmēdarem. Ego aūt cum nimio z inenarrabili timore cōstrictus respondere nihil aliud potui nisi tantūmodo: Fiat/fiat. Uñ postea vir sctūs totū psalteriū z nōnulla prophetarū cantica luculēter exposuit. Et licet corrupta grāmatice regula: sanū tñ intelle ctum vbiq; seruauit. Prophetie q̄ spūs ei nō defuit. Nam cō plura z occulta hoib⁹ z futura ꝓtingētia ꝓcognita palā no ta fecit: vt. s. patuit. z multis aljs modis. Hinc z quadam so lenni die/dum fratrib⁹ in capitulo resideret: z doctrine salu taris eos dapibus satiaret: repente interrumpens sermonē exclamare cepit quadā animi auersione z dicere. Agite nunc agite. z q̄citissime ꝓperate: q: cella fratris Brego. iam fran gitur. Hic Brego. postea in archiepm est consecratus. Qui ꝓtinus exilientes ad cellā Bregorij velociter currunt: z fu rem iā parietes infringentem inueniunt. Quē capientes ad magistrum pertrahunt. z q̄d de tā sacrilego raptore facien dū sit a rectore inq̄rūt. Eis aūt sanct⁹ hilariter dicere cepit. Quid de hoc facere debemus z ego ignoro. Si eruumus ei oculos: postea non videbit. si manus laborare non poterit. sed intro eum mittite z cibum ꝓtius opponite. Quo facto manifeste correptū latronem et dulcibus ꝯbis admonitum ad ꝓpria redire pmisit. Gratia quoq; miraculoꝝ copio sus extitit. vnde quū de Parētis partibus ad ciuitatez Pol lam vellet p nauim se tranferre z nauis quedā ꝓut ꝓpe tice predixerat: adducta fuisset: intrantes Romualdus cum pluribus aljs ipsam nauigare ceperunt: suadēte Romual do: quāuis naute propter timorem turbati aeris contrariū sentirent. Circa diluculum aūt subito venti seuiunt: tempe stas oritur mare ab infimo fundo vertatur. Jā furentes vn diq; pcelle/ipsos remiges transuolāt: z nauem hinc inde p cutientes totas pene tabulas laxant. Quumq; in tāto discri mine non iam dubium desperatis omnibus naufragiū im mineret. Romualdus ad solita oronis armamenta cucurrit z eo pacto nautis intimari fecit sine vlla dubitatione oēs periculum euasuros. Modicū post hoc/z ecce cōtra omnī spez: z absq; vllo humano studio ipsa se nauis dirigit: z mox in portū Capreole celeriter subintrauit: manifestumq; om nibus fuit Romualdi meritis eos fuisse de mortis faucibus ereptos. Item quum heremo Camaldulensi quā ipse edi ficauit: in cella resideret: magnam quandā phagū que prope cellā eius stabat: incidi precepit. Erat autem phagus ita cel le accluus z imminēs: vt iuxta humanam opinionem si ceci disset totū mox edificiū indubitanter obrueret. Quumque vellent operarij iussa perficere: sed ruinā arboris formida rent: ille vt nequaq; timerēt instabat. Arbor aūt ipsa securi bus percussa: sup bris virum nō iam dubie impetum mina batur. quāobrē clamare oēs ceperūt: vt si cellam postpone ret: saltē se inde exies ꝓseruaret. Ille nō acquieuit: sed facto signo crucis quū esset casura: in aliā partē diuertit: vt cun ctis mirantibus cella remaneret oīno illesa. Item vir q̄dam capitis patiebat insaniā: ita vt sensu rōnis amisso/quid age ret vel quid diceret penitus ignoraret. Huic Romualdus ni hil aliud fecit: nisi q; solū oculū ei prebuit: z protinus illum ad incolumitatem pristinam reuocauit. Alio tēpore puer demoniacus ab beatū virum delatus est. Cui ille nil aliud fe cit: nisi pro benedictione sibi panis particulā tradidit. Qua mox puer ille refectus/liberatus est. Altera vice quum panis sibi deesset z socijs: nec ad eos propter inundationem aquarum posset esse accessus: vel egressus ab eis de mona sterio ad alia loca: pane z vino tres viri onusti aduenerunt: de remotis partibus se esse asserentes. In Sitria quoque in quodam riuulo vbi pisces i nueniri non consue uerat ad comedendū: ab eo de ipso extract⁹ est. Martyrium q̄s seruus christi sitiebat: sicut cervus aque fluuium. propte rea audiēs vir dei Bonifaciū (de quo. s. martyrio coronā tum: Ungariā ire mox disponit: vt ibi p̄dicans ad hunc trīū phum peruenire valeret. Licentia ergo ab apostolica sede suscepta: z duob⁹ ex suis discipulis in archiepos pfectis: cum. xxiij. fratribus iter arripuit. Tātus ardor pro xpo mo riendi in oibus estuabat: q; vir sanctus ad tale negotiū cum paucis ire difficile poterat. Euntes ergo quum ipsi Panno niarum finibus interessent. Romualdus repente est langui re correptus: z vlterius ire nō poterat. Quumq; diutius pa teret: si q̄ redire disponeret: primus egritudine qualesce bat. Si aūt vltra ire tētabat: protinus tota eius facies intu mescebat: cibosq; stomacho languente retinere non pote rat. Tunc fratrib⁹ ait. Perpendo diuine voluntatis non esse vt vltra pgrediar. Uerūtamen q: intentionis vestre ppositum nō ignoro: neminē vestrū redire cōpello. qui tū ire qui ve mecū redire voluerint: vnūscuiusq; relinquat arbitrio. Quindecim ergo Ungariā pdeuntib⁹: septē cum magistro remanserunt. Euntes aūt quidā flagellanē: vēdunt plures: plures dño subeunt: ad martyrium tū sicut sanct⁹ predixe-

Mira cula san cti Ro mualdi.

Sāctus Romu aldus p git i Pā noniā.

rat non pertingunt. Postremo plurimas psequutiões pcipue a monachis suis sustinuit: q3 mozes cozuz irreligiosos cõpescebat. ¶ In Sitria quum inter ceteros haberet quẽdam discipulũ Romanum noie: q̃ nobilis q̃dam fuerat gñe sed degener actione: r hunc vir sanct⁹ pro sue carnis immũditia nõ modo ỹbis: sed r verberib⁹ grauissimis coerceret: ausus est diabolicus vir titulum illi reatus opponere: r impudẽter cõtra spũssancti tẽpluz sacrilego ore latrare: dicẽs scm̃ virum vna secũ ex eadẽ contagione peccasse. Mox discipuli oẽs aduersus eum irati: oẽs infesti clamabãt: alij se nem impium laqueo debere suspẽdi: alij iudicant eum cum ipsa cella debere cõburi. Oõ valde mirabile erat psertim spirituales viros ex decrepito sene r vltra cẽtenario tamne farium scelus cõmittere potuisse. Sed ad augendum sancti viri meritũ credendũ est tam grauis aduersitatis sibi accidisse flagelluz. Et quũ in heremo vñ nup absceſſerat: vt asseruit postea veraciter agnouisset hoc sibi euenturuz: ad btũ dehonestatis opprobrium alacriter aduenit. Imposuerunt ergo discipuli sctõ viro quasi de commisso crimine pniam: r celebrandi sacra mysteria penitus abstulere licentiam. Oõ ille preiudicium libẽter amplectẽs: et pniam velut crimni obnoxius obseruauit. et p ser menses ad celebrandum accedere nõ presumpsit. Sed postmodũ vt eisdẽ discipulis suis retulit: diuinitus sibi iussum est: vt si diuinã gratiã timeret perdere: tam indiscretã simplicitatẽ oĩno postponeret: r sacra mysteria fidutialiter celebraret. Ille autem Sarabaita reprobus qui sancto viro crimẽ imposuerat: ẽpatum Nucerinum per simoniã acquirẽs/in primo anno incẽsam edem cum libris et ceteris sacris ornamentis vidit. In scõo anno dignitatẽ cum vita miserabiliter pdidit. ¶ Edificauit etiaz monasterium in dioceſi Camerinẽſi: in loco q̃ dr Uallis castri: vbi habitare cepit. Quantos autez aiarũ fructus ibi p eum dñs acquisierit: quis valeat calamo describere: vel lingua proferre? Ceperunt nãq3 eius occasione hoies ad penitentiaz hincinde circũfluere. Alij sua pauperibus erogare.

Crimẽ simonie illis tp⁹ erat ignotũ

Alij seculo oĩno relicto ad religionẽ conuolare. Inter ceteros precipue seculares clericos q̃ pecunia ordinati fuerant durissima seueritate corripiebat: eos nisi ordinem sponte dimitterẽt. s. nõ vtendo: hereticos r dãnabiles asserebat: q̃ nouam rem audiẽtes occidere eum moliti sunt. Per totam eſſi illam marchiã/vsq3 ad Romualdi tpa vulgata cõsuetudine vix quisq3 nouerat simoniachã hereſim esse pcrſi. Qui dixit eis. Canonũ mihi libũ afferte: r vtrũ vera sint que dico: vestris attestantibus paginis comprobate. Quib⁹ diligenter inspectis/r crimen agnoscunt: r errata deplangunt.

¶ Constituit vir sanctus plures canonicos: et clericos qui laicoꝝ more secularĩter habitabant: prepositis obedire et in cõi viuere docuit. Nonnulli epi qui sacras edes per simoniam inuaserant: ad eum pro pnia et salute aie cõcurrebãt qui promittebant r statuto tpe ẽpatum deserere r habituz monachalem assumere. Ex quibus tñ vir sanct⁹ nescio an vel vnum in vita conuertere potuit. Cõstruxit quoq3 in partibus illis monasterium puellarum. ¶ Audiens aũt aliqñ q: Uenetus q̃dã Classensem abbatiã per simoniam inuaserat: r in corpus suum insup inique peccabat illuc ptn⁹ ire miles christi impiger studuit. diuersisq3 modis ex eo monasterio purgare rẽtauit. Uir aũt reprobus duz metuit abba

Uitero mualdi sta

tiam perderemon timuit homicidium perpetrare. Intẽperrẽdunt sceret: ille latenter ingressus impijs cepit digitis gutturei⁹ insidie. adstringere: nitens eum crudeliter suffocare. Sed dum vir sanctus nec intercepto prorsus spiramine tanhelitu vix eluctante rauciret: Ingelbertus ilico magistri singultibus excitatus/subito intrauit: et ministruz diaboli ab incepto crimine exturbauit. Sed r monachus quidam ex suis vesano aduersus eum furore succensus: pilum latenter exacuit: et eum reponens vt btũ virum interficeret: expectare cõgrui temporis cepit occasionẽ. Nocte vero dum depressus sopore quiesceret: videt malignum spũm in se immaniter irruentem: quadã retorta querentẽ euz strangulare. Tunc monachus in extremo spũ constitutus Romualdum vt sibi succurreret obsecrauit. Qui protinus vt sibi videbatur euz de manib⁹ antiqui hostis eripuit. Et postmodũ cõfessus pctũ suum ad pedes sancti penitentiam agens/veniam recepit.

§. VII. Post hec romualdus ad

monasterium Uallis de castro reuertitur. Mox q3 abbatez sic alios regere: vt semetipm tamẽ nõ negligeret: exhortatus est: Uolebat insup vt cellã qua vsus fuerat: occasiõe reri ex malo deterior factus: comitissas loci dñas adijt: et vt ligna quibus Romualdi celle debebant cõstrui: minuratim incidi pciperent: eis suggessit: sicq3 de loco eiectus est. Erat siquidẽ btõ viro tam odiosa ista quam cernimus abbatum conuersatio: vt non minus gauderet si de manu cuiuslibet laicoꝝ ad ordinẽ cõuocare. Caliter tunc in Sitria in monasterio viuebat: ac si ex similitudine non solũ noĩs: sed etiã operis altera denuo Nitria videret. Omnes siquidem nudis pedibus incedẽtes: oẽs incultis: pallidis: animis omnibus extremitate cõrentis: nõnulli vero dãnatis ianuis clausi ita mortui videbant mũdo: sicut iam positi in sepulchro. Unuz ibi nemo noueratnec etiã si quis grauissimã infirmitatẽ pateretur. Sed cur ego de monachis loquor: quũ r ipsi monachoꝝ famuli/ipsiq3 custodes pecoꝝ ieiunarent: silentiuz tenerent: disciplinã inter seinuicẽ facerẽt: r de quibuslibet otiosis ỹbis pniam flagitarẽt? In ista Sitria vir sanctus p septẽ annos fere conclusus mansit: r silentium continuum inuiolabiliter seruauit. Uiuebat vigẽre iã senectute nimis districte: quũ iam pfecti quiq3 soleãt remissius viuere. Nam per vnius quadragesime spatium/nihil aliud accepit: neque in cibo/neq3 in potu: nisi de modica farina: r paucis herbis sozbitiunculas. Quinq3 hebdomadibus nihil aliud comedens: nisi ad modicum infusi ciceris se abstrinxit. Tria vel duo q3 habebat cicilia ppter nascentẽ corporis importunitatẽ. Nouacula nũq3 patiebat in suũ caput ascẽdere: sz ipse excrementa videlicet pilorz r barbe forpicibus solebat attõ dere. Siqñ eum exculẽtiori cibo gule vitium titillaret: mox illum accurate prepari precipiẽs/apponebat ori r naribus: r odorem captãs dicebat. E gula gula q3 suauis esset tibi cibus iste preparatus: sed ve tibi: ex eo nõ gustabis. Interea imperator Henricus de vltramontanis partibus in Italiã veniens misit btõ viro deprecatoriã epistolã: vt ad eum venire dignaret: promittẽs se facturũ quodcũq3 preciperet. Qui rogatus a fratrib⁹ acq̃euit. Pergens ergo ad imperatorem cũ magno honore suscept⁹ est. Et ois turba Teutonicorum cucurrunt certatim: pilos pellicee vestis qua erat indutus: anxie decerpẽtes pro sacris reliquijs in patriã relaturi. Pro qua veneratione vir dei ita cõtristatus est: vt nisi discipuli obstitissent: ad cellã suã reuersus fuisset. Imperatorẽ autem admonuit deiuribus eccl'ie restituẽdis: de oppressione potẽtum erga pauper. Demũ vnũ monasteriũ petẽs p suis: qui montis Amati monasteriũ ei tradidit. Et ipse Romualdus abbatem: q3 multis malis erat obnoxius: foras eiecit: vbi r multa aduersa ppessus est: tã ab iecto quam ab eo quem ex discipulis abbatẽ ibi fecit. Demum in Ualle castri infirmat⁹. cxx. vite sue anno migrauit ad dñm. Et anno. xx. eratis sue fact⁹ est monach⁹. Et in Ualle castri monasterio sepultum corpus eius requieſcit.

Fo⁹pices Romualdi mualdi tondet barbã Henrici cus imperatoz

magna romual di etas.

¶ De ordine Cluniacẽſi. r eius institutione per Odonem/ Odilonem/Hugonem ꝛc. Ca. xvi.

Fuit anno Arnulphi imperatoris octauo/circa annos dñi nõgentos/ quidam venerabilis vir Odo vocatus: qui vt scribit Sigisbertus ex clerico Turonẽſi/quum esset music⁹: monach⁹ efficit sub Bernone abbate. Et vt refert Uin. spe. hist. lib. xxv. ex chronicis. hic fuit vir mire sanctitatis incomparabilis in monastica disciplina feruens: ac pene suo seculo singularis. Eiusq3 feruore r industria monachoꝝ illius tpis repor versus est in ardorem: et in fidei atq3 religionis deuotionem. Ualde quippe per ipm r sub ipso reflouit monastica deuotio iã exticcata. Et beati Benedicti laudabilis istitutio plurimũ in diuersis cenobijs reuixit: r cõualuit reparata. Hic etiã antiphonas r hymnos de btõ Martino dictauit. r vitam beati Gerardi descripsit. Hic a Remigio Altisiodorensi in musica r dialectica apprime est eruditus. Ut refert Uincen. vbi. s. ex gestis eius: quũ apud Turonicam ciuitatem habitaret: rogatus a fratribus vt moralia beati Gregorij pape sub vno eius volumine coarctaret: profess⁹ est hoc facere non posse. Addens etiam si facultas sibi adesset hoc agendi: nõ debere tamen se hoc agere ne tanti viri laborem immutare vel aliq̃d demere videret. Illis aũt in petitione persistentibus: quadam nocte dum in ecclesia btõ Martini p̃suete oſoni insisteret: subito ei somnus obrepsit. viditq3 in visu sanctorum choꝝ desursuz venientem in eandem ecclesiam descendere. Et post omnes beatũ Gregorium papã vltra omnes qui preceſſerãt vultu r moribus splendidum r ornatũ. Mox illo veniente oẽs surgũt: r flexis ceruicib⁹ bñdictionẽ petũt. Qui nõ inter eos vsque deorsum descendit: sed sup ambonẽ ecclesie substitit: r beatum Odonẽ in terrã prostratũ vocauit dicẽs. Surge frater Odo noli timere. Qui quũ surrexisset: vidit quasi moze scripturis super auriculam eius pennam habentem producta acuminatam r in summo fissam: quã sumens beatus Gregorius: eamque sibi tradens ait. Age securus: r perfice opus tibi

tibi iniunctū. Et quem cōposueris librū non delebitur: sed meus stabit in eternū. Et continuo euigilās intellexit protinus qō viderat. Deinde sumens illud diligenter perlegit. ⁊ saniorem partem quam preuidit sub vno volumine composuit: sicq murmurationē eorum cōpescuit. Quidam vero frater Adegrinus noie/querens monasterij secretioris locū in quo posset quiescere: deuenit in fines Burgūdie vbi erat monasterium ab abbate Bernone constructum: a quo ibidē officiosissime susceptus ibi aliq̄diu more hospitis commoratus est: vt mores inhabitantiū cognoscere posset. Illic seruabantur instituta patris Eutychij. Qō ille intuens quam citissime patri Odoni nuntiare curauit. At ille sumptis secum centū voluminibus librorū: mox ad illud monasteriū demigrauit. Illic ergo frater Adegrinus in vna cella se coarctans: permittēte Bernone abbate mansit in ea per trienium. Patri vero Odoni q̄ vir scolasticus erat trigenarij ⁊ laboriosum schole impo suerunt magisterium.

Cluniacēsis ordinis initium.

§.I. Anno autē domini nōgēte-

simo.xij.vt refert Uincen. spe.hist.vbi.ꝫ.incepit ordo Cluniacensis. Nam Berno abbas moriturus Odonem olim nu sicum constituit abbatem Cluniacensis cenobij: ea conditione vt ecclesia Cluniacensis solueret annuatim eccl'e Bigua censi censum.xij.denariorum. Et vt dictum est: in eo monasterio a Bernone constructo / seruabantur instituta patris Eutychij. qui fuit temporibus Ludouici magni vir charus regi omnibusq̄ amabilis. Nam quum esset laicus ⁊ peregrinis studijs eruditus: deserens ea vnde superbire solet humana fragilitas: totū se patrū regulis ⁊ institutionibus dedit. Et quibus etiam diuersas consuetudines sumpsit vnoq̄ volumine colligauit. Nec multo post monachus effectus est ⁊ in tāto amore apud regem habitus: vt intra palatium suū monasterium ei construeret. Decurso aūt vite studio circunstantibus fratribus subito spiritū emisit. Et quum ab eius discipulis exequie pararentur: viuus redijt. Illisq̄ attonitis ⁊ admirantibus ait. Deo gratias. Sciatis q̄in his.xl.annis vnū tantū die non memini me cibū sumpsisse nisi prius fleuissem. Hodie aūt sublato merore me cōsolat' est deus: ⁊ inter choros angelorum tribuit mihi dñs requietiōis locū. His dictis perpetuo requieuit. Ipse fuit institutor consuetudinū que in monasteriis hactenus seruabant. Tandem abbas Berno exitiali morbo decūbens: vicinos ep̄os accersiuit ⁊ ab ordine se deponens flebili voce clamabat se reum ⁊ indignū tali monasterio prefuisse. Tūc manib' fratrū: frater Odo captus corā abbate suo vi est adductus: proclamantibus oīb' vt ordinaretur. Et quū nec sic vellet credere/ vt locum pastoris subiret: superat' est tandē ep̄oꝝ excōicatiōe.

Sancti Eutychius

Constantissima silentij monastici obseruatio.

¶ Quadaz nocte quū pastores equorū obdormissent: ⁊ frater quidā nomine Godefredus peruigil oīom insisteret: furadfuit: raptūq̄ equū ascendit: ⁊ fugit. Predictus aūt frater maluit equum perdere q̄ silentium rumpere. Abijt autem ⁊ tactu vnus ex pastorib' fusciauit: eoq̄ qō cōtigerat signo ostendit. Facto autē mane viderunt eminus furem in vno loco affixum sup equū sedere: quē apprehendentes victum patri Odoni miserūt. Statimq̄ ei quinq̄ solidos argēteos dari precepit/dicens iniustum esse eum absq̄ mercede digna dimittere: eo q̄ totius noctis spatio multū sustinuisset laborem. ¶ Tempore quo seuissima gens Northmannorū Pictauorū. ⁊ Turonorū fines vastabant: duo fratres ex dicta congregatione Turonos missi sunt. Qui dum iter caperēt: ⁊ in quendam locum gratia requiescendi diuertissent: ab eisdem Northmannis nocte capti sunt: ⁊ capere quidem eos et ligare manus/deinde minare eos potuerunt: sed eorum silentium rumpere non valuerunt. Mane autē facto quū ad locū cōstitutū applicuissent: fratres vt erant ligati se paulum ab eis sequestrantes in terrā se p̄strauerūt: vt pacto psalmorū cursu silentio finē imponerent. Nondū ꝫo oīone cōpleta venit reliqua pars Northmannorū multa preda capta/Quorū duo cernēs fratres in terra tacere: audito qō illi nullo modo possent eos loqui facere: barbarica feritate turgidus / inclinato velut ad feriendum conto irruit super eos: metum mortis incutiens eis: ceteris quoq̄ barbarico ritu manibus plausum dantibus. At illi vt erāt aio constantes ita in corpe p̄manserunt immobiles. Qō quidem fiebat iure ⁊ obseruantia sancte regule sub qua ⁊ mori cupiebam ⁊ viuere. Sed oīpotentis man' eorū exhilaratū spectaculū cōuertit in luctū. Mox essi vt ille barbar' eis appropinquauit: equus phaleratus cui insidebat: in obliquū resiliuit sessorem q̄ suū in terrā strauit ⁊ collisit. quā collisionē statim febris letalis sequuta est. Cōticuerunt oēs: ⁊ versi in stupore/ceperūt querere inter se quid de eis deberēt facere. Tādem reperto cōsilio: dignū esse censuerunt vt pro vita sui ducis vnus victorū fratrū cederet. Deinde ceperūt sorte quere re vter ex eis deberet occidi. sed super virtutū viros ⁊ sorte christi connumeratos/nullo modo cadere poterat sors diabolica. ita vt illi obstupescerent dicentes eos sup hoies esse super quos sors eorū cadere nō posset. Tunc manus eorum velociter dissoluerunt: ⁊ pro vita sui ducis obnoxius per interpzete eos rogare ceperunt. Quodā tpe dum alueū Rhodani nauigio cū pluribꝰ transiret Odo: ⁊ vnus equus alium alce percutere vellet: ictū ferientis tabula nauicule excepit. eo scz loco ex quo fuerat ramus quum volaret excisus mox vt euulsus fuit verter: tanta per illud foramē aque inundatio in nauim ingressa est vt subito nauis vsq̄ad superficiē repleret. Sic tū plena deo gubernāte vsq̄ ad aliā ripaz peruenit: ⁊ tantisper pater Odo intus stetit: dum oēs fuissent egressi. Ad vltimū cū ipse fuisset egressus: nauis abijt in profundum. ¶ Sub eodem tpe Romā oīonis gra accessit. Et dum in patriam rediret ex vbe: inter alpes ob niuis immensitatē iter eius preoccupatum ⁊ septum est. Quumq̄ preterire vellent locum illum teterrimum ac periculosum: equus super quem sedebat Odo: tedendit pedem in obliquum: ⁊ ambo simul mergebantur in precipitium. Tunc pater Odo relictis habenis: ambas manus dum caderet ad celum erexit. et mox ramum arboris inter brachia sua repperit: atq̄ in eo tamdiu se suspendit: donec eius clamorib' qui preceserant/redissent. ⁊ eum suscepissent. Ramus autez ille visus amplius non fuit: quia nec arbor vnquaz illic videtur nec nascitur. ⁊ equus vltra nusq̄ cōparuit. ¶ Quadaz die quum iuxta predonū fines iter haberet: quidam insignissimus latro iuuenis intuēs vultus eius affabilitatē/illico cōpunctus est corde: pedibusq̄ eius aduolutus/vt sui misereretur humiliter precabatur. At ille vade inquit ⁊ prius mores tuos corrige: ⁊ postea vitam monasticam appete. Quūq̄ ille instaret: precepit ei vt ad monasterium eum precederet qō ⁊ factum est. Factus ergo monachus cellario ad obediēdum subditus est. Et quum idiota esset vtrumq̄ ei imposuerunt: scilicet obedientie iugum ⁊ literarum studium. Quod ita deuote peragebat: vt vnam manum obedientie porrigeret: altera vero psalterium ferret. Quum autem in extremo vite laboraret: vocauit pium patrem: singularem supplicās loquutionē. Cui quum veniam peteret: interrogauit eū an in aliquod post monachatū incidisset peccatum. At ille. Nudo cuidam te ignoranter mea culpa tunicam nostram tribuit: ⁊ funē filis contextū de cellario absculli. Quem quum interrogasset/quid ex eo fecisset. Refrenando inquit ingluuiem quam dudum male contraxi: ventrem meum eo circūligaui. Tunc stupefactus pater: quū eum a visceribus eius soluere vellet: cutis que ei adheserat: vna/cū fune sequuta est. Post hec adiecit ⁊ ait. Hac nocte pater in celis per visionē electus sum: ⁊ obuiauit mihi gloriosissime persone mulier que ait. Cognoscis ne me? At ego. Nequaq̄ domina. Et illa. Ego sum (inquit mater) misericordie. Cui ego. Quid iubes vt faciam domina? At illa. Post triduum venies huc tali hora. quod ⁊ factum est. Nam tertia die hora qua direrat defunctus est. ¶ Quodam tpe dum esset apud sanctum Paulum Rome: rogauit eum abbas Baldutnus vt librum quem de vita beati Martini Gallus ⁊ Posthumianus more dialogi composuerant: ei corrigeret: ⁊ glossulis elucidaret. cuius voluntati statim assensum prebuit: ⁊ emendandi operam dedit: accersito fratre Otheozario. Interim dum hore vespertine signum pulsaretur: statim sm regulam relictis omnibus que in manibus tenebant: ecclesiam ingressi sunt. Codicem vero apertum vbi sederant reliquerant ⁊ oratonibus occupati obliti sunt eius. Loc' autem illi ita deposita erat: vt aquam que ipsius tecto labitur: ⁊ ex trib' aliis tectis vna conuersione collecta more torrentis vnum in locum illum deciperet. Ibi igitur vsq̄ mane liber patulus remansit: ⁊ tot inundationes aquarū in circuitu eius cecidere q̄ margo libri fuit vndiq̄ lota: scriptura vero remāsit intacta. Facto mane apert' est corā fratrib' liber. Quumq̄ attoniti mirarentur: ait prouidus pater. Quid admiramini fratres? Sciatis qō beati Martini vitam aqua tangere timuit. Sicq̄ ea que propter eum deus fecit: in Martini laudem conuertit.

Memorabile exēplū.

§.II. Hic etiam sanctus Odo vt

refert. vbi.ꝫ. ex gestis eius: quum discipulos suos regularibus disciplinis institueret: multorum monachorū miserabilem excessum ⁊ decessum narrauit: vt in eis motus iuuenilis comprimeret. His (inquit) diebus duo fratres rapidissima rapti sunt morte: nō in vno loco: nec in vno die. Veniēs vnus ex eis in domum cuiusdam sui sororis / vehementissime esurire se dixit: ⁊ refectionē petijt. Cui protinus illa pisces abundanter habere se dixit: vt comederet quales ⁊ qua

hora vellet. Ille quasi indignans pisces se fastidiare respondit: nec eos iam videre se posse. Tunc armum cuiusdã animalis sibi assari precepit. Sed non ferens assandi moram portiunculam incidit: et in prunas proiecit. Deinde vinum sibi afferri precepit: et carnis morsum auide sumpsit. At hoc sumpsit qõ gulam non transilijt: nec reijcere potuit: sed viam cum cibo finiuit. ¶ Alius frater veniens ad domũ cuiusdam parentis sui/subito ad comedendum petiuit. Qui quum dixissent ei: quia nec dum hora comedendi venit: cuius indignatione adiecit. Heu tota nocte equitando post iniunctam mihi obedientiam laborauit: et nunc me ieiunare cogitis? Afferte ergo mihi si quid habetis. Cui quum dicerent pisces se habere: indignatus cepit huc illucq; oculos circũferre. Erat autẽ circa pedes eius gallinarum grex. Tunc ẽsi furens baculum arripuit: et que ei placuit percussit: et quasi furibundo ore dixit. Hec est hodie mihi piscis. Qui autem abstabant: cum quodam quasi rubore dixerunt ei. Licet tibi carnes comedere pater? At ille. Volatile (inquit) non est caro. Volatila enim et pisces vnam habent originem. Apposita est ergo coram eo gallina/quam occiderat iam assatam: ex qua coram abstulit et momordit. Quem morsum nec vomere potuit: nec glutire: sed eum vita priuauit. Pugnos tamen et cruciatas pro mercede sue improbitatis in opprobrium antecq; moreretur accepit. ¶ Quidam frater ex predicti patris Odonis congregatione ilico tempore phlebotomie sibi curationem adhibuit. Super quo facto commotus est ei? anim? q; quis necessitas coegisset: tñ absq; eius licentia presumere non debuit. Mox vena per quam sanguis prius effluxerat dirupta est: et quousq; ajam redderet: a nemine restricta est. ¶ In monasterio sancti Helie constituit pater Odo vnum de fratribus suis prepositum nomine Theodardum. Sed quia durum est in mente veteri noua meditari: monachi qui illic reperti sunt: non poterant ab esu carnium abstrahi. Quod videns cepit ille ex finitimis regionibus pisces emere: vt vel sic voluntati eorum satisfaceret. Super quo magnum in hoc querendo laborem habebat. Unde quum hoc nuntiasset Odoni: meritis suis obtinuit de virtute lacum ibi fieri: vnde pisces abundanter habuerunt. ¶ Obijt demum beatus pater Odo primus abbas ordinis Cluniacensium. Cui successit Adamarus siue Hiemardus. vt refert Uincen. vbi. s. vir vtiq; simplicitatis et innocentie filius. Hic in augmentatione predioꝝ et acquisitione commodi temporalis fuit studiosus: et in observantia regulari deuotus. Amissionem luminis temporalis: et quicquid sibi aduersitatis accidere potuit: absq; omni murmure et indignatione patientissime tulit. Huius tempore beatus Maiolus Matisconensis archidiaconus nobilibus parentibus nobiliter ab infantia enutritus: spiritualibus literis imbutus: et virginitatis titulo decorat? ad amorem et obseruantiam monastici habitus est conuersus. Et sexto (vt fertur) anno sue conuersionis e seculo / Hymemardo abbate/iam tota corporis valetudine destituto: et oculorum lumine priuato: habito etiam consilio: in locum abbatis/licet multum renuens est subrogatus. Erat autez incessu grauis: voce sublimis: ore facundus: vultu angelicus in omni actu vel motu corporis honestus. Erat fide firm?: spe certus: gemina charitate refectus: sapientia clarus: fortitudine robustus. Erat ei honestas in actione: sobrietas in consuetudine: humilitas in prosperitate: patientia in aduersitate. Mansuetis erat affabilis: superbis terribilis: parc? quum debuit: diffusus quum decuit. Non diuersus in habitu: non confussus in actu: quantũ ad hoiem vnus semper et idem: deuotus semper imitator sanctorum: et intentus audi tor eorũ: ita placere studuit hoibus: vt deo non displiceret. Quã perspicue autẽ huius/eiusq; discipulorũ existat in benedictione memoria: respondeant monasteria ab ipsis/alia a fundamentis cõstructa alia de corruptione cum incremẽto virtutũ ad melioꝝ statũ reducta. Multi q̃s fideliũ vt te statur fidelissima relatio) diuersis infirmitatibus cõstricti: etiam de vita desperantes: ab eo visitati per dei gratiã sunt sanati. Alij illuminati. Alij a demonio liberati. Alij veneno serpentium/luporum/et canum morsu vulnerati sospitati resituti. Candele extincte ante lectũ eius sunt diuinit? accẽse. Obijt autẽ hic plen? dierũ et sanctitate quinto idus Maij. Ad cuius etiam sepulchrum multa miracula fiunt.

Obit? bti odonis.

Diuus Maiolus Cluniacẽsis abbas.

§.III. Anno dominice incarnationis millesimo: tertij autem Othonis imperatoris anno imperij. xvj. cepit in Burgundia clarere Odilo abbas Cluniacen. Qui ex clerico Bernacensi (al's Briuatensi) monachum professus Cluniaci fit abbas post Maiolum de quo ẽ immediate dictũ est. Qui rexit monasteriuz p annos. lvj. miro religionis feruore. Narrat de hoc Odilone abbate Petrus Damianus: vt refert Uincen. spe. hist. vbi. s. cũ compulsus ipse Petrus Damianus imperio Hugonis abbatis Cluniacen. vt vitã bti Odilonis predecessoris sui succincte perstringeret. et vtiliora breui compendio deflorarer: hoc attẽ tauit: non luculentam venustatem aucupando eloquij: sed mere veritati deseruiendo. Ipsa quippe per se sanctorum vita inquit idem pe.) fideliter enarrata sic rutilat: vt splendorem accurati sermonis ad illustranda corda fidelium nõ requirat. Huc accedit q̃ rusticitas sermonis inculti suspitionem consuevit purgare mendacij. Nam que vir sufficit vt elimatum saltem deprorat eloquiũ: quo modo nouit fabricare figmentũ? ¶ Hic itaq; sanctus Odilo Aruernie ex equestri gene oriundus: dñ adhuc infans esset: tãto repẽte omniũ fere mẽborũ labore cõstrictus est: vt incedendi facultatem prorsus amitteret. Accidit autẽ vt nutrix ante ianuam cuiusdã basilice dei genitricis eius relinqueret: et ipsa suis intẽta cõpedijs per diuersa procul abiret. Puer igitur sine custode se relictũ conspiciẽs: diuino quodã quocaꝝ instinctu: tentare cepit an valuas eccl'ie quolibet misu posset attingere. Itaq; manib? et pedibus repens vix illuc peruenit: paulatimq; progressus intrauit. Ipsaq; spe cõcepta valẽtior pala altaris arripuit: et sic erigere se quibus conatibꝰ poterat cepit. Tandẽ diuine virtutis auxiliuz sensit: et omni languore depositor: fact? incolumis ad referendũ deo gras intuentiũ alios quocauit. Dñ autẽ adolesceret: prius apud sanctum Julianũ martyrem factus est clericus. deinde sub beato Maiolo Cluniacensis monachus. vbi dum quietus et simplex humiliter in sancta cõuersatione persisteret: et in ipso exordio q̃dã perfectionis norma eluceret: vir euolutis iij. annis Maiolus in dño requieuit. sed ipm pri? bti Odilonem concurrentib? in eũ oim votis fratrũ/in pastorali cura sibi substituit. Hui? cor tam indeficiẽs flamma diuini amoris exorit: et eum ab offerẽdis quotidie salutarib? hostijs tot curarũ/tot ingruentium negotiorũ solicitudo cohibere non potuit. Unde quũ in lecto mortis decũberet. Adraldo discipulo suo pcepit: vt ex calculario abaci supputatiõe colligeret q̃ posset esse summa missaꝝ quas celebrauit per spatiũ. lvj. annoꝝ q̃b? monasterijs rexit. In erogandis eleemosynis ita largus erat: vt nõnulli dñ eum oia dispergentẽ cõspicerent: nõ dispẽsatorẽ sed pdigũ iudicarẽt. Type famis ex haustis iaz in pauperũ vsus erarijs: etiã plurima sacri vasa ministerij confregit. insignia eccl'ie ornamẽta distraxit. Corone q̃s quã sibi impator Hẽricus ob sui memoriã destinauerat: nõ pepcit. Corpus suũ non mõ duris attenuare ieunijs: et asperrimis edomare cilicijs cõsueuerat: sed et quibusdam ferreis nexibus coarctabat. In suscipiẽdis autẽ ita se moderabat edulijs: vt apposita quecq; cõtingẽs: ac naturali duntaxat necessitati dispensatiue subseruiens: et vanitatẽ superstitionis effugeret: et sobrietatis cõtinẽtiam reseruaret. In promulgandis porro iudicijs ac modis pnie prefigendis tam pius erat: et tanta merentibus humanitate cõpatiens: vt nusq; districtũ patris imperiuz: sed potius maternũ exhiberet affectũ. Unde se reprehendentib? hymõi verbis solebat eleganter alludere. Etiam (inquit) si dãnandus sim: malo tamen de mia q̃ de duritia vel crudelitate dãnari. Inter ceteros autem sanctos circa beatam dei genitricem ardentissima deuotione flagrabat.

Odilo abbas Cluniacẽsis.

elegãs fnia.

§.IIII. Denicq; qui clarus erat probitate morum: claruit etiã in ostensione signorũ. Quuz esset in quadã sui ruris villa: que Besomacum dr: puerum quendã forma venustũ/sed a natiuitate cecũ intuẽs: eicq; pie cõpatiẽs: ei ad se vocauit. signũ ei salutifere crucis in fronte depinxit. statimq; visum quez natura negauerat: accepit puer. ¶ Aliq̃n in capite ieiunij surgentib? a mensa fratrib? abbas sctis pugillũ cinere latẽter impleuit: et appositio pane discubuit. Quũq; cinerem tãq; panẽ manducaret: innuit fratri vt clam sibi aquam deferret. quo facto duz alij labijs adhibẽt: austeritas vini sentiẽ. Reprimit ergo manuz abjecit poculũ. et ministro imperat vt sibi aquam afferat. Ad qõ minister obstupuit. et vinũ se de mẽsa referre q̃ aquã ppinauerat admirat? expanit. Sed ecce dñ aã potãda repetit: vinuz prorsus in poculo repiẽ. Jã itaq; vir sctis qõ deum sibi misericorditer indulgere cõsperxit: cũ grauz actiõe pcipe nõ recusauit. ¶ Interea quũ esset in vrbe Ticinensi: q̃dã velamen mense ei? furtiue subripuit: qõ in fororenale pposuit. Sed sic ei dispositio diuina obstitit: q; scrã distrahi p̃da non potuit. qz ter ea in nũdinis exposita cum emptoribꝰ de precio cõuenire nõ potuit. ¶ Interea sceleris author ẽlrio diu ua coripuit. Nam man? et pedes sacrilegi arefaciens/intolerabili dolore constrinxit. Mox itaq; languore compulsus/ad ecclesiam sancti Maioli alien's manib? aduehit: et mantile sublatum cora cũctis ostendit reo penitẽre. Sicq;

Odilonis miracula.

beati

beati Maioli meritis ⁊ fratrū precib⁹ incolumis fact⁹: ve-
lamē reddidit alienum ⁊ recepit se ipm: pbauitq; quo ꝑmio
oign⁹ esset qui btm Odilonē offenderet. ¶ Idem vir sctūs
quū causa dictaret fluuiū Licini transire: festinās cū socijs
sine nauigio qō trāc oeerat: p aquā sine offendiculo in vtre
riozem aluei crepidinē trāsponūt. Qō nōnulli mirātes quū
postea sequi vellent: nisi a iuti fuissent: aque vozagine de-
mersi fuissent. Ad hospitiū inde eo declinante ex deuotione
inuitata a quodā: quū lucerna in nocte extincta esset: is oeū
obsecrauit vt ꝓ amoze Odilonis tenebzas effugaret: con-
festimq; cozusce lucis splendoze emicuit: qui totam domum
illustrauit. ¶ Idem sanctus cū quodā alio tempoze flumen
transiret: ⁊ aqua alios vsq; ad femoza attingeret: viro dei
nec cozrigia pedis aquarū est inundatiōe perfusa. ¶ Apud
monasteriū sancti Martini eo suscepto: quū multi ad eum
confluerent monachi: ⁊ parū piscis haberet: illud modicum
in prandio partitū in manibus comedētiū ita multiplicatū
est meritis sancti: vt multa etiā fruſtra pīscis remanerent.
¶ Vice altera parū vini sibi oblatū quū adessent decē frēs
multiplicauit vt oīb⁹ sufficeret. ¶ Ex aqua qua ablute fue
rant man⁹ eius: furtiue ablata ex deuotione febzicitās bi-
bens liberat⁹ est. ¶ Jouini mōtis prerupta cōscēdens: quū
paupes obuios fessos rideret ⁊ sitientes: quicq̄d vini eius so
cij haberēt in vasculis iussit illis sine aliqua reseruatiōe cō
cedi. Quo facto cū discūberet ipse cū suis: repertū est vinū
in vasis sine diminutione aliqua. ¶ Impator Hēric⁹ ad mē
sam discūbens: vasculū vitreū pretiosum Alexandrini opis
arte cōpositū cū pulmētis tritis sibi allatū sctō viro misit
encenū. Pozro (sicut humane curiositatis mos est) ceperūt
monachi illud vas cū admiratiōis intuitu ꝓtrectare: ⁊ de
manu in manū solerter inspiciendo trāsponere. Et dū de ma
nibus tenentiū incaute labit: vas ipm frangit. Qui timens
indignationē imperatozis cōtra fratres ex huius fractura.
intrans ecclesiam oratione sua ipsum reintegrauit. ¶ Hic
itaq; sctūs Odilo dispensatiōis gemine moderatoz insignis
⁊ in spūali studio coram diuinis obtutibus fulsit: ⁊ in terre-
ni laboris industria nō mediocriter claruit: ¶ Quum vero
iam extremū tempus ageret: per quinquenniū fere grauissi
mo laboze cruciat⁹ est. Quūq; monasteria sua circūiens mo
nitionis cā visitare cepisset: Syluiniacū deuenit. Ibiq; cir-
ca festū circūcisionis dñice se e sctō migraturū predixit. Po-
rro quū iā in agonis angustia ꝓstitut⁹ esset: diabolū abstare
cōsperxit. eūq; p nomē tremēdi iudicis vt abscederet terribi
liter increpauit. Anno igit dñice incarnatiōis. M. cxlviij. era
Odilo- tis aūt sue. lxxxvij. ordinationis vero sue. lvj. sumpto eucha
nis exi- ristie sacramento nocte circumcisionis solennia precedente
tus. spiritum beatum reddidit deo.

§. V. Quidam religiosus reuer

tens ab Hierosolymis dū mare transiret ⁊ eūq; cum multis
alijs ventoꝝ hozroꝝ impleret: applicuerūt ad insulā Sici-
liā vbi quidā sctūs manebat inclusus. Illic ergo aliquādiu
trāquillitatē cū alijs maris expectās: dū cuz illo incluso fre
quenter haberet colloquiū: requisit⁹ de patria Aquitanicū
se esse rūdit. Requisit⁹ insup vtrū cenobiū qō Cluniacū ōz
⁊ Odilonē eius abbatē nosset: optime se nosse ꝓfibuit. Quo
sciscitāte cur hoc ab eo dei seruus inquireret. Sunt nobis
(inquit) vicina loca que vocant ab incolis Olle Vulcani: ex
quib⁹ grauissima flāmarū euomunt incēdia: in quib⁹ etiaz
locis aīe diuersa luūt ꝓ meritoꝝ qualitate tormenta. Ad
quarū semp exaggerēda supplicia sunt innumerabiles demo
nes deputati: q̄ intolerabiles eoꝝ penas quotidie renouāt:
⁊ eas ad rediuiua supplicia indefinēter instaurāt. Quos tū
ego frequēter audiui: q̄rulis lamētatiōib⁹ eiulātes: q̄ oīo
nibus ⁊ eleemosynis quoꝝūdā ex eoꝝ manib⁹ eriperent aīe
dānatoꝝ. s. in purgatozio. Inter cetera quoq; maximaz de
Cluniacensiū cetu ⁊ eoꝝ abbate querimoniā faciūt: q̄ sepe
per eos sui iuris vernaculos perdūt. Qbzē te p dei nomen
obtesto: vt sctis fratrib⁹ illis hec tibi dicta fideliter referas.
Ex nra q̄ parte denunties: vt oīonibus ⁊ eleemosynis ma-
gis ac magis insistāt: presertim huius intētionis intuitu: vt
Odilo de manibus demonū eos qui ibi cruciant: educāt. Ille igit
Abbas regressus in patriā: quū hoc abbati Odiloni ⁊ fratrib⁹ retu
instituit lisset: idē pr Odilio per oīa monasteria sua gnale decretū cō
comme stituit: vt sicut die prima Nouēbzis oīm sanctoꝝ festiuitas
mora- agitur: ita in sequenti die psalmis/eleemosynis/⁊ myssaz
tionē de solēnijs: precipue oīm in christo quiescentiū memoria cele
fūctoꝝ bzetur. ¶ Benedictus pater dum vueret: hunc sctm virum
fieri in affectuose dilexit: ⁊ apkoꝝ limina frequentanti necessarias
crasti- sumpt⁹ sepe ministrauit. Qui dū decessisset: Joāni eō poz
nū festi tuenti ⁊ alijs duobus per speciē nocturne visiōis apparuit:
oīm san eisq; in penalib⁹ tenebzis q̄ ꝓstitut⁹ esset iudicauit. hoc in
ctoꝝuz. sup addes: q̄ bti Odilonis meritis eum superna censura li
berare decreuerit a tozmētis. Ꝓtinus idem Joannes eps
Papiā venit: ⁊ per monachos cenobij beati Maioli omnem
sctō viro Odiloni seriē visionis exponit. Qui mox psalmo-
dias ⁊ ofones ab oībus in monasterio Cluniacensi fieri/⁊
eleemosynas elargiri ⁊ sacrificiū mysterij salutaris offerri Benedi
ꝓ illo precepit. Per oīa quoq; monasteria sui regiminis ctus pa
eiusdem sanctionis edita mādauit. Quumq; fratres hoc in- pa Odi
stantissima deuotione peragerent: Eldebertus monachus lonis ⁊
q̄ hoc obedientie fungebaꝝ officio: scz vt inopes alerent: ⁊ eis Clunia
necessaria ministraret: per sopozē vidit quendam pulchzum censiuz
⁊ serenum aspectu/magno candidatoꝝ agmine constipatuz of cni
ingredi claustrū. Qui capitulum vbi Odilo cum fratrib⁹ re b⁹ apur
sidebat: intrauit. ⁊ ad eius genua caput humiliter flexit eiq; gatozio
gratias egit. Quumq; ille frater Eldebert⁹ requireret quis liberaꝝ
nam ille esset: responsum est illi ipsum esse Benedictum pa-
pam: qui idcirco viro dei gras ageret: quia pijs eius sancto
rumq; fratrū precib⁹ ⁊ tartareis cruciatū euasisset: ⁊ cū bea
tis ciuib⁹ quietur? superne Hierusalē ingressuz meruisset.
¶ Idē sctūs Odilio vt scribit Uincē. spe. hist. vbi. ꝫ. sermo-
nes quosdā festiuos edidit elegāter. q̄ a monachis ordinis
sui frequētaꝝ. Ipse etiā nocte qua migrauit ad dñm: appa
ruit cuidā simplici ⁊ innocenti ex monachis suis Gregozio
noīe dozmire incipiēti. Qui requisit⁹ a Gregozio q̄d ageret:
respondit bñ se habere ⁊ in christi pītia se esse. Sed in ipsa
hoza obitus sui figurā quādā trucē ⁊ terribilē teterrime sue
visiōis hozrozē sibi incutere tentāte se vidisse: sed christi vir
tute confortante/nulla sibi potuisse infestatione nocere.

§. VI. Post Odilonem succesſit

in regimine Cluniacensis ordinis Hugo vir valde venera-
bilis. Hic ēm: vt refert Uincen. in spe. hist. ex gestis eius: Au Hugo
gustudunensis indigena fuit: nobili gne: patre Dalmatio cō succes
sulari viro bellicis actibus intento. Cuius mater quū gra- soz Odi
uida esset de ipso Hugone: partuq; grauiter laboraret: quē lonis.
dam religiosum celebzare fecit missam ꝓ sui liberatione
⁊ nasciturī salute. Qui dum missarū solēnia ꝓ eo devotis-
sime celebzaret: in cōtēplatione suspensus/vidisse fertur su
per calicem speciem infantilem supra humanum modū mi-
rabiliter radiantē. in quo signo sctitas huius futura ostēsa
fuit. q: ab adolescentia sua calicem salutaris accepit/imita-
toꝝ dominice passionis in vite regularis austeritate. Natus
ēm in pupillaribus annis cōstitut⁹/pueriles nugas euitās
⁊ coꝝ senile gerens. b. Odiloni in Cluniacensi monasterio se
discipulū tradidit/sub habitu religionis. In virtute autem
omni proficiēs factus est priox. ⁊ defuncto Odilone licet re
nitens de volūtate oīm fact⁹ est abbas. Bon⁹ itaq; scia: me-
lioꝝ sciētia: optim⁹ tēperātia. Forma angelicus: moribus
cōpositus: sermone suauis ⁊ charismatib⁹ alijs omnib⁹ spe
ctabilis. Illo in tpe Henricus secund⁹ impator regni apicē
strenuissime gubernabat/cui⁹ pater Hēricus quū valde di-
lexisset monasteriū Cluniacēse ⁊ eius abbatē: eū imitatus
¶ In cenobio Fuldensi exitialis lues grassata prius abbatem corripuit. Mox multos monachos t eleemosynas largiores facere: sed processu tpis (vt est natura hoim) pedetēt im dempto metu omittere ceperunt. Presertim cellerarius: qui palā clamitabat nō posse penum tot expensis sufficere: se semp aliqō alleuamentū p tot elationibus funerū sperasse. nihil vtra spei esse si qō viui nec? sent mortui cōsumerent. Itaq; quū quadam nocte ppter necessaria diu sopore distuliſſer/tandē elaqueatis mortuorū uexibus in dormitorū pgebat. Et ecce vidit in capto abbatem t oēs qui obierant illo anno: eo quo decesserant ordine sedere. Tremens ille t effugere gestiens: vi retractus: increpatus: t more monastico flagellatus: audiuit verba abbatis in hanc sententiā. Stultus est de morte alterius emolumentis inhiare: quū sors cuiusq; sub eodem pendeat fato. Et impiū est quum monachus oēm vita suam in monasterij consumpſit obsequio: vt careat saltem post mortem suam vnius anni stipendio. Scito ergo te citissime obiturum: sed quicquid pro te fiet: ad aliorū quibus abstulisti commodum conuertetur immo t alios corrige exemplo: quos corrupisti verbo. Abijt ille: t nihil se vanum vidisse tam recentibus plagis q; morte proxima demonstrauit.

§. I. Dicta pdicti Hildeberti in versibus.

Nuper eram locuples multisq; beatus amicis:
Et risere diu prospera fata mihi.
Sepe mihi dixi: que sunt tam prospera rerum:
Quid sibi vult tantus tam citus agger opum:
Hei mihi: nulla fides/nulla est constantia rebus:
Res ipse quid sint mobilitate docent.
Res hominum atq; homines leuis aura versat in horas:
Et venit a summo summa ruina gradu.
Cuncta sub ancipiti pendent mortalia casu:
Et spōdent propria mobilitate fugam.
Quicquid habes hodie: cras te fortasse relinquet:
Aut modo dum loqueris: desinit esse tuum.
Has ludit fortuna vices: reges q; superbos:
Aut seruos humiles non finit esse diu.
Illa dolosa comes sola leuitate: fidelis
Non impune fauet: aut sine fine premit.
Illa mihi quondam vultu blandita sereno:
Mutauit vultus: nubila facta suos.
Accessit damnis nouus ille grauisq; tyrannus.
Quo Lenomannorum consulet ius perit.
Cuius auos puduit scelerum genuisse patronum.
Fortuneq; parem mobilitate dolis.
Ille pudor patrie: me non impune tuentem.
Justitie leges. expulit a patria:
Inde ratem scando: vitam committo procellis:
Uela tument: gemina cymba iuuatur ope.
In fragilem pinum totus prope congerit iras
Mundus: t est hostis quicquid obesse potest.
Ecce rapax turbo tollens ad sydera fluctus:
Impulit ad littus iam sine pupe ratem.
Sic miser t felix: quassa rate rebus ademptis:
Euasi ventos/equora/saxa/iouem.
Ecce quid est hominis: quid iure vocare paternum:
Quid miser ille sibi plaudere dote potest.
Hoc est hic hominis sempercum tempore labi:
Et semper quadam conditione mori.
Est hominis nasci nudum: nudumq; reuerti
Ad matrem: nec opes tollere posse suas.
Est hominis putrere solo: saniemq; fateri:
Et miseris gradibus in cinerem redigi.
Istius est heres homo proprietatis: t illum.
Certius his dominum premia nulla manent.
Res t opes prestantur: t famulantur ad horam:
Et locuples mane/vespere pauper erit.
Nemo potest rebus ius assignare manendi:
Que nutus hominis non didicere sequi.
Jus illis deus adscripsit: statuitq; teneri
Legibus: t nutu stare vel ire suo.
Ille semel simul t solus preuidit t egit:
Cuncta: nec illa aliter vidit agitq; aliter.
Ut vidit facienda/facit regit absq; labore:
Distinguit formis tempore siue loco.
Crescendi stadium rebus metitur: t illas
Decernit: versat legibus ipse manens.
Ipse manens dum cuncta mouet: mortalibus egris
Consulit: t quo sit spes statuenda docet
Ille potens mutis tenor t concordia rerum:
Quicquid vult in me deierat eius ero.

¶ Idem in querimonia sua ad seipsum. de se loquit anima.

Anguste fragilisq; domus iamiamq; ruentis
Hospita/seruili conditione premor.
Exisle iugum ceruice gero: grauibusq; catenis
Prohdolor ad mortem non morritura trahor.

Hei mihi

Wei mihi q̄ docilis falli: q̄ prompta subire
Turpia: q̄ velox ad mea damna fui:
Hospitium sponsus mira fabricauerat arte:
Quo suscepta breui tempore casta fui.
Nam mihi versutus: sed ab origine clarus adulter
Illusit: famula subreserante fores.
Adfuit: obloquitur: presentibus imperat vti
Delicijs: opibus/nomine/lacrat heram.
His peruersa modis ceptum peruertit honestum:
Et miseram quo vult imperiosa trahit.
Hospitij lex ista mei est. his exul ad horam
Obligor. hoc fedus soluet amara dies.
Egrediar: sed nescio quo: sed nescio quando:
Et fortasse dies iste supremus erit.
Est igitur ponenda domus qua libera tristi
Carcere perpetuo iure carere queam.
¶ Heu q̄ turpe nefas: q̄ reprimendum
Quam discors anime quamq̄ nefandum.
Mundi cura mouens pectoris estum
Infestare docet ius & honestum.
Rex abiecta nimis: parq̄ pudori
Virtus est oneri: crimen honori.
Virtus vilis apex: dos sine fructu.
Eu venale bonum valde onerosa
Eu tantum superis ambitiosa.
Deponi facilis/dura resumi.
Uanescis veluti virgula fumi.
Non est cui placeas simplice voto.
Qui lesam doleat teste remoto.
Qui te gratis amet vel tueatur.
Qui patrocinium polliceatur.
Laus sublimis opes: crimen egestas.
Prepollet facinus: fordet honestas.
Ah nunc innocuis iura minantur.
Ah sic flagitium sceptra lucrantur:
Ah q̄ solicito quisq̄ labore:
Occurrit medico carnis amore.
De morbis anime nulla querela:
Egressam sequitur tarda medela.
¶ Multa duces latij pro libertate tulere.
Exilio sobolem gladio caput exposuere.
Felices si triste iugum sic excuteretur.
Nec miseros quicq̄ miserabilius sequeretur.
Sed graue seruitium male libera colla premebunt.
Et dominos centum sua crimina quisq̄ ferebunt.
Uiuere si vere sub libertate placeret:
Non homini: sed peccato seruire puderet.
Illud enim transit: & saltem morte leuatur.
Hoc est eternum: nec finem fine lucratur.

§.II. De septem actibus anime

idem sic ait.
Uis anime septem proprior sibi vendicat actus.
Uiuificat: sentit: varias amplectitur artes:
Corrigit excessus: virtutibus instat: in ipsam
Dirigit intuitum deitatem: gaudet in illa.
Seminibus quoq̄ primus inest: animalia bruta
Participant glium duo vestre proprietates.
Tres sunt & superum: superi tamen anteferuntur.
Et actu primo vegetantur corpora: crescunt.
Prouenit inde vigor/nexus/ complexio/morus:
Et status/& species/& conuenientia quedam:
Ex alio tangit/videt/audit/gustat/odorat/
Odit/amat/petit apta sibi: contraria vitat.
Soluitur in somnos: in somnia mente vagatur.
Preterea meminit: venturis instat agitq̄
Plurima que sensu quippe & ratione geruntur.
Tertius in genuas aliasq̄ perambulat artes.
Queq̄ vel ingenium vel disciplina ministrat:
Colligit: & vario profectu mentibus heret.
Quartus ab illicitis reuocat: residensq̄ reatus
Abiurare docet: & tunc cognoscere sese
Incipit: inq̄ nouum niti ac transire decorem.
Dicimus ex quinto nature lege teneri.
Res inconcussas virtutis amore cauere.
Concessis aliquot etiam sine teste carere.
Sextus in aspectum solis: lucisq̄ superne
Pene parem superis animam rapit immaculatam.
Sepius astringit stabiliq̄ subarctat amore
Collateraq̄ deo quam dotem iam speculetur.
Quos thalamos: quos cultus & que festa: serenent.
Quis dicat speciosa veni dixere beate.
Maioresq̄ animes nec eas tamen aut ea virtus.
Aut ea lingua fuit q̄ibus hic aperire liceret.
Excedit sensum: meritum recondita merces.
¶ Primus itaq̄ noster actus est viuificatio: scōs sensus: tertius ars: quartus correctio: quintus virtus: sextus cōtemplatio: septim⁹ quies. Hos actus si carnis desiderij impediri negas: profecto vel penit⁹ infra horiem defecisti: vel supra horiem pficisti: q̄ solus tam libere brīs es: vt eā pcupiscētiā nescias: qua aduersus prefatos actus et innumero militat exercitu: & diuerso triumphat affectu. Neq̄ enim in oēs aīas par ei licētia est. Ipsi q̄z tactus nec eodē tpe oēs nec eadem infestant molestia. Alij quippe in ortu/quasi seges i gramine prefocant. Alij iam puecti velut in spicis grana q̄ feruor nimi⁹ exurit inanescūt. Est etiā illud q̄ illos intrinsec⁹ impinguet: q̄ illos extrinsecus euacuet. Horū primus quando carni gratior est: tanto a carnis inquietudine securior. Caro enim viuificationis officiū amat: tantā q̄ cū eo pacem pepigit vt si q̄d ei cōtrariū nouerit: & implicabili odio abhorreat: et curiosa solicitudine auersetur. Hinc est q̄ illi q̄z qui cum Paulo clamāt. Cupio dissolui & esse cum Christo. Mortē tñ formidant: q̄ caro hoc aīe letale officio. Christus mori veneratur: et tñ dicebat. Pater si fieri transeat a me calix iste. Qui & ad sudorem sanguinis vsq̄ anxietate turbatus est passionis. In q̄bus verbis nihil aliud intelligendum est q̄ q̄dā conuiuificatio carnis: que sic inerat ei lege nature: vt tñ bonū non impediret obedientie. Que quū ita sint: tantū tamē amorē tamq̄ germanū fedus plerūq̄ supueniētes irrumpunt molestie: q̄bus excitata caro ad viuificatiōis odiū spūs solicitat ad consensum: q̄ sicut illecebrarū desiderio: sic & pniciose cōmouet anxietate solicitudinū: quibus dum venatrix illa deliciarum diu subesse diuq̄ fatigari formidat: paulatim incipit tedere vite. Placetq̄ viuificationis gram abiurare: cuius obsequia permistis incōmodis amarescunt. Nascit inde turpis ac ridiculosus mortis appetitus: nequā. s. pgenies. & que more pereo suos plerūq̄ suffocat & extinguit genitores. Non nullos etenim tua quoq̄ tempora habuerunt: quos vel in aquas vel ad laqueum egit dolor amisse pecunie. Non recolis te eidem attestatum versiculis. scz.
Quum placeat carni q̄ viuificatur: ametq̄
Hoc anime obsequium: quumq̄ euenit vt diuturnis
Fracta malis: vitam fastidiat: abdicet annos:
Malit obire semel q̄ septius: atq̄ suprema
Morte rapi: q̄ tot preeuntibus esse superstes.
Sed licet his instet: non est homicida voluntas:
Donec declinet faueatq̄ vocibus illi
Spiritus hoc stimulis & blanda lite subacto
Signatur excessus: quia dum caro clamat: eamq̄
Spiritus exaudit: consensu culpa creatur.
Inq̄ creando nefas: caro fit vir: spiritus vxor.

§.III. Oratio eius ad sanctam

trinitatē deuota. Alpha & o. magne deus. Heli heli de⁹ me⁹. Cuius virtus totum posse: cuius sensus totum nosse. Cuius esse summum bonum: cuius opus quicquid bonum. Super cuncta: subter cuncta: extra cuncta: intra cūcta. Subter cuncta nec substratus: super cuncta nec elatus. Intra cūcta nec inclusus: extra cuncta nec exclusus. Super totus presidēdo subter totus sustinēdo. Extra tot⁹ complectēdo: intra totus in complendo. Intra nunq̄ coarctaris: extra nusq̄ dilataris. Subter nullo fatigaris: sup nullo sustentaris. Mundū moues non moueris: locum tenēs non teneris. Eps mutās nō mutaris: vaga firmans nō vagaris. Uis externa vel necesse non alternat tuum esse. Heri nr̄m/cras/& pridem/semp tibi nunc & idē. Tuū de⁹ hodiernū indiuisum sempiternū. In hoc totū preuidisti: totum simul pfecisti. Adq̄ exemplar summe mentis: formam prestans elementis. Nate patri coequalis patris cōsubstantialis. Patris fulgor & figura/factor factus creatura: Carnem nostrā induisti: carnē nostrā suscepisti. Sempiternus tpalis: moriturus immortalis. Uerus hō verus deus: impermistus hō deus. Nō conuersus hic in carnem: nec minutus ppter carnē. Hic assumpt⁹ est in deū: nec consumptus propter deum. Patri compar deitate: minor carnis veritate. Deus pater tantū dei: virgo mater sed & dei. In tam noua ligatura sic vtraq̄ stat natura. Ut cōseruet quicq̄d erat: facta q̄dā q̄, nō erat. Noster iste mediator: iste noster legislator. Circuncisus baptizatus: crucifixus tumulatus. Obdormiuit & descendit: resurrexit & ascendit. Sicad celos eleuatus: iudicabit iudicatus. Paracletus increat⁹ nec factus/nec natus. Patri consors genitoq̄ sic procedit ab vtroq̄. Ne sit minor potestate: vel discretus qualitate. Quāti illi: tantus iste: qualis illi talis iste. Ex quo illi: extunc iste: quantum illi tantum iste. Pater alter: sed gignendo natus alter: sed nascendo. Flamen ab his procedendo: tres sunt vnum subsistendo. Quisq̄ trium plenus deus: non tres

tamen dñi: sed vnus. In hoc vno deo vero: tres ⁊ vnum asse-
uero. Dans vsie vnitatē ⁊ psonis trinitatē. In psonis nulla
prior: nulla minor: nulla maior. Unaquęq; semp ipsa: sic est
cōstans atq; fixa. Ut nec in se varietur: nec in vllam trāsmu
tetur. Hec est fides orthodoxa: nō hec error siue noxa. Sicut
dico: sic et credo: nec in prauā partem cedo. Inde veni bone
deus: ne desperem q̄ reus. Reus mortis nō desper: sed
in morte vitā quero. Quo te placē nil pretendo: nisi fidē quā
defendo. Fidem vides hac implor: lena fascem quo labor.
Per hoc sacrū cataplasma cōualescat egrū plasma.

§.IIII. Oratio eius ad christū.

Extra portā iam delatū / iam ferentes tumulatū. Uitra ligat
lapis viget: sed si iubes hic resurget. Jube lapis reuoluet:
iube vitra disrumpetur. Exiturus nescit moras ⁊ postq̄ cla-
mas. Exi foras. In hoc solo mea ratis infestatur a piratis.
Hinc assultus inde fluctus: hinc ⁊ inde mors ⁊ luctus. Sed
tu bone nauta veni: preme ventos mare leni. Fac abscedāt
hi piratet duc ad portū salua rate. Infecunda mea ficus: cu-
ius ramus extat siccus. Incidetur / incendetur: si pmulgas
quod meretur. Sz hoc anno dimittat: stercoretur fodiatur.
Quod si necdū respondebit: flens hec loquor tunc ardebit.
Uetus hostis in me fruit: aquis mersat: flammis vrit. Inde
languēs ⁊ afflictus: tibi soli sum relictus. Ut hic hostis eua-
nescat: vt infirmus conualescat. Tu virtutem reiunandi: oes
infirmo des orandi. Per hec duo Christo teste liberabor ab
hac peste. Solue queso meam mentē: fac deuotum peniten-
tem. Da timorē / quo proiecto: de salute nil cōiecto. Da spem /
fidem / charitatē: da discretā pietatem. Da cōtemptum terre
norum: appetitum supernorū. Totum deus in te spero: deus
ex te totum quero. Tu laus mea / meum bonum: mea cuncta
tuum donū. Tu solamen in labore: medicamen in dolore. Tu
in luctu mea tiratu lenimen es in ira. Tu in arcto liberator:
tu in lapsu releuatar. Uletum prestas in proiectu: spem cō-
seruas in defectu. Si quis ledit / tu repedis si minatur / tu de
fendis. Quod est anceps tu dissoluis: q̄ō tegendū / tu inuol-
uis. Tu intrare me nō sinas infernales officinas. Ubi meror
vbi met? vbi langor: vbi fletus. Ubi probra detegūtur: vbi
rei cōfundūtur. Ubi torror semp cedens. Ubi vermis semp
edens. Ubi totum hoc perēneq; ibi mors gehenne. Me re-
ceptet sion illa: Sion Dauid vbs trāquilla. Cuius faber au
thor lucis: cuius porta lignum crucis. Cuius claues lingua
Petri: cui? ciues semp leti: cuius murus lapis viu? : cuius
custos rex festiuus. In hac vbe lux solēnis: ver eternū / pax
perennis. In hac odor implens celos: in hac festum semper
melos. Non est ibi corruptela: nō defectus nō querela. Non
minuti non deformes: oēs christo sunt cōformes. Urbs cele-
stis vbs beata: supra petram collocata. Urbs in porta satis
tuor: de longiquo te saluto. Te saluto te suspiro: te affector: te
requiro. Quantū tui gratulētur: q̄ festiue cōiuētur. Quis
affectus eos stringat: aut que gemma muros pingat. Quis
chalcedon quis hyacinthus. Nozunt illi qui sunt intus. In
plateis huius vbis: sociatus pijs turbis / Cum Hoyse ⁊ He
lya pium cantem Alleluya. Amen.

¶ De Lanfranco epō Lantuariensi. Capitulum.x.

Anno dominice incarna-
tionis. M.lvij. imperij Henrici quinti primo an-
no / claruit Lanfrācus monasterij Beccēsis prior.
Ad cuius eximiam doctrinā de Burgundia cōuo
lauit Anselmus vir post modū (vt infra dicetur) multa vir-
tute ⁊ scientia adornatus: ⁊ ei in prioratu successit sub viro
egregio Herluino abbate primo qui ipm monasterū Beccē
se de prepio fundauit. Hic Lanfrancus vt refert Uincē. spe.
histo. lib. xxvj. c. xxxvj. ex gestis eius: papia ciuitate Italie
oriundus fuit: offii sciētia seculari perfecte imbutus. Alpes
transgressus in Northmanniā venit ⁊ in Ambricacensi (al's
Ambricensi) ciuitate ali q̄diu docuit. Deinde mortaliū aurā
captare / vanitatē esse cōsiderans: cōsilium salutis arripuit:
⁊ statuit vt omnia propter illū relinqueret qui omnia fecit.
Quumq; vellet ire Rothomagū: vespere in sylua vltra flu-
uium Rillam incidit in latrones: qui cuncta q̄ habebat tol-
lentes ligatis a tergo manibus: et capitio cape ante oculos
ei? admoto: abduxerūt eū de via: ⁊ inter cōdensa saltus fru-
queta dimiserunt. Talibus angustijs comprehensus nesciens
no silentio in se reuersus: ⁊ ad deum cōuersus ait. Dñe deus
terarū attriui: ⁊ adhuc quō te debeam laudare ⁊ orare non
⁊ instituere curabo: vt tibi seruire valeā ⁊ sciam. Surgente
aurora / audiui viatores inter carpenes: et cepit ab eis vo-
ciferando auxilium petere. Qui accedentes ⁊ eum soluētes
reduxerunt ad viam. Rogauit autē vt vilius ⁊ pauperius ce
nobium q̄ō in regione nossent sibi demonstrarent. Uolebat
eñi adire locū vbi literati essent: q̄ eū honori ⁊ reuerētie ha
berent. Ergo de cōsilio eorū monasteriū Beccense adijt: vbi
venerabilis abbas Herluinus eiusdem cenobij fundator: ac
nuper ex grandeuo milite in clericū promotus: eum cū gau-
dio suscepit. Qui monachus effectus in discendis officijs cu
ram maximā impendebat: vt sciret laudes deo persoluere si
cut nouerat. Sic per tres annos vixit solitarius: gaudēs q̄
nesciebatur: fere ab oībus ignotus: omni vilitate ⁊ extremi
tate in cenobio contentus. Et (vt fertur lectionem nolebat
in ecclesia legere: nisi prius eam]cantor audisset. Quadam
etiam die dum ad mensam omnes discumberent: quiddam
inter legendū dixit sicut dicere debuit: q̄ō presidenti nō pla-
cuit: ⁊ aliter dicere iussit: velut si dixisset docere media pro-
ducta vt est: ⁊ presidēs iuberet eam abbreuiari: non eñi prior
ille literat? erat: sed vir sapiēs ⁊ sciēs magis obediendū esse
xpō q̄ Donato: dimisit q̄ō bene pnuntiauerat: ⁊ dixit q̄ non
recte dicere videbatur. Quum autē rumor ⁊ fama longe la-
teq; percrebruisset: clerici accurrunt. Illo de licentia abba-
tis sui scholā tenente: laici quoq; potentes ⁊ nobiles: multa
pro eius amore illi ecclesie contulerunt.

Lāfran
cus vite
se deuo-
uet mo-
nastice.

§.I. Hic post ex abbate Cado-

mēsi factus Cantuariensis archiepūs: multa bona in ecclesijs
Anglie fecit. Quadam die quū missam celebraret: ⁊ ventum
esset ad horā q̄ corpus dñi manibus accepit: diaconus q̄ sibi
ministrabat a demone persuasus arripuit eū manib? p sca-
pulas. Uenerabilis autē antistes in nullo turbatus reflexa
manu dextera p capillos eum tenuit: ⁊ ante pedes suos ad
duxit. Percelebrata aūt missa: in domū infirmorum illum in
duci iussit: vbi p aliquot dies in insania pmasit. Dicebat au-
tē de q̄busdā eiusdē loci fratribus q̄dā nefanda. Tunc noia-
uerūt quendā: dicentes q̄ de eo nō haberet quid deferet. At
ille cepit affirmare q̄ nunq̄ auderet ille in presentiam suam
venire. Quod quum frater audiret: timuit ne aliquid sibi p
peram gestum improperaret. Tunc sapientes fratres cōsiliū
ei dederūt: vt eum archiepo loquēs purā cōfessionē faceret:
⁊ sic fiducialiter cuz eius absolutiōe ⁊ benedictiōe ad demo
niacū iret. Qō quum fecisset: dicebāt demoniaco q̄ aderant.
Ecce adest cui minabaris: dic si q̄d de eo nosti. At ille in eum
toruo oculo respectās ac cachinnās ait. Quis te sic rebulli-
uit ⁊ cādidauit? nihilq̄ amplius dixit. Unde datum est intel-
ligi: q̄ virtus confessionis ⁊ absolutionis aufert diabolo me
moriam peccati: aut certe ptātem accusandi. Post aliquot
autē dies deo miserante a btō Lanfrāco cū fratrū oratiōib?
adiuuāte / liberatus est ab illa peste. ¶ Quum aūt ipsi Lan-
frāco relatū esset: q̄ abbas Anselmus vna nocte post matu-
tinas ad lectū suū veniēs annulū in eo aureū inuenisset: re-
ferenti sibi rūdit. Certissime scias illū post me futurū archi
epm: ⁊ ita factū est. Ad hūc Lāfrancū misit Berengarius Tu
ronēsis: q̄ asserebat eucharistiā quam in altari sumimus: nō
esse reuera corpus ⁊ sanguinē xpi: sed tm in signo. Harū lra-
rū portitor quū non inuenisset eū in Northmānia: q̄busdam
clericis eas tradidit: vnde de ipso Lanfranco orta est suspi-
tio quasi foueret ⁊ faueret ijs q̄ a Berengario dicerent. Igit
quum a quodā Remēsi epo Romam perlatas recitator lege
ret]Leone papa synodo presidente intellecto q̄ Joannem
Scotum Berengarius extolleret: Paschasium vero damna-
ret: ⁊ cōmuni de eucharistia fidei aduersa sentiret: promul
gata est in eū donationis sententia: priuās eū cōione ecclesie
⁊ precepto pape fidē suā coram oībus Lanfrancus exposuit:
prauiq̄ rumoris a se maculā extersit. Deinde cōtra eundem
Berengarius scripsit in modum dialogi de corpore ⁊ sangui-
ne dñi: ostendens ibi nō tm esse figuram vel signum: sed etiā
veritatem corporis ⁊ sanguinis christi.

De vir-
ture cō-
fessiōis.

§. II. Veniēti Lanfrāco archi-

epo Cātuariensi Romā: q̄ tunc papa erat. s. Alexander ei di-
gnāter adsurrexit: professus se illud insigne reuerētie detu-
lisse nō honori archiepi: sed amori magistri. ¶ Ad huius Lā
frāci missam quidā iuuenis monachus legerat euangeliū: q̄
quū patenā pōtifici post pater noster / offerret: vidit coram se
quosdā vultus terrimos malignor? spirituū: ad quor? aspe
ctus pterritus: pōtificē inter man? sacra tenentē vtriusq; bra
chijs strictū amplectit: horribiliter clamans ⁊ dicens. Chri-
stus vincit: xps imperat: xps regnat. Conterriti sunt oēs qui
aderant: ⁊ portatus est ille a militibus post missam in came-
ram pōtificis. Conuenit in capitulo: adducit ille plenus de
monio fortiter ligatus. Sermonē facit Lanfrancus de illor?
iubet cōiter orationē fieri p eo. Mox vt videbat sanus effe
ctus est: ⁊ p agēdis gratijs ad sepulchrū sancti Dūstani pre
sentat?. Quūq; expletoriū cātaret: ille rapt? de stallo suo cu-

curr

currit ad priorẽ Hẽricũ: quẽ ille statiꝫ apprehẽdẽs duxit in dormitoriũ: ⁊ noctẽ insomnẽ añ illũ duxit. Media nocte exclamãs oẽs iquietauit. Ductꝰ est ad sepulchrũ scti Dũstani plurimũ retinẽs: quo quũ venisset: furere cepit: ⁊ in Dũstanũ ⁊ in xp̃m infinitas blasphemias vsq; ad diem euomuit. Mane referẽ ad domũ infirmoꝝ: vbi post multos dies cruciatus est. Quicunq; ad eũ accedebãt: si crimẽ aliqđ habebant de quo nondũ ꝯfessi erãt: publice detegebat: ⁊ dicebat illos in penis perpetuis sibi sociãdos: vnde nũnulli erubescentes pure cõfessi sunt. Qui quum illi se iterum presentarent: querebat qui essent ⁊ vnde venirẽt: ⁊ quõ tam subito loti essent: ⁊ suam societatẽ amisissent. Post hec quũ positꝰ esset in medio sanctarũ reliquiarũ: exiliens cũ lecto in quo iacebat: volebat fugere sanctos. Quũq; illic retinereẽ: ⁊ demon ꝑ ventrẽ eiꝰ tanq̃ catus puulus currebat: nũc versus os: nũc ꝯsus inferiora querẽs exitũ. Quũq; fratres se reficerẽt: frater qui relictꝰ erat ad custodiendũ eũ multũ deuotus erga sctm̃ Dũstanũ: ꝯfisus de dei adiutorio: accepit crucẽ quã sctũs Dũstanꝰ solebat facere añ se portari more archiepoꝝ: ⁊ posuit eã suꝑ demoniacũ clamãs cũ lachrymis Sctẽ Dũstane succurre: mox demon exijt: ⁊ tũc eger leuatis oculis i celũ cũ profusis lachrymis ait. Gr̃as tibi ago sctẽ pater Dunstane: ⁊ tibi frater dulcissime: q2 tuis meritis sancte dñe ⁊ tua charitatiua prece frater charissime liberatus sum ab hoste. Post hoc Baiocatensis ep̃s qui erat comes Cantie: mouit quasdam calũnias contra Lanfrancum super terras ⁊ cõsuetudines ecclesie Cantuarensis. Quumq; adesset dies placiti Lanfrancus solicite inuocauit sanctum Dunstanum. Ea autẽ nocte adstitit ei sanctus Dunstanus in visu dicẽs. Lãfrance ne turberis: ego tibi adero. Et si illos nõ viceris/scias me nõ esse qui tecũ loquor. Sicq; factum est vt oĩa que obijciebantur Lanfranco: in crastinum adnihilata fuerint stupentibus omnibus.

¶ De sancto Anselmo ⁊ scriptis eius. Cap. xi.

DE sancto anselmo archiepõ Cantuariẽsi ⁊ gestis eius atq; libris ab eo editis: q̃ floruit anno dñi. M.lxi.

Hic vt refert Vin. spe. hist. li. xxvi. c. lxvi. ex cõfinio Lõgobardie ⁊ Burgũdie oriundus: literis traditus eas didicit: ⁊ in breui multũ profecit. Necdũ. xv. etatis sue annũ attigerat quũ iam qualiter vitã suã s̃m deũ instituere posset melius mẽte tractabat. Expleto aũt aliquo tp̃e patriam egressus quõ in trãscẽsu mõtꝭ cuiusdã fatigatꝰ corꝑe deficeret: vires suas iuuenis mandẽdo reparare tẽtabat. Neq; tñ tũc illud quo vesceref presto erat. Qđ minister eiꝰ aduertẽs doluit: ⁊ an forte q̃d edendũ in sacculo eoꝝ haberet: diligẽter inuestigare cepit. ⁊ mox ꝯ spem in eo nitidissimũ panẽ inuenit. Quo ille refectus ⁊ recreatus est: ⁊ vie incolumis redonatus. Exactis itaq; tribꝰ annis partim in Burgũdia: partim in Frãcia: Northmanniã pergit. Et quũ fama magistri Lanfrãci vsquaq; ꝑcrebresceret de quo. s. ⁊ nobilissimos clericoꝝ ad eundẽ ex cũctis mũdi partibus veniẽtes doceret: Becci venit: ⁊ eius magisterio se subdidit: ⁊ quũq; propter studia corpꝰ vigilijs ⁊ inedia ⁊ frigore fatigaret: venit ei in mentẽ q̃ si monachus fieret: acriora q̃ patiebaẽ eũ pati nõ oporteret: nec tunc laboris sui meritũ ꝑderet: qđ tũc nesciebat vtrum sibi maneret. Hoc ergo mente cõcepto: ita secũ mẽte tractabat. Ecce monachus fiam: sed vbi? Si cluniaci vel Becci: totũ tp̃s qđ in discẽdis lr̃is posui: ꝑdidi. Nã ⁊ Cluniaci districtio ordinis: ⁊ Becci supeminẽs Lanfranci prudentia me aut nulli prodesse/aut nihil valere cõprobabit. Itaq; in tali loco perficiam qđ dispono: in quo ⁊ scire meum possim ostendere: ⁊ multis prodesse. Nõdũ em̃ vt ipsemet referre solebat in eo vigebat: mundi contẽptus sed postmodũ in se reuersus. Quid (inquit) est esse me monachũ? hoc est velle alijs preponi: ⁊ alijs prehonorari: ⁊ magnificari? Non. Illico igiẽ deposita contumacia monachus deueni: vbi sicut equum est/ꝓpter deum cunctis postponaris: cunctis abiectior habearis. Et quideꝫ Becci nulliꝰ põderis ero quando quidẽ ibi ille est qui preeminẽtis sapientie luce cõspicuus cunctis sufficiens/cunctis est honorabilis ⁊ acceptꝰ. Illic ergo monachus factus/sic religioni per oĩa seruiebat: vt quisquis in tota cõgregatione religiose viuere vellet: in eius vita satis qđ imitaretur inueniret. Lanfranco aũt in Cadomensis cenobij regimine assumpto: ipẽ prioris officio functus est. Contigit autẽ quadã nocte ante vigilias nocturnas in lecto iacens vt secuꝫ rimari conareẽ quõ prophete preterita simul ⁊ futura quasi presentia olim agnouerunt: ⁊ indubitãter ea dicto vel scripto protulerũt Et quum in his totus esset: ⁊ hoc nosse desideraret: defixis oculorum suoꝝ radijs vidit per medias macerias oratorij ⁊ dormitorij monachos/quorum hoc officium erat pro apparatu matutinarum altaria ⁊ alia loca ecclesie circumeũtes: luminaria accendentes: ⁊ vnum eorum sumpta chorda scillam pulsantem: ad cuius sonitum conuentum fratrum de lecto surgentem mirabatur de re que acciderat. Concepit ergo apud se deo esse leuissimũ prophetis in spiritu futura monstrare: quũ sibi concesserit que fiebant per tot obstacula corporeis oculis posse videre. ¶ Quidam iuuẽum in cõuentu hoc apud se proposuerat: vt nulla vnq̃ occasione manum suam membris genitalibus apponeret. Cuius proposito inuidẽs diabolus tm̃ in eisdẽ mẽbris dolorem et angustiã fecit eũ sentire: vt iuuenis se nõ posset ferre. Sentiebatur em̃ caro ipsa tanti põderis esse: ac si plũbi grauissima moles in illa penderet corporis parte. Quũq; anxietatem iam dissimulare nõ posset: requisitꝰ ab Anselmo quid haberet: rem ipsam iam celare nõ potuit. Admonitus ergo vt modum egritudinis admota manu ꝓbaret: verecundatus recusauit: ⁊ timẽs ne ꝓpositũ violaret. Tunc Anselmus assumpto secum grandeuo fratre ⁊ religioso: iuuenẽ lãguidum in secretiorẽ locũ ducit: vt modum infirmitatis illius agniturus ⁊ auxilium pro possibilitate laturus esset. Quid amplius? Caro sanctissima reperitur. Euestigio quippe oĩs illa diabolica vexatio cedit: nec fatigat vlteriꝰ iuuenẽ: quẽ simplex Anselmi aspectus a tanta clade fecit immunem.

§. I. De aliquibus notabilibꝰ

gestis ꝑ Anselmũ. Cuidã q̃ ex antiquioribꝰ fratribus vt refert Vin. vbi. s. qui veteri odio plurimũ erat infestus Ancelmo: nec poterat vllatenus suꝑ eũ respicere simplici oculo: ⁊ infirmitate pressus ad extrema est deductus. Quumq; fratres in meridie in lectis ex more quiescerent: ipse in domo infirmorum iacens cepit miserãdas voces emittere: ⁊ quasi quorũdam horrẽdorum aspectus subter fugere gestiret: psalens ⁊ tremens vultum suum delitescendo hincinde cõmutare. Territi fratres qui aderãt: quid haberet querebãt At ille. Geminos immanes lupos inter brachia sua me tenere cõpressum: ⁊ guttur meum impressis dentibus iamiã suffocare videtis: ⁊ quid mihi sit queritis? Quo audito quidam ex eis ad Anselmũ qui in claustro emendandis libris intẽdebat: ꝯcitus perrexit: ⁊ ei extra claustrũ educto: quid circa infirmum fratrem ageretur patefecit. Tunc ille in secretiorem locum secedens: ⁊ post modicum domum in qua iacebat infirmus ingrediens: leuata manu signum crucis edidit dicens. In nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti. Ad quod factũ statim eger conquieuit: ⁊ exhilarato vultu intimo cordis affectu deo gratias agere cepit: dicens q̃ Anselmo ostiũ ingrediente/⁊ extensa manu signũ crucis edente/vidit ex ore eius flammã ignis ad modũ lancee ꝓcedentem que in lupos iaculata eos deterruit ⁊ celeri fuga dilapsos procul abegit. Tunc Anselmus fratrem de salute aĩe sue secretius alloquens: ad pñiam ⁊ cõfessionem cor eius inclinauit. Paterna demum authoritate absolutuꝫ dixit hora qua fratres ad nonam surgerent presenti vita decessurum. Qđ ⁊ factum est. ¶ Birulbus eiusdẽ monasterij secretariꝰ quadam nocte duꝫ hora qua fratres ad vigilias excitaret: per claustrũ iens obseruaret Anselmũ: quẽ ea hora sopori potius existimabat q̃ orõni occupatũ in capitulo vidit in oratione stantẽ ingẽti splẽdentis flamme globo circũcinctum. ¶ Quadã die quũ esset in via occurrẽte sibi quodã monacho Becci: q̃d ꝯsilij de hospitio sibi ferret eũ interrogauit. Qui rñdit. Habemꝰ nõ lõge hospitiũ: sed nõ est qđ nobis ⁊ fratribꝰ apponaẽ preter panẽ ⁊ caseũ. At ille subridẽs ait. Ne timeas vir bone: sed cito precede: ⁊ misso rete in vicinũ amnem statim inuenies piscem qui sufficiet oĩbus nobis. Ille mandato accepto preuolans nuntiat piscatori. Qui ridendum potius q̃ attentandum qđ dicebat fore pronuntians: tandeꝫ a fratre coactus contra spẽ rete iecit: ⁊ ilico trutam insolite magnitudinis cum alio quodã pisciculo cepit. ¶ Alia vice quidã vir euꝫ per terrã suã transeuntẽ ad prandiũ detinuit: sed quum de penuria piscium quereretur. quod ei ⁊ monachis eiꝰ apponeret nisi vilia quedã non habens: alludẽs dicit ei. Anselmus: En sturio vnus tibi defertur: ⁊ animꝰ tuus de deliciarũ inopia queritur: ⁊ ita factũ est. ¶ Quum aũt abbas quidam qui admodũ religiosus habebatur: secum de ijs que monastice religionis erant: loquereẽ: ⁊ inter alia de pueris in claustro nutritis verba cõferret: adiecit. Quid obsecro fiet de istis? Nõ cessamus die ac nocte eos verberare: ⁊ semper fiunt deteriores: hebẽtes em̃ sunt ⁊ bestiales. Ad quẽ miratꝰ Anselmꝰ ait. Quã bene nutrimentũ vestruꝫ expendistis: qui de hominibus bestias nutriuistis? Dic mihi queso abba si plãtulam in horto tuo plantares alicuius arboris: ⁊ mox illam ex omni parte cõcluderes: vt ramos suos ex nulla ꝑte extẽdere posset: qualis arbor inde prodiret? Prefecto inutilis: ⁊ curuis ramis ⁊

perplexis:certe hoc facitis de pueris vestris. Plãtati sunt per oblationem in horto ecclesie:vt crescant ⁊ fructificent deo. Vos autem in tantum eos terroribus/minis et verberibus vndiq; coarctatis:vt nulla penitus libertate vti liceat:vnde fit vt quia amoris/pietatis:et veloulcedinis/circa se in vobis sentiunt:nec illi ali cuius boni in vobis postea fidem habeant:sed omnia vestra ex odio et inuidia contra se procedere credant. Contingitque modo miserabili: vt sicut deinceps corpore crescunt:sic in eis odium ⁊ suspitio omnis mali crescat semperque proni sint et curui ad vitia. Quumque a nullo fuerint in vero charitate nutriti: nullum nisi deprecantis superciliis oculove obliquo valent intueri.

§.II. Narrat idẽ Anselmus in

libro de similitudinibus quum semel iam factus archiepiscopus Cantuariensis cum [illegible]centi comitatiua iter perageret obuiam habuerunt quendã puerum habentẽ vnum passerem ligatum filo retis ⁊ ludentẽ sic cum eo. Nam aliquando puer dimittebat filum:et passer volare incipiebat vt liber a detẽtione:sed puer ꝯtrissime refumebat filũ:⁊ passer cadebat in terram. Puer autem in hoc gaudebat ⁊ ridebat de passere deiecto. Et post aliquam morulam iterum puer dimittebat filum:passer autem volatum inchoabat vt fugeret:sed puer presto per filum resumptũ deijciebat i terrã super hoc gaudens. Anselmus itaque firmans se ad hmõi aspiciendum:post plures vices huius actus pueri mandat vni ex suis vt frangat filum. Quo facto passer auolauit:⁊ nec vltra puer potuit capere. Ex qua recepit multum dolere ⁊ flere de amissione passeris. Anselmus autem ridere cepit. Quum autem socij eius mirarentur de tanto viro in huiusmõi factotait ille reflectẽs illud ad mozalitatẽ. Puer iste signat diabolum:puerũ stultitia centũ annorum experientia ⁊ longa malitia. Passer autem peccatoz est. Anima nostra sicut passer. ait pſ. Filum longum est consuetudo peccati:qua detinet diabolus peccatorem ligatum sub suo dominio. Sed aliquando contingit vt peccator aliquid boni incipiat:quasiq; liberatus velit de manibus diaboli exire. Diabolus autem filo malo ⁊ antiquate consuetudinis eum deijcit in terram iterando pcrã. Et hoc non semel:sed pluries contingit:vnde puer diabolus gaudet de recidiuo peccatoris. Peccator autem tristatur remordente conscientia post pcrim. Demum aliq; ope alicuius orationis vel admonitionis scti viri rumpit cõsuetudo mali in peccatore vt nõ recidiuet:se plene euolet ad celum per virtutũ opera. Quod cernens puer diabolus/dolet ⁊ tristatur de amissione peccatoris:q; sit erutus de manib⁹ eius:sed sancti viri gaudent ⁊ exultant. ¶ In ipso libro de similitudinibus ponit Anselmus multa pulchra exempla seu similitudines circa spiritualia in diuersis materijs. Et in hac materia similitudinum in libris suis videtur excedere alios doctores ita pulchras ponit. Scripsit Anselmus prologion:deest alloquium de deo. Quod opus quidam insipiens refellere gestiens/quoddam scriptum cõtra illud composuit. Quod quum sibi a quodam amico suo trãsmissum Anselmus conspexisset:suam ad hoc responsionem edidit lib. vno. Scripsit ⁊ monologion:deest soliloquiũ de sctã trinitate li. ſ. De veritate lib. ſ. De processione spiritussancti lib. ſ. De concordia liberi arbitrij:⁊ prescietie diuine atq; predestinatione:⁊ necnon ⁊ gratie lib. ſ. De casu diaboli lib. ſ. De peccato originali lib. ſ. De incarnatione verbi lib. ſ. De sacramento altaris lib. ſ. De azymo lib. ſ. Cur deus homo lib. ſ. Meditationum vel orationum lib. ſ. De grammatico lib. ſ. De parabolis seu prouerbia Anselmi lib. ſ. Super canticũ canticorũ lib. ſ. Epistolarum eius ad diuersas personas lib. ſ. Ex quibus libris aliqua excerpta hic ponũtur.

opuscula beati anselmi epi Cãtuarien

§.III. Anselm⁹ in prologio ex-

hortatur ad secretũ contemplationis sic dicens. Eia nunc humũcio absconde te modicũ a tumultuosis cogitationibus tuis: Abijce nunc onerosas curas. Exclude omnia preter deum:⁊ que te iuuent ad querẽdum eum:⁊ clauso ostio quere eum. Eia ergo tu domine deus meus doce cor meum vbi ⁊ quomodo te querat:vbi ⁊ quomodo te inueniat. Domine si hic nõ es:vbi te queram absentem? Si autez vbiq; accessibilem. Et vbi est lux inaccessibilis:aut quõ accedã ad lucẽ inaccessibilẽ? Quid faciet seruus tu⁹ anxi⁹ amore tui lõge proiectus a facie tua? Inuenire te cupit:⁊ nescit locum tuũ. Querere te affectat:⁊ ignorat vultũ tuum. Tu me fecisti ⁊ refecisti:⁊ oĩa mea bona tu mihi cõtulisti:⁊ nõdum noui te. Denisq; ad te videndũ factus sum:⁊ nõduz feci propter qõ factus sum. O misera sors hoiis:quũ hoc perdidit ad quod factus est. O durus et dirus casus ille. Heu quid perdidit:⁊ qd inuenit? Quid abscessit:⁊ quid remãsit? Perdidit beatitudinẽ ad quã factus est:⁊ inuenit miseriam propter quam factus nõ est. Abscessit sine quo nihil felix est:⁊ remãsit qõ p se nõ nisi miserũ est. Aãducabat tunc homo panẽ angelorum quem nunc esurit. Manducat nunc panẽ doloruz quẽ tunc nesciuit. Heu publicus luctus hoĩm:vniuersali plãctus filiorum Ade. Ille ructabat saturitatem:nos suspiramus esurie. Ille abundabat:nos mendicamus. Ille feliciter tenebat ⁊ misere deseruit:nos infeliciter egem⁹ ⁊ miserabiliter desideramus:⁊ heu vacui remanemus. Cur non nobis custodiuit:quum facile posset:quo tam grauiter careremus? Graue dãnum:grauis dolor:graue torum. Sed heu me miseruz vnum de alijs miseris filijs Eue elongaris a deo quid incepit quid effeci. Tendebam in deum:⁊ offendi memetipsum. Requiem querebam in secreto meo:⁊ tribulationez ⁊ laborem inueni in intimis meis. Volebã ridere a gaudio mentis mee:⁊ cogor rugire a gemitu cordis mei. Sperabaſ letitia:⁊ ecce vnde densantur suspiria. Et o tu dñe vsq; quo:vsq; quo dñe obliuiscerís nos vsq; quo auertis faciem tuaz a nobis? Restitue te nobis:vt bene sit nobis:sine quo tam male est nobis. Miserere laborez ⁊ conatus nostros a te qui nihil valemus sine te. Inuitas nos/adiuua nos. Obsecro domine ne desperem suspirando:sed respirem sperando. Amaricatum est cor meum sua desolatione:indulca illud tua consolatione. Esuriens incepi quere re te:ne desinam ieiunus de te. Famelicus accessi:ne recedam impastus. Pauper veni ad diuitem:miser ad misericordem:ne redeam vacuus? sed contentus. Et si antecꝫ comedam suspiro:dabis post suspiria qõ comedaz. Doce me querere te:⁊ ostende te querenti:qz nec querere te possum:nisi tu doceas:nec inuenire nisi tu ostendas. Querã te desiderando. Amem te inueniẽdo. Fateor te domine ⁊ gratias agoz:qz creasti in me hanc imaginem tuam:vt tui memor te cogitem:te amem. Sed sic est abolita attritiõe vitiorum:sic etiam obfuscata fumo peccatorum:vt non possit facere ad quod facta est:nisi tu renoues ⁊ reformes eam.

§.IIII. De iquisitiõe diuine po-

tentie/misericordie/⁊ iustitie. Anselmus. Non tento domine penetrare altitudinem tuam:quia nullatenus comparo illi intellectum meum:sed desidero aliquatenus intelligere veritatem tuam quam credit ⁊ amat cor meum. Neq; enim quero intelligere vt credam/sed credo vt intelligam. Nam ⁊ hoc credo/qz nisi credidero nõ intelligam. Ergo dñe qui das fidei intellectum/da mihi vt quantum scis expedire intelligam/quia es sicut credimus/⁊ hoc es quod credimus. Equidem te credimus esse aliquid quo nihil maius possit cogitari Sed omnipotens quomodo es/si omnia non potes? Vel si non potes coꝛrũpi/nec mentiri/nec facere verũ ⁊ falsum:vt quod factũ est non esse factum/⁊ plura similia quomodo potes omnia? At hoc posse non est potentia/sed impotentia. Nam qui hoc potest quod sibi non expedit/et quod non debet potest/qui quanto magis potest/tãto magis aduersitas ⁊ peruersitas possunt in illum:⁊ ipse minus contra eas. Qui ergo põt sic:non potẽtia potest:sed impotentia. Ergo domine deus inde verius es omnipotens qui nihil potes per impotentiam:⁊ nihil potes contra te. Sed ⁊ misericors simul ⁊ impassibilis quomodo es? Nã si es impassibilis:non compateris. Si non compateris:non est tibi miserũ cor ex compassione miseri:quod est esse misericordem. Domine misericors es ſm nos:⁊ quia miseros saluas:⁊ peccatoribus parcis:⁊ non ſm te:quia non compateris. Non enim est tibi cor miserum ex compassione miseri. Misericors es:non quia tu sentis affectum:sed nos effectum. Verum malis quomodo tu parcis:si totus ⁊ summe iustus es? Sed quum punis malos iustum est:quia illorum meritis conuenit. Et quum parcis malis:iustũ est:qz bonitati tue condecens est. Parcendo igitur malis iustus es. Sic igitur sine repugnantia ⁊ iuste punis ⁊ iuste parcis Quicquid autẽ es:nõ per aliud es ꝯ p teipsum. Tu es ipsa vita/qua viuis/⁊ sapiẽtia qua sapis/⁊ bonitas ipsa qua bonis ⁊ malis bon⁹ es/⁊ ita de similib⁹ An iueniſti aĩa mea qõ ãrebas? Querebas deũ ⁊ iueniſti eũ ee quoddã summũ oĩm quo nihil melius cogitari potest.

§.V. De inquisitiõe bonitatis

veritatis ⁊ eternitatis diuine. Anselm⁹. Domine deus meus formator et reformator meus:dic desideranti anime mee quid aliud es quam quod vidit:vt pure videat quod desiderat. intẽdit se vt plus videat:⁊ nihil videt vltra id quod vidit:nisi tenebrastimmo nõ videt tenebras que nulle sunt in te:sed videt se non plus posse videre propter tenebras suas.

suas. Cur hoc homine? Cur hoc tenebratur oculꝰ eius infirmitate sua: an reuerberatur fulgore tuo? Sed certe & in se tenebratur: & a te reuerberatur: tenebratur vtiq; & obscuratur sua breuitate: & obruitur sua immensitate: vere & contrahitur angustia sua: & vincitur amplitudine tua. Quanta namq; est lux illa de qua micat omne verum: quod rationali mente lucet? Quam ampla est illa veritas in qua est omne quod verū est: & extra quam non nisi nihil & falsum est? Quam immensa est que vno intuitu videt omnia que facta sunt: & a quo: & per quam: & quomodo de nihilo facta sunt? Quid puritatis/quid simplicitatis/quid certitudinis & splendoris ibi est? Certe plus quam a creatura valeat intelligi. Ergo domine si solum es quo maius cogitari nequit: sed es quiddam maius quaꝫ cogitari possit. Uere domine hec est lux inaccessibilis in qua habitas: ideo hāc nō video: quia nimia est mihi. Et tamen quicquid video: per illam video. Nimis fulget: non capit illam: nec suffert oculus anime mee diu ita in illam intendere. Reuerberatur fulgore: vincitur amplitudine: obruitur immensitate: confunditur capacitate. O summa & inaccessibilis lux. O tota & beata veritas: & ꝯ longe es a mè qui tam prope tibi sum? Quam remota es a conspectu meo: quia sic presens sum cō spectui tuo? Ubiq; es tota presens: & nō te video. In te moueor: & in te sum: & ad te non possum accedere. Intra me et circa me es: & non te sentio. Adhuc latet domine anima mea in luce & beatitudine tua. Et idcirco versatur adhuc in tenebris & miseria sua. Sperabat iam satietatem: & iterum obruitur egestate. Affectabam iam comedere: & ecce magis esurire contingit. Conabar adsurgere ad lucem dei: & recidi in tenebras meas. Quesiui vultum tuum: vultum tuum domine requiram: ne auertas faciem tuā a me. Reuela me domine ad te: sana/acue/illumina oculum mentis mee vt intueatur te. Recoligit vires suas aīa mea & vt toto intellectu intēdat iterū in te domine. Tu ergo imples & cōplecteris oīa. Tu es ante & vltra oīa. Equidē ante oīa tu es qr aīa ꝯfierent tu es: vltra vero oīa nō es: tan qr illa cogitari pñt habere finē: tu vero nequaq; Nā sic illa finē hñt quod dāmō tu vero nullo mō. Tu solus dñe es qō es: & tu es q̄ es. Tu tibi sufficiēs oīa: nullo indigēs quo oīa indigēt vt sint: & vt dñ sint. Hoc bonū es tu deꝰ pater. Hoc est verbū tuū. i. filiꝰ tuus. Et ſm non pōt aliud ꝯ qō est: aut aliquid maius vel minꝰ te esse in verbo quo teipm dicis: qm verbū tuū sic est verū/quo modo tu verax. Et idcirco est ipsa veritas sci tui non alia ꝯ tu. Et sic es tu simplex vt de te non possit nasci aliud ꝯ quod tu es. Hoc ipsum est amor vnus & cōis tibi & filio tuo. i. spūsctūs ab vtroq; procedēs. Nam idē amor nō ē ipar tibi aut filio tuo: qr tm amas te: illū: & ille te & seipz quantus es tu & ille: nec est aliud a te & ab illo: quod nō est dispar tibi & illi. Nec de summa simplicitate potest pcedere aliud ꝯ quod est de quo pcedit. Porro hoc est illud vnū necessariū: in quo est omne bonum: immo quod est omne & vnum & totum & summum bonum.

§. VI. De inquisitiōe summi boni in quo sunt oīa bona: & de pleno gaudio. Anselmus. Excita nunc anima mea (inquit) & erige totum intellectū tuū & cogita quantū potes: quale & quantū sit illud bonum. Si essi singula bona delectabilia sunt: cogita intente ꝯ delectabile sit illud bonum quod continet iucūditatem omniū bonorū/& non qualem in rebus creatis experti sumus: sed tantum differentē quantū differt creator a creatura. O qui hoc bono fruetur: quid illi erit: & q̄d illi nō erit? Certe quic quid volet erit: & quicquid nolet nō erit. Cur ergo per multa vagaris humicio: querendo bona anime tue & bona cor? Porcis tui? Amaynum bonū in quo sunt omnia bona: & sufficit tibi. Quid essi amas caro mea? Quid desideras aīa mea Ibi est quicquid amatis: quicquid desideratis. Si delectat pulchritudo. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eor. Si velocitas/aut fortitudo/aut libertas corpi scui nihil obsistere possit erunt similes angelis dei. Si longa & salubris vita/ibi est sana eternitas & eterna sanitas. Si satietas/satiabuntur quū apparuerit gloria dñi. Si ebrietas/inebriabūtur ab vbertate domꝰ dei. Si melodia/ibi angelor chori cōcinunt. Si sapiētia/ipsa dei sapiētia ostēdet ei seipsaz. Si amicitia/diligent deū plusq; seipsos/& inuicem tanq; se ipsos/& deus illos plus ꝯ illi seipsos/qr illi illū/& se inuicē per illū/& ille & illos per seipsum. Si potestas/oīpotentes erunt sue voluntatis/vt & deus sue. Nam sicut poterit deꝰ quod volet per seipsum/poterunt ita illi qō volent per illū Si honor & diuitie/deꝰ seruos suos bonos & fideles supra multa constituet/heredes quidem dei/coheredes autem christi. Si vera securitas/certi erunt nunq; & nullaten? ista vel potius istud bonum sibi defuturum. Gaudiū vero quale & quantum est: vbi tale & tantum bonum est? Cor humanum/cor indigens/cor expertum erumnas immo obrutum erūnis/quantū gauderes si his oībus abūdares? Interroga intima tua an capere possunt gaudium suū de tāta beatitudine sua. Sed certe si quis alius quez oīno sicut teipm diligeres: & eandē beatitudinem haberet duplicaretur gaudium tuum: qr non minus gauderes pro eo ꝯ p teipso. Si aūt duo vel tres vel multo plures idipsum haberent tātuz de singulis quantū pro teipso gauderes: si singulos eorum tanq; teipsum amares. Ergo in illa perfectissima charitate innumerabiliū hominū & angelorū beatorū & hominū: vbi nullus minus diliget alium ꝯ seipsum: nō aliter gaudebit quiscq; pro singulis aliis ꝯ pro seipso. Si ergo cor hominis de tanto suo bono vix capiet gaudiuz suū: quomodo capax erit tot & tantorū gaudiorum? Et vtiq; qr quantum diligit quis aliquem: tantū de bono eius gaudet sicut in illa perfecta felicitate vnusquisq; plus amabit sine comparatione deum ꝯ se & oēs alios secum ita etiam plus gaudebit sine estimatione de felicitate dei: ꝯ sua & omniū aliorum secuz. Deus meus & dñs meus: spes mea & gaudiū cordis mei. dic anime mee an hoc est gaudiū de quo nobis dicis p filium tuū. Petite & accipietis: vt gaudiū vestrum sit plenū. Inueni essi quoddā gaudiū plenū & plus ꝯ plenum pleno essi cor de/plena mēte/plena aīa/pleno toto homine illo gaudio: ad huc supra modū illud supererit gaudium. Non ergo totuz illud gaudiuz intrabit in gaudētes: sed toti gaudētes intrabunt in gaudium. Sed gaudiū illud nec oculus vidit nec auris audiuit nec in cor hois ascendit. Nondum ergo dixi aut cogitaui oīa quantū gaudebūt illi beati tui: vtiq; tantum gaudebūt ꝯtum amabūt: tantu amabūt ꝯtum cognoscent. Oro deus cognoscā te: amē te: vt gaudeā de te. Proficiat hic in me notitia tui: & ibi fiat plena. Crescat amor tuꝰ: & ibi fiat plenus: vt hic sit gaudium meum in spe magnum. & ibi sit in te plenū. Meditek inde interim mea. Loquatur inde lingua mea. Amet illud cor meū. Sermocinek illud os meū. Esuriat illud aīa mea: sitiat caro mea. Desideret tota substātia mea donec intrem in gaudium dñi.

§. VII. De deploratiōe miserie presentis & future. Anselmus in lib. meditationum. Terret me (ait) vita mea. Nam ꝯ diligenter discussa apparet mihi aut peccatum/aut sterilitas/fere tota vita mea. Et si quis fructus in ea videtur: sic est aut simulatus: aut imperfectū aut aliquo modo corruptum: vt possit aut non placere: aut displicere deo. Certe tota aut in peccato dānabilis: aut infructuosa & contemptibilis. Sed quid separo infructuosaz a damnabili? Utiq; si est infructuosa: est damnabilis. Omnis enim arbor que non facit fructū bonum excidetur et in ignem mittetur. Cedet animam meam vite mee. Uiuere erubesco: morī pertimesco. Quid ergo restat o peccatorī nisi vt in tota vita tua deplores totam vitam tuam: vt ipsa tota ploret se totam? Sed in hoc quoq; est mirabiliter miserabilis: quia non tantum dolet quantum se nescit/sed sic se cura torpet, velut quid patiatur ignoret. Quid dormitas anima tepida & digna euomi? Arbor digna fecturitet igne digna succidi et accendi. Qui sunt fructus tui? Utiq; spine pūgentes & amara peccata: que vtinam sic te penitendo pungerent: vt confringerentur. Sic amarescerent: vt euanescerent. O lignum aridum & inutile eternis ignibus dignum: quid respondebis in illa die quum exigetur a te vsq; ad ictū oculi omne tempus viuendi tibi impensum qualiter a te fuerit expensum. Tunc quippe cōdēnabitur quicquid inuētum fuerit in te operis vel ociosi sermonis & silentij vsq; ad minimam cogitationem: etiam: quod iussisti si non fuerit ad dei voluntatem directus. Ue quot peccata prorumpent ibi ex improuiso/quasi ex insidijs: que modo non vides & que mala non esse putas: queq; nunc esse bona credis? Nudata facie apparebunt tibi nigerrima peccata tunc quū iam penitentia nō recipiet: quū emēdatio nō permittetur. Ue mirabilis duritia: ad quā cōfringendā leues sunt tam graues mallei? O insensibilis torpor: ad quē cōcitandū sunt obtusi tam graues aculei? Proh letalis sopor: ad quē excitandum raucum est tam terrificum tonitruum. Si enim dixero q̄c quid potero excogitare: mendū ad id qō res est potero peruenire. Adde terrorem super terrorem: vlulatū sup vlulatum. Nā ille te iudicabit: ad cuius contumeliam spectat q̄c quid inobediēs deo vel preuaricator peccat: qui nūc patientissimus: tunc districtissimus. Ue ve ira dei ne irruas super me: non est qō possit tolerare in toto me. O angustie: hinc erunt accusantia peccata: inde terrens iustitia. Subtus patens horridum chaos inferni: desuper iratus iudex. Intus cōscientia vrens: foris mundus ardens. Uix iustus saluabitur. Pcterea sic deprehensus in quam partem se premet? Cō-

strictus vbi parebo: quō latebo? Latere erit impossibile: apparere intolerabile. Illud desiderabo: nusq; erit: istud excrabor & vbiq; erit. Quis eruet de manibus dei? vnde mihi consilium? vnde salus. Quis est qui ōr magni concilij angelus? Ipse est Jesus: idē est iudex: iter cuius manus tremo Respira o peccator: respira ne desperes: spera in eo quem times: affuge a quo aufugisti. Invoca importune quem superbe provocasti. Jesu christe propter hoc nomen tuū: fac mihi fm hoc nomen tuū. Obliuiscere superbiā provocantē respice miserū invocantē. Nomē dulce: nomen delectabile: nomē cōfortans pctōrem: & beate spei. Ergo, Jesu esto mihi Jesus ppter nomen tuū: qui me creasti tua bonitate: ne pereat opus tuū mea iniquitate. Recognosce benignissime qō tuū est & absterge qō est alienū. Jesu Jesu miserere mihi tps est miserēdi: ne dānes in tpe iudicandi. Que namq; vtilitas tibi in sanguine meo: si descēdero i eternā corruptionem? Necq; effi mortui laudabūt te dñe: necq; oēs qui descendunt in infernum. Si me admiseris intra latissimū sinū misericordie tue: nō erit angustior propter me dñe. Admitte ergo o desideratissime Jesu: admitte me intra numerū electorum tuorum: vt cum illis te laudēte perfruar: & glozier inter oēs qui diligunt nomen tuum.

§. VIII. De inuocatiōe filii dei

& memoria passionis eius: Anselmus in oōne inquit. Dñe Jesu christe redemptio mea: miserecordia mea: salus mea: te laudo: tibi grās ago: & quis valde impares tuis bñficijs: & quis multū expertes digne deuotiōis: sed sicut pōr conari tibi persoluit aīa mea. Spes cordis mei: virtus aīe mee auxilium infirmitatis mee: copleat tua benignitas potentissima qō conatur mea trepidissima imbecillitas. Vtra meat finis intentiōis mee: etsi nōdum merui te tantū quantum debitor sum amare: vtiq; saltē desidero te tanrum quantus debeo amare. Si bonū est dñe qō inspiras: immo q; bonus es: vt & te velim amare: da qō me facis velle: da vt quantū iubes tantum te amare merear. Laudes & gratias tibi ago pro desiderio quod inspirasti. Laudes & preces tibi offero: ne sit mihi donum tuum infructuosum: qō tua sponte dedisti. Conuerte misericordissime meum tepozem in feruentissimū tui amorem. Ad hoc clementissime tendit hec oratio mea: hec mediatio & memoria beneficiorū tuorū: vt accendat in me amorem tuum. Tua me dñe bonitas creauit. Tua misericordia creatum ab originali peccato mundauit. Tua patientia post illā emundationem baptismi in alijs peccatorum sordibus volutatum hactenus tolerauit: nutruit: expectauit. Dñe deus creator me? & nutritor me? esto adiutor meus. Te esurio: te sitio: te desidero: ad te suspiro: te cōcupisco. Et sicut pupillus benignissimi patris orbatus presentia: quantum queo memor passionis tue/memor alapa rum tuarum: memor flagellorum tuorū/memor crucis/memor etiā vulnerum tuorū/exilij mei erumnas defleo: spero tuū aduētus solam cōsolationē: ardeo tui vultus gloriosam contemplationem. Heu q; videre nō potui dominum angelorum humiliatum adconuersationem hominum: vt hoīes eraltet ad conuersationem angelorū: quum deus offensus sponte moriebatur/vt peccator viueret. Cur o anima mea te presentem nō transfixit gladius doloris acutissimi: quē ferre nō posses lancea vulnerari latus tui saluatoris: quē videre nequires violari clauis manus & pedes tui saluatoris vel plasmatoris? Cur non es inebriata lachrymarum amaritudine: quum ille potaretur amaritudine fellis? Cur nō es compassa castissime virgini dignissime matri eius/benignissime dñe tue? Domina mea misericordissima: quos fontes dicam erupisse de pudicissimis oculis tuis: quē attē deres vnicum filium tuum innocentem coraz te flagellari: ligari: mactari: & carnem de carne tua ab impijs crudeliter dissecari? Quibus singultibus estimabo purissimū pectus veratum esse: quum tu audires. Mulier ecce filius tu⁹. Et discipulus. Ecce mater tua? Utinā cum felice Joseph dñm meum de cruce depositissem: aromatibus condijssem: in sepulchro collocassez: vel saltem prosecutus essem/vt tāto funeri non deesset aliquid obsequij mei. Utinam cum beatis mulierib⁹ corusca visione angelor esssem territus: & audissem nuntiū dñice resurrectiōis: nuntiū mee cōsolatiōis/nūtium tam expectatū nuntiū tam desideratū. Benignissime suauissime/qñ restaurabis mihi tiqz non vidi illā carnis tue incorruptionem/quia non sum deosculatus locavulnerum fixuras clauorum? Non enim capitur in me dolor meus quadiu sum peregrinus a dom ino meo. Ubi vel quando eum inuenam? quem rogabo? q uis nuntiabit dilecto quia amore langueo? Defecit caro mea & cor meum deus cordis mea: nisi de te dulcedo mea. Quid enim mihi est in celo: et a te quid volui super terram? Te volotte spero: quero. Tibi dixit cor meum. Quesiui vultum tuum: vultum tuū domine requiram, ne auertas faciem tuam ame. Amator hominum benegnissime/tibi derelictus est pauper: orphano tu eris adiutor. Mi aduocate tutissime miserere orphani derelicti. Sitiuit in te aīa mea: quā multipliciter tibi caro mea. O si quando videbo gaudium meum quod desidero? O si satiabor quum apparuerit gloria tua? Si potabis me torrente voluptatis tue quem sitio? Sint mihi domine interim lachrime mee panes die ac nocte: donec dicatur mihi. Ecce dominus tuus: donec audiat aīa mea. Ecce sponsus tuus. Pasce me interim singultibus meis: pota me interis fletibus meis & Veniet forte asse interea redemptor meus quia bonus est. Nec tardabit quia pius est.

§. IX. De plāctu proprii lapsus

& pene future. Anselmus. Reduc ad cor aīa mea erumnosa enorme delictū: & pduc de corde īmanē rugitū. Tu inquā) que quondam candidata celesti lauacro: donata spūscōtio christiana professione iurata virgo fuisti desponsata. Heu memoria pdite iucūditatis: cur sic superaggrauas pressurā possidentis infelicitatis? Quaz misera sors flagitiosi hois tui? Et bonū & malū pariter sunt in tormentū. Torquer essi me mala cōscientia & cruciatus ei⁹: in quibus timeo me arsurū. Torquet me bone pscientie & premio⁹ eius memoria q̄ scio me perdidisse: nec āplius recuperaturū. De miserū pdere/dolendū pdere: id pdere irrecuperabiliter: qō seruari debet interminabiliter. O virginitas iam non dilecta meat sed perdita mea. Jam nō iucunda meat: sed desperata meat q̄ deueniſti in & fetidorin & amaro sceno me dereliquisti. Hinc est dānum incōsolabile: hinc tormentū intolerabile. Tu nanq; aīa mea perfida deo: periura dei/adultera christi Libenter de sublimitate ingnitatis mirabilr es demersa i barartrū fornicationis. Tu illa olim desponsata regi celorū ardēter facta es scortū tortoris tartarorū. O miserrima & plus & miserrima cōmutatio. Heu & de sublimi cecidisti: in & profundū corruisti? De & begninū cōtēpsisti: & maligno te piunxisti Quid fecisti o mentis amētia: amēs spurcitia: spurca nequitia? Quid fecisti in celo? Dereliquisti castum amorē tuū & infernū secuta es odiosum corruptorem tuum: & in barathro parasti nō thalamū: sed prostibulū tuū Precipitare miser homuncio in tenebrosum profundū immoderate mestitie: qui sponte precipitatus es in barathrū horrende nequite. Obruere infelix mole doloris terribilis qui corruisti libens in cenū infernalis feroris. Volutare in gurgite amaritudinis: qui delectatus es in volutabro turpitudinis. Terror horribilis/dolor terribilis: merore in cōsolabilis/aggregate vos sup me/irruite/obruite perturbate/obuoluite/possidete/iustū est/iustū est. Impudēti audacia contēpsi vos/& pudēti delectatione puocaui vos/immo deū non vos/ea nunc pnia miserabili desidero vos. Torque te reū/vindicate deū/prefētiat fornicator infernalia tormēta que meruit pregustet qō preparauit. Assuescat passur⁹ Reuoluere & reuoluere in eūdē turbinē amaritudinū: qui toties reuolut⁹ es in eādez vertiginē libidinū. Consolatio securitas letitia nolo vos/renuo vos/nisi pcti venia reduxerit vos. Procul estote/procul ante mortē/si forte idulgētia reuocet vos mihi vel post mortē. Sit ptinua pnia/amara comes etatis mee. Sit acutus dolor insatiabilis tortor vite mee. Si essi nō sum dign⁹ oculos orādo ad celū leuare certe nō sum idign⁹ eos vel plorando cecare. Si timet exhiberi anima mea ante cōspectum dei sui/iustū est vt habeat ante cōspectū suum tormēta sceleris sui. Cogitet igitē et recogitet cor meū q̄d fecit/q̄d meruit. Descēdat (inquā) descēdat ad terrā tenebrosaz & opertā mortis caligine mea mēs intendat & cōtēplef/videat & cōturbetur. Quid est de⁹/q̄d est/q̄ aīa duerto in terra miserie & tenebrarū: Heu cōfusio ylulatuū/tumult⁹ dentiūstridētiū/inordinata multitudo gemituū. Ue ve quot & quot & quot ve ve. Ignis sulphure⁹ flāma tartarea: caliginosa volumina/& terrifico rugitu videor vos rotari. Uermes i igne viuētes/que mira auiditas rodēdi sic vos accēdit/quos ille ignis nō incēdit/demones coardētes fremētes ardore/frēdētes furore. Heccine sunt magne de⁹ q̄ parata sunt fornicatorib⁹ & cōtēptoribus tui. Aīa mea expaueſcet: mēs mea defice/cor meum scindere/quo me tradis de⁹ meus? Si feci vt essem reus tuus/nunq̄d potui facere vt nō essem creat⁹ tuus? Si mihi castitat ēmeaz ademi/nunquid tibi miam tuā peremi? Dñe dñe si ego admisi vū dānare potes/tu ne dimisisti vū me saluare soles Noli dñe/noli sic attēdere malū meū: vt obliuiscaris bonū tuum. Ne memineris ire aduersus reuz/sed memor esto miserationis aduersus miserum. Verum est quia conscientia mea meruit damnationem/et penitētia mea non sufficit

ad satisfactionē: sed certum est quod misericordia tua/supe rat omnem offensionem. Hec Anselmus.

¶ De Petro Alphonso ex iudaismo cōuerso: et de errorib⁹ iudeorum. Capitulum. xij.

Petrus alphonsus scripsit deo christianus

¶ Circa annum dñi millesi mum. c. claruit Petrus Alphonsus. Hic quondā Judeus fuerat: et Moyses appellatus: vt refert Uinc. in spe. histo. lib. xxvj. Qui relinquens Judeos cōtra Saracenos egregie disputauit: sed prius modum sue con uersionis exposuit. Oipotens deus (inquit Petrus Alphō sus) suo me spū inspirauit: et ad rectā semitam direxit: te nuem prius albuginem oculorum remouens: et post graue animi corrupti velamen. Tunc nobis prophetiarum clau stra patuerunt: et earū arcana reuelata sunt: vñ perpēdim⁹ et qō est intelligendū: et qō inde credendū. Quum itaq; per uenissez ad tam excelsum huius fidei gradū instinctu diui ne miserationis: exui palliū falsitatis: et indutus sum tuni ca veritatis: et baptizatus sum in sede Ostiensis ciuitatis. In noīe patris et filij et spūssanctiz manib⁹ gl'iosi Stephani eiusdē vbis epi. anno. M. cvj. a natiuitate dñi: die natalis apl'oz Petri et pauli: vnde et ob venerationē et memoriam. eius diei et apl'i nomē mihi imposui quod est Petrus. Fuit aūt me⁹ pater spūalis Alphonsus imperator Hispanie gl'io sus: q̄ me de sacro fonte suscepit. Et ob hoc eius nomē pfa to nomini meo apponēs: mihi nomē iposuit Petr⁹ alphon sus. Quūq; innotuisset Judeis q̄ me aū nouerā: et peritum in libris pphetarū dictisq; doctoz pbauerant: q̄ legē et pphe tarū et legis verba nō intellexissem recte. Alij hoc ipz vane glorie imputabāt. Et hoc me fecisse calūniabātur ad seculi honorē: eo q̄ christianoz gentē ceteris oibus supesse cōspi cerē. Nunc g̃ libellū cōposui: vt oēs et meā cognoscāt inten tionē: et audiāt rōnem: in q̄ videlz oim aliarū gentiū cred litatis destructionē proposui. Postea vero christianā legē oibus prestantioze esse cōclusi. Ad vltimū etiā oēs cuiusli ber christiane legis aduersarij posui obiectiones: positasq; p meo sapere cū rōne et auctoritate destruxi. Libri autem totū distinxi p dialogum: vt animus lectoris promptior sit ad intelligendū. In tutandis etiā christianoz rationibus nomen qō modo christianus habeo. s. Petri /posui. In ra tionib⁹ aūt aduersarij cōfutandis/nomē qō aū baptismuz habuerā: scz Moysi. Pe. Reuera concedo etiā nunc Moy sen filiū Amram verū pphetaz Israelitici populi a deo ac vere missū fuisse: et quicūd ex dei noīe pphetauit: fideliter enuntiasse: omnes quoque post Moysen et propheras pro eius lege confirmanda venisse. Nam et eadem lex a nostris quōdam quibus fidē adhibemus/doctoribus est translata et apud nos haberur scripta. Et nunc quidem recto sensu prout debeo cōpletam eius fidem conseruo ac per rectissi mas eiusdem semitas recto gressu procedo. Uideo autem Judeos legis cultores solam eius superficiem attendere: et li teram⁹ non spūaliter: sed carnaliter exponere et ideo ab eius recta intentione alienos existere. Maximoq; decepti sunt errore in eius explanatione. Nā reminiscēris o Moy ses doctoz vestroz qui doctrinū vestram cui tot lex vestra fm vos innititur/scripserūt: quomodo deū habere corpus et formam asseuerant: eiusq; ineffabili maiestati talia appli cant: que nephas est credere: et absurdum audire: quoniam nulla constant ratione. Et de ipso etiam tales protulerunt sententias: que non aliud nisi verba videntur iocantium in scholis puerorū: vel nentium in plateis mulierum. Item fm intellectus vestri capacitatem dum legem explanatis: vos eo modo quo fieri nequit captiuitatem euasuros spe ratis. Item inusitatum a deo vobis fieri speratis miracu lum in captiuitatis euasione: vt vestros de⁹ mortuos susci tet: q̄ terras denuo sicut pri⁹ incipiāt inhabitare. Preterea vos existētes i captiuitate: de oīb⁹ legis vr̃e p̃ceptis etiaz fm explanationē vr̃am/nisi minimū q̄d cōtueor agere. Id ipm aūt qō agitis: deo placere et acceptabile eē creditis. De hoc aūt qō p̃termittitis: eum nequaq; vos culpaturū esse cōfiditis: qō euidenter obtinet maximū locū errozis.

§. I. Ecce doctoz vestri in pri

Judeorum de dñi pixidibus fimbrijs.

ma parte doctrine vestre: cui vocabulum est. Benedictiōis direxerunt deum caput et brachia habere: et in cesarie pixidez corrigia ligatam ligare: ipsiusq; corrigie nondum a poste ra capitis parte sub cerebro firmatum. Intra pixidem ve ro quatuoz esse chartas continentes laudes Judeorum. In summo autem sinistri brachij gestare aliam pixidem si mili modo corrigia ligatam: ubiq; chartiaz esse laudes oēs que in quatuor predictis scripte dicuntur continentem. Et de pixide quidem quam gestat in cesarie: ac de modo corri gie sibi attrahunt authoritatem ab eo loco vbi ait dñs ad Moysen. Uidebis posteriora mea: faciem autem meam nō videbis. Tunc esse (vt aiunt) Moyses videbat nodum corrigie. Nodum autem ipsius necessarium est alicuius pixidis esse. De illa autem quaz gestat in brachio/inducunt au thoritatem Esaie dicentis. Jurauit dominꝰ in dextera sua in brachio fortitudinis sue. Per brachiū fortitudinis sinistrum intelligi volunt/in quo est virtus illa pixidis. Et ego quidā remin iscor illum me perlegisse locum/sed authori tas illa nullum eis confert patrocinium. Quuz esse lex per hibet deuz Moysi dixisse posteriora sua se visurum/et quia eum mentiri posse constat/ita postea licet scriptura tacente non dubitemus factum/nusq; tamen lex meminit quod Moyses in posterioribus eius aliquid viderit. Qualiter igitur eum ibi nodum corrigie (qō sine risu vix dici potest) docetis vidisse? Item quum per posteriora nō solū ceruix et quelibet pars corporis cōuenienter intelligi possit/ hoc qō vos ceruicē eius eum vidisse asseritis nō ratiōe vel legis authoritate/sed solum voluntate pbatis. Et vt deum ceruicē q̄ sane. sapienti nefas est videri (habere concedam fieri tamen potuit vt Moyses nihil in in eo preter ceruicē viderit: aut si quid aliud euz fingamus vidisse: potuit vide re pileum siue nodum corrigie: scilicet in eius corona: quā vos dicitis angelum mitratum capiti dei singulis diebus imponere. Ut autem vtar ratione nature: vos deum caput et brachia totamq; corporis formam contenditis vel conce ditis habere. Quod si est. igitur deum longitudinis latitu dinis et altitudinis dimensionibus constare necesse est. Si vero et his tribus dimensionibus clauditur: corporeis par tibus terminatur. Quod euidenter inconueniens esse pro batur. De corrigia vero quam eum in capite habere dicitis duo nunc propono vobis. Illa namq; corrigia aut est de ipso: aut est aliunde. Si de ipso est: ia deus a se diuisus est. Si aliunde: aut creatoz: aut creatura est. Si creatoz ergo duo sunt creatores. Si creatura est: iam quedam creatura maior est quadam parte creatoris: quod inconueniens est. Preterea queroa vobis vtrū hoc quod eum in capite vel in brachio gestare dicitis: aliqua gestet necessitate: an sine necessitate? Si necessitate: etiam creatoz creatura indiget: q̄ inconueniēs est. Si vero sine necessitate: ergo de⁹ aliquid superfluum gestat in se: qō aliud incōueniens est. Preterea vestri doctores in libro doctrinarū aiunt q̄ est in occidente tm̃ authoritate. s. Esdre hoc confirmantes dicentis. Exer citus celi supplicat tibi: sic illud exponentes. Quū omnes stelle in occidentem decidunt: tunc exercitus celi supplicat deo quoniā hec stellarum supplicatio fit in occidente: dicit co deū in occidente asserunt esse. ¶ Iteruz vestri doctores in tertio doctrine libro deum asserunt esse in loco sex partī bus determinato/affirmantes hoc Danielis testimonio q̄ ait. Quum egrederer: ecce princeps Grecozum ingressus. Ex hoc esse cōcipiunt q̄ in tali loco sit deus: vbi introitus sit et exitus. Qō si ita est: patet ergo q̄ in loco cōsistat sex par tibus terminato. Sed si determinato circunscribitur loco tunc aliquis locus est vacuꝰ a deo. Qō si ita est: quomodo scit quid in alio sit vbi ipse non est loco: aut quomodo ope ratur in eo? Sed dicitis q̄ talē sapiētiam et voluntatem ha bere potest: vt per sapiētiam noxit: et volūtatem operet qō alibi est. Uolo igitur vt mihi respondeatis: vtrū illa sapiē tia et volūtas in eo sint: et semper cum illo: an extra illum: et sic quādoq; sine ipso. Nam si dicatis q̄ non extra illū sint sed in eo: de his idem pueniet qō de ipso: quia in omni erit loco. Quomodo ergo scire poterit: aut operari quod alibi sit? Si vero dicatis illa extra esse et omnem locum implere tunc ab illo sunt diuise. Sciunt esse aliquid qō nescit ille: et operantur per se qō nō operatur ipse. Ipse ergo sunt crea trices: et mundus de eo nō indiget. Sed dicitis. Possunt q̄ dem in eo esse: et in omnem locum sciendo et operando emi care: sicut sol quum in vno cōsistat loco radios tū vsq; qua q; calefaciendo diffundit et illuminando. Si ita est: sequit ergo q̄ illa sapientia et voluntas non vbiq; cōsistant equa liter. Quicquid enim diffunditur hoc modo: non eandem vim habet in vltimo quam in sui principio: quod minime conuenit deo. ¶ Accidentia quoq; corporis deo adscribi tis: quum spiritus tamen sit. Nam dicitis eum irasci singu lis diebus: afferentes in medium testimonium quod dici tis. Fortis irascitur quotidie. Prima etiam diei hora eum irasci dicitis: huius ire causam asserentes esse: q̄ in hora il la reges iniquitatis exurgentes diadema sibi imponunt: et solem adorant. Uidetis nunc q̄ absurdus sit sermo iste: et q̄ fatui q̄ hoc protulerunt: qui sue discretionē ignorat. Et quē si nossent non hoc de illo sentirent. Ira esse est quū au

Locus deo deputat⁹.

Accidētia deo adscribunt iudei.

dito aliquo qđ displicet verbo/sel cholera rubea seruet: et super hepar diffunditur: et sanguini cōmiscetur. Inde siqui dem homo calescit: et in facie pallescit. Hoc autem nulli con uenit reī nisi que ex quatuor elemētis cōponitur: de' aūt talibus non subiacet liniamentis. Non minus etiam illud abhorrendum est: qđ dicunt tali re iratscit: de qua se nō possit vlcisci. Qđ si posset: ira eius profecto quiesceret. Aiunt pre terea qđ ipsius hore qua iratscitur pūctū nemo nouerit: vnđ nisi Balaam filius Beor: in quo vobiscū contrarij estis: quū ex vna parte Moyses' vocet eū ariolum: vos etiā voce tis iniquum. Ex altera vero parte illuz prudentiorē deo Moyse esse significatis: qz punctū honore nouit qđ Moy sen latuit. ¶ Nec hoc sufficit eis de deo dicere: sed ipm etiā quotidie semel in die plorare: tab eius oculis duas prodeū res lachrymas in mare magnum dicunt decidere. Et has il lum fulgorem affirmant esse qui tempore nocturno de stel lis videtur cadere. Hec autem ratio deū ex quatuor elemē tis ostendit esse cōpositum. Non esī fiunt lachrymę: nisi ex humilitatis abundantia descendentis a capite. Si aūt est ita: ergo elementa sunt dei materia. Ois autē materia prior est ac simplicior offi formatore: et ista priora sūt deo et simpliciora: quod vtiđ nefas est credere. Quum autem de' (vt dicitis) nec cibo nec potu fruatur: duas lachrymas quotidie ex se emittat: necesse est deum decrescere: misi forte de aquis que super celos sunt iugiter bibat: quod stul tum est dicere. Denić ex verbis eorum ituor eos ignora re quid sit ille fulgor. Est enim non quod dicunt sed fumo sus quidam vapor nimium siccus qui de terra consurgit: vnde et loca nubium transit perueniens ad locum vbi non est calor multus: quoniam a motu firmamenti est remot? Quo quum peruenerit: et in vno loco multum coierit: ip sius loci calore paulatim crematur: et crematus euanescit. Et hoc esse dicimus quod per aerem discurrit are videmus. Fletus etiam quem deo indigne adscribunt: Judeorum ca priuitatem esse dicunt causam: quinetiam propter dolorē ipsum ter in die quasi leonem rugire asserunt: et ob hoc ce lum pulsare pedibus more calcantium in torcular iferunt: more quoq; columbe quedam susurri sonitum dare: et ali quando caput mouere ac dolentis vice dicere. Heu mihi: heu mihi: vt quid domum meam in desertum redegit: et tem plum meum cremauit: et filios meos in gentes transtuli? Et qđ quotidie secundum aliquos eum orat: vt misericordia eius sit in populo suo: tsit: et super irā eius. Sed omnia sunt non solum errores et hereses: sed etiam fatuitates: quum ostendant deum corporeum: et passionibus humanis af fectum: et orare: vnde et egentem auxilio alterius ad quem orat: et aliquid euenire quod nolit: et non valeat illud au ferre: et multa alia absurda et stulta. Sed dicit mihi aliquis Quum illi Judei dicta sua prophetarum authoritate con firment: cur tam grauiter contra eos inueheris: et in pro phetas nihil dicis? An nescis prophetas dixisse. Caput/ et oculos/ et nares/ et manus/ et brachia/ et vniuersa corporis la miamenta deum habere? Dixerunt etiam deum irasci et ru gire. iuxta illud pś. Iratus est dominus furore in populū suum. Et propheta. Dominus de syon rugiet: et alia multa huiusmodi. Cui respondetur quod obscura sunt prophetarum dicta: nec omnibus satis aperta. Propter hoc quum in eis talia inuenimus/ que śm literam accipientes a tra mite rationis exhorbitent: allegorice illa interpretanda sunt: non śm superficiem literę: et ad rectitudinis semitam reducenda. Necessitas hoc cogit agere: quoniam aliter nō litere ratio staret. Si autem vis scire quod quedam verba scripturarum ad literam id est śm corticem exposita stare non possunt: vide qđ in libro Numeri de Dathan et Abiron scriptum est. Aperiens terra os suum deuorauit eos. Nun quid terra habet os? Et Dauid ait. Baudebunt campi: et oia que in eis sunt. Et iterum. Flumina plaudent manu. Nun quid camporum est gaudere/ aut fluminum manus habe re: vel montes possunt exultare? Et Abachuc propheta. Lapis clamabat de pariete. Et multa talia. Denić corpo rea que deo adscribitis: non nisi corpore substantie et rei cō gruunt imaginarie: deum autem esse huiusmodi indecens est credere. Conuenit ergo que de illo tanquam corporeo dicunt scripture: non literaliter sed tropice intelligi. Nam si deum imaginem aut similitudinem vllam habere dici mus: multis prophetarum authoritatibus contrahimus. Verbi gratia. Moyses ait filijs Israel. Custodite solicite animas vestras. Non vidistis aliquam similitudinem in die qua locutus est dominus in Oreb de medio ignis: ne forte decepti faciatis vobis sculpturam et cetera. Quū que prohibuisset eis ne deum compositis corporalibus assimilarent: veritus etiam ne forte corporibus eum

Deū plo rare di cunt in dei.

Numeri. xvj.

Abacuc. ij.

Deute ro iiij.

simplicibus conformarent/ adiunxit. Ne forte eleuatis ad celum oculis videns solem et lunam et omnia celi astra er rore deceptus adores ea. Nec putes quod hec Moyses po pulo iubere timuisset: ne predictorum corporū figuras vel imagines adorarent: quum iam creaturas esse non dubita rent. Sed hoc potius timuit ne deum imaginem alicuius horum habere crederent: et ideo pro illo huiusmodi factas similitudines adorarēt. Esaias quoq; propheta ait. Cui si milem fecistis deum: aut quam imaginem ponetis ei? Da quid etiam verba deum non esse localem comprobāt vt per hoc etiam consequenter eum non esse corporeum innuant. Ait enim: Quo ibo a spiritu tuo &c. Et Salomon. Si celuz et celi celorum te capere non possunt &c. Et Hieremias. Nū quid non celū et terram ego impleo? Si ergo scripturas di centes deum corpus habere et omnia corporis membra su perficie ten? exponamus: omnibus predictis testimonijs contraimus.

Esa. xl.

iij. Reg. viij. t. ij. para. vj. Hiere. xxiij.

§. II. Hūc magno palatio ratio

nis accubituri solū ex quibusdā sentētiarū floribus sterna mus: vt postea delectabilius in eo ratiocinaturi sedeamus. Illeq; sententie nobis erunt quidā gradus ad comproban dum qđ deus sit: et ad cognoscendum quid sit. Prius esī pro bare debemus deum esse: et postea ostendere nihil ei simile esse. Quedā esī pars hoim et deum esse negant: et mundum ab ererno et sine creatore fuisse affirmant. Quare nos ne cessitas cogit vt etiā rationib? physicis prius deū esse mō stremus q̄ mundū creauit. Si esī mundū cuz oibus que in eo sunt creatum esse ostēdam: tunc deum eius creatorem necessario esse concludam. Quumq; mundi creatorem esse probauerim? deū cōsequēter ipsum nullam habere simili tudinem ostendimus ratione. Itaq; fere in hoc oēs philo sophi consentiunt: qđ perfecte sapientia principiū est oim rerum: lumen preclarū: substantia substantiarū: argumen tum rerum vniuersarum. Post hanc est anima. Postea ve ro materia: que scilicet duo simplicia sunt: et oim creatura rum prima principia: totiusq; rei composite origo et causa: de quibus gradatim factum est firmamentum: cum omnib; quas possidet varietate imaginū atq; formarum. Nam fir mamentum quidem cum omnibus que continet est re vera compositum licet eorum respectu que circulo lunari subia cent: dicatur simplum. Sic esī est in oībus reb? vt aliquid respectu illius de quo factū est dicatur cōpositū: respectu vero illius quod de eo fit: dicatur simplū. Et qñ ois mate ria eo qđ de illa factū est simplicior est: nec in se sui ꝓpositi formā vel imaginē habet: paret firmamenti materiam nul lam in se corporeā formā habere: et ideo oīno simplam esse. Qđ si dicamus in ea aliquid cōpositū esse: aliam quoq; ma teriā necesse est esse de qua composita sit: que et ille simpli cior sit. Sed et illam dicentes cōpositam: aliam quoq; fate bimur simpliciorē esse materiam. Et sic in infinitum proce demus. Qđ vt vitemus est necesse vt illam materiam firma menti simplā esse fateamur. Et qñ materia ipsa varias in se quas nunq; habuerat: nouiter in se formas suscepit cō stat q eas nō sed alterius rei adiunctione que et simpli cior sit et potētior habuit que. s. in se diuersas formas et ima gines fecit: maxime quū nulla sibi necessitas esset vt tales in ea fierent forme vel imagines. Hoc magis ex anime de siderio factum est: qđ tali rei voluerit commiscere: cui nūq; fuerat commista: vt in ea sua pateret potentia. Hec igitur postq; illi rei commista est pariter et conglutinata: ex noua cōmistione nouis est materia formis informata. Quoniaz ergo firmamentū cū oibus que possidet śm philosophos cōpositum esse non dubitat: necesse est vt principiū habere credat. Et esī cōpositum omne necesse est cōpositorē habe re. Quia nec aliquid pōt seipm creare. Creatorē ergo mun di: qui est de' necesse est esse. Quē. s. nec creatuz esse nec no uatum: sed eternum necessario credere conuenit. Aliquin creatorū vel nouatorū numerus sine carebit. Nec compositum: sed simplicē oportereū intelligi: qz omnis cōpositio motus est et actus simplicis dei. Preterea qđ primū est princi piuz habere nō pōt. Ois autē cōpositio principiū aliquod habet. Itaq; nec corporeus est: qz corporeum omne cōpositum est. Itez nec mobilis est: qz omne qđ mouetur par tibus constat: et omne tale compositū est. Rursus nec varia tur nec corrumpitur: quia vtrumq; mortuorū est. Primum autem omniuz immobile est. Item nec crescit per se: nec au getur aliunde. Nam omne quod incrementum recipit: vel augmentum: procul dubio compositum est. Item nec decre scere probatur: quia quod decrescit corrumpitur. Rursus nullius creature similitudinem in aliquo habet: quia simi litudo qualitatis est. Ipse vero nulli qualitati subiacet: er

Deū ee ois crea torēmū dūq; nō ab eter no fuis se rōni bꝫ phi sicis pbatur.

Deū ee pbatur

go nec

go nec similitudini. Preterea duorum aliquorum similitudo vnum parificat alteri: ei vero scilicet deo nihil potest in aliquo parificari. Deniq; quum materia que creata est: nullam habeat in se formam vel imaginem: multo minus ipsius nature creator de' qui simplicioris & subtilioris est nature: nullam putandus est habere similitudinem. Ecce rationibus phisicis ijs qui non credunt scripturis: probauimus deum omnium esse factorem: nullamq; habere alicuius creature similitudinem. ¶ Porro iuxta eosdem philosophos ex coniunctione vniuersalis anime cum materia gradatim facta sunt omnia. Dicunt enim ꝙ quando materie anima coniuncta & conglutinata fuit primo omniū formatum est & compositum maius firmamentum in quo nulla sūt sydera. i. primū mobile qđ om̄es circulos mouere facit. Post illud formatus est signifer circulus in quo. xij. emicant signa. Tertio loco factus est syderuʒ circulus: q̄ semp situm suum seruantia in locis perdurant fixa. Quarto loco Saturni factus est circulus. Quinto Jouis est orbis locatus. Sextum porro locum Martis sibi vendicat ensis. Septimo Solis circulus lucet. Octauum Ueneris globus possidet. Nonum Mercurius sortitus est. Dat Lune partes decimus locus inferiores. His vero circulis oībus completis: ac ceteris q̄ sunt in eis: tunc cepit motus iste rotundus qui dicit simplex atq; perfectus. Et motus ille in materiā calorē qui effusus est per eā genuit: ipsaq; eum recepit. Et inde facta sunt quatuor elemēta: videlicet ignis/aer/aqua & terra. Quia vero virtute aliqua & motu ab aliquo ꝓcedēte: quāto primiora sunt illa ad q̄ ꝓdeunt ijs a quibus procedunt: tanto maiorē inde vim & fortitudinē accipiunt: igitur calor ille firmamenti motu procedēs in locis vicinioribus multo plus incaluit. Factusq; est ignis calide nature videlicet & sicce. Quia vero paulisper calor ille longius a firmamēto recessit: vim suā modice iam amittēs aliquātulum tepuit ac debilior fuit: sed etiam sese hac illacq; cōmouit. Unde facta est aeris natura calida videlicet & humida Ois em̄ calor ꝗdiu fortissimus existit: desiccat & comburit. Ex quo vero tepescit molescere ac liq̄fieri facit. Qm̄ autē adhuc longius a firmamento recessit: radice ꝓcul existente vigorem amisit. Ideoq; natura ꝓfluxit frigida. Factaq; est liquida & ponderosa videlicet aqua. Et q2 longius adhuc ꝗ erat a firmamēto recessit: ip̄a frigiditatis natura ꝓpter nimiam remotionem fortior ac spissior cōgelatior & durior extitit. Factaque est frigida & sicca: & ipsa est terra. Completa igitur hoc modo elementorū creatura/mouit eā natura et vis firmamenti ad faciendam voluntatem et iussionem dei. Quumq; vis firmamenti sic adinuicem mouisset: cuncta commista sunt inter se pariter et cōiuncta: & ex ipsa eorum commistione genita sunt alia minora corpora: scilʒ inanimata & animata Inanimata: vt lapides & metalla ceteraq; que continentur in terra: nec crescunt: vt argentum viuum/sulphur/& alia huiusmodi. Animata vero vt herbe & arbores. Animalia quoq; irrationabilia vt bruta. Et rationale: vt homo qui factus est post omnia. Hec autem omnia licet diuersa ita potentia restringit diuina: vt i nullo penitus repugnantia sibi videantur aut dissona. Sed vnuʒ quodq; inferius respectu superioris simplum: respectu vero inferioris dicitur compositum. Humanuʒ autem corpus quod omnibus est inferius: quia sub eo nihil est in ordine rerum non immerito dicitur compositum. Factusq; est homo ex simplici omnino: idest anima: & corpore omnino composito. Dicunt autem philosophi ꝙ anima rationalis procedit de vniuersali. Judei vero om̄es animas in principio mundi simul asserunt esse creatas: & in vno loco repositas: & quosq; incorporentur omnes: non esse venturum diē iudicij: ex quo autem incorporabuntur statim prouenturum finem mundi. Porro christiani quotidie nouas adstruunt animas procreari: formatasq; nouis corporibus infundi. Quicquid autem de anima quisq; credidit: proculdubio qui rationem dedit oīa fecit: et omnium causa existit. Ipse igitur hominē perfudit & illustrauit sue celsitudinis sapiētia: per quam cognosceret & discerneret om̄ia. Facta est igitur species hoīs inter species animalium melior & elegantior: & in oībus prestantior: vnū & iuste vocatur microcosm' idest minor mūdus. Dicit etiam ꝙ in creaturis mūdi non alia de causa tot dierum transiuit mora: nisi q2 quedā earū tardiores fuerunt in suscipienda forma: & nō hoc fuit ex impotentia creantis. ¶ Attende diligēter lector: quia ea que dicit iste Petrus alfonsus ex sententiis philosophorum forte Judeorum nō asserendo ponit: sed referendo opiniones illorum. Quibus etiā presuppositis: ex eis probat intentū suum principale: scilicet deū nō esse corporeum: nec aliquā similitudinem creature ei conuenire. Continent tamen dicte sentētie multos errores cōtra fidem: nam nec materia

[Margin: Phōrū snie de creatio nis oīm rerum serie.]

[Margin: Opinio Judeorum de creatione aie.]

prima habet animā: nec celi cum planetis creati sunt successiue: aut elementa per modum predictū: aut elemētata nec animas creatas ab initio: nec ex dispositiōe rerū creatarum fuisse aliqua tardius facta credendum est. Sed vt dicit Salomon. Qui viuit in eternum creauit om̄ia simul: saltem quo ad materiā & formas substantiales rerum precipue celorū & elementoꝝ. Sed q2 rudis populus cui Moyses loquebatur non erat capax ad intelligendū deū subito omnia ex nihilo creasse: ad similitudinem hominis operantis qui diuersis tēporibus plura & diuersa operatur: locutus de deo est. Uel si ponat in ipsis sex diebus ad literā illa creata: vel (vt quidam ex sanctis ponunt) septē: tamen fuit opere dei omnipotentis: & non modo predicto philosophoruʒ. Multas alias fabulas vel poti' fatuitates refert ipse Petrus ex libro Thalmuth: quem librum Judei multum venerantur vt verissimum: quas causa breuitatis omitto. Ut ꝙ deus quum fecit firmamentum: illud perficere nō valens cuiusdam magni foraminis spatium in parte septemtrionali dimisit: vt si quis aliquando exurgens equalem se ei opponeret: responderet ei. Si tu sicut ego deus es locuʒ illum quem reliqui apertum claude si potes. Item ꝙ quū filij Jacob deferrent ad sepulchrū corpus Jacob occurrētib' eis filijs Esau qui etiam portabant patrem suum ad sepulchrum maximo cū comitatu: & cōtēdentibus de sepulchro: Dan ascendens in montē tante magnitudinis lapidē precidit: & imposuit capiti suo: ꝙ sufficiens esset ad prosternendū maximū illum comitatū vno ictu. Sed quū inuenit eos iam placatos: proiecit illū in mare: cuius magnitudine aqua maris excedens duas ciuitates sui effusione subuertit. Idem dicunt ꝙ Moyses propter legē suscipiendam in celuʒ ascendit. Et tunc angeli alter cati sunt cū eo dicentes prius oportere ipsam eos habere. Sed respondente Moyse: ꝙ lex illa contineret precepta regendorū corporū & ideo quū ipsi angeli nō habeant corpora: non conuenire eis: sicq; eis hac ratione victis angelis a Moyse deum dicunt risisse: Item ꝙ quū Moyses duceret populū Israel ꝑ desertum Chore vn'. s. ex tribu Leui habebat. ccc. camelos onustos nil aliud ferentes nisi solas thesauri dicti populi claues factas de corio vacarū. Item ꝙ angelus quum apparuisset cuidā noīe Josue de tribu Leui: & dixisset q2 moriturus erat: & ideo venerat vt aīam suā susciperet: & ille respōdisset se nequaq; hoc velle nisi pri' ōndisset sibi paradisum angel' in alis suis in paradisuʒ eū tulit. Et quū ille ad mādatū angeli postea nollet de paradiso exire vt moreretur angelus posuit querelā de hoc corā deo. Sed nec ad mandatū dei voluit exire. Et angelo dixit de' ꝙ examinata tota vita eius per om̄e tēpus si inueniet eū semel periurasse oīno oportebat eū egredi de paradiso: sin autē sibi remaneret incolumis. Sicq; hoc nō inuēto remāsit ibi. Itē dicunt de Og rege Basan: ꝙ quū populus Israel transiret per fines terre sue accepit molē inaudite magnitudinis in capite suo vt proijciēs illā super ppl'm trāseuntē oēs illa ꝓsterneret. Sed auis vpupa volans super dictā molē: rostro suo in medio ei' fecit tam magnū foramē: ꝙ in collū decidisset nisi q2 dētes eius subito ita sunt adaucti: ꝙ eaʒ sustinuerūt sed Moyse eam virga percutiente expirauit. Et multa talia ponunt risu digna: vt aperte falsa & fatua.

[Margin: Eccl'i. xviij.]

§. III. Quod causa captiuitatis

vltime facte per Titum: & dispersionis ipsoꝝ Judeoꝝ per orbem nō fuit eadē cū causa captiuitatis Babylonice. Sed passio christo Jesu illata ab eis: & perseuerantia in sua illa perfidia: scilicet ꝙ christus nō fuerit messias & verus deus est causa durationis sue captiuitatis & seruitutis. Prioris siquideʒ captiuitatis videlicet Babylonice: que protracta est tātū per. lxx. annos cā fuit idololatria/vsura/falsa testimonia/homicidia/adulteria/& alia peccata que longum esset narrare. Que tunc intantum creuerant vt a dn̄o audiret propheta. Circumite in vijs Hierusalem: & querite in plateis eius an inueniatis virum facientem iudiciuʒ & querentē fidē: & ꝓpiti' ero eis. Hāc vero esse rōnē huius vestre extreme captiuitatis & causam q̄ iam durauit ꝑ annos mille & vltra. s. tpe huius Petri. nunc aūt mille. cccclxx. & vltra nulla vos Judei poteritis authoritate firmare: q2. ccc. annis ante subuersionē Hierusalem null' in vobis propheta fuit: q̄ hoc predixerit vl' scripserit. Nō igit ea oīa q̄ fuerūt causa prioris captiuitatis: fuerūt causa vltime. Et ꝗuis dicāt multi q̄ preter vsum vel naturā noua faciebāt miracula: aliquos taliū nominātes nil horū ꝓbare possunt. Et in prima quidē captiuitate quū alioꝝ more captiuoꝝ in Babylonē ducti sunt: nullā ibi penā p̄ter seruitutē sustinuerūt Agros em̄ colebāt: vineas plantabāt: domos edificabāt et cū vxorib' & filijs secure viuebāt. In scd̄a vero tot & tanta

[Margin: Judaice captiuitatis causa.]

[Margin: Nota q̄ tpe floruit ōns Antoninus autor p̄sentis opis.]

eis opprobria hostes intulerunt quibꝰ similia vel equalia
nec audita nec visa sunt. Occisi quippe sunt ⁊ cremati ⁊ ca-
ptiuorũ more venditi: adeoq̃ increuit venditio illa: donec
pro vno argento captiui darentur.xxx. Nec tñ inueniebã
tur emptores: sicut ante predixerat Moyses. Venderis ini
micis tuis in seruos ⁊ ancillas. Nec erit qui emat. Naues
etiam illis implete sunt: ⁊ sine vllo remige vel gubernacu-
lo vagari per pelagus dimisse sunt. Preterea postq̃ in hãc
captiuitatem deiecti fuistis: intolerabilia vobis dabantur
mandata: videlicet ne legem vestram legeretis: nec filios
eaꝫ vestros doceretis. Qđ si quis hoc faciens inueniretur:
aut cremabatur: aut pectinibꝰ ferreis acutissimis pecreba-
tur. Et similiter qui inuẽtus fuisset sabbata vel pascha cele
brare vel circuncidere: acerrime puniebatur. Et multa alia
grauissima per successiones tẽpoꝝ. Ecce ergo plusq̃ ꝑ mil
le et.cccclxx. nunc annos in captiuitate fuistis. Et adhuc
quanto debeat durare tꝑe nullo scripto certũ habetis. Ju-
stitia quidẽ forẽsis exigit vt punitis aut mortuis ijs qui fa
cinus aliquod commisere: successores eorum a captiuitate
debeant liberi esse. Sic enĩ murmurãtibus exploratoribꝰ
terre ꝓmissionis cum reliquo pplo.xl.annis morati sunt
in deserto. Et in hoc spatio oẽs illi ꝑuaricatores obierũt: ⁊
filij eorũ q̃ a paterno erãt insontes crimine: terrã illam pa
tribus ꝓmissaꝫ introierũt. Similiter in Babylonica capti
uitate mortuis illis quorum pctã fuere causa illiꝰ captiui
tatis: filij eorũ de iugo illo liberati sunt. In hac autẽ capti
uitate q̃ a Tito est facta: innumerabiles transierũt genera
tiones: nec adhuc finẽ habẽt. Qđ enĩ dicitur. Filij non por-
tabũt iniquitatẽ patrũ: sic intelligitur. Si filij non fecerint
seu imitati fuerint iniquitates eorũ. Nam ⁊ alibi dicuntur
filij patrũ scelera portare. s. quũ sunt imitatores eorũ: dicẽ
te dño Moysi. Ego suꝫ dñs fortis zelotes visitãs inquita-
tes patrũ in filios in tertiã ⁊ quartã generationẽ ijs q̃ ode
runt me. Oẽs ergo sequentium generationes idcirco in ca
ptiuitate patrũ detinent: qꝛ illarũ quãtuꝫ possunt opa exe
quunt. Qđ si patrũ opa dimitterẽt: ⁊ iã de captiuitate exi-
rent. Itaq̃ o iudei maiores vr̃i peccauerũt in filium dei: di
cẽtes eum magũ: ⁊ de scorto natũ fuisse: totãq̃ vestrã gentẽ
in errorem induxerunt. Hec ⁊ his similia ꝑstati sunt: do
nec totã plebem sue praue voluntatis efficiẽtes consortem
virum iustũ ad iniustũ valde iudicium adduxerunt: crucifi
xerunt: ⁊ occiderũt. Tãti ergo reatus magnitudo tam lon
ginque captiuitatis extitit causa ⁊ origo. Dũq̃ vos in pa-
terna tam volũtare q̃ fide seu potius perfidia manseritis:
tam diu ꝓculdubio remanebitis in eadẽ tribulatione da-
mnationis. Nosse q̃ppe debetis qꝛ post christi mortẽ exple
tis annis.xl. Hierusalẽ a Tito fuit destructa. Et q̃.xl.annis
anteq̃ destrueret: sicut etiam doctrine vestre libri testãtur
in eadẽ signa visa sunt ⁊ portẽta liquido indicantia q̃ hec
tẽpli ⁊ vrbis destructio esset futura. Sed ⁊ hec Josephus
cũ alijs doctoribꝰ vestris intellexit: q̃ ipsa mors christi ex-
titit causa captiuitatis hmõi vestre. Nec tñ hanc sed male-
uolentiam hominũ ⁊ inuidiam tante captiuitatis causam
esse dixerũt: ⁊ verã ipsius causaꝫ tacuerũt. Inuidia quippe
Judeorum ⁊ malitia mortis christi causa fuit: mors autem
christi causa captiuitatis extitit. ¶ Sed fortasse aliquis ve
strum dicet. Si hoĩem illum talem vt dicis filiũ dei esse cõ
staret: eiusq̃ mors tribulationis nostre causa fuisset: nullꝰ
ex nobis viuere dignus esset. Tale enĩ pctm̃ quũ maius sit
q̃ negare deuꝫ: vnde non immerito scelus hoc fuit maius
q̃ quod cõmiserunt Judei in deserto adorantes vitulum
pro deo. Sed deus tunc voluit delere populum illum totũ
pro tanto scelere: nisi Moyses auertisset iram eius oratio
ne ⁊ ieiunio ne disperderet eos. Si ergo hoc facinus ꝑsum
psisset populus ille qđ multo maius est illo: nec fuerit qui
pro eo intercesserit: nullus eorum ex hoc viuere debuisset.
Nunc autẽ deus ⁊ nos viuere permittit: ⁊ quotidie quãtũ
amet ostendit: quum nobis in conspectu inimicorũ gratiã
prestat: opibus nos locupletat: honoribusq̃ exaltat: sicut ꝑ
os Moysi predixerat inquiens. Attamen quum essent in
terra hostili: nõ eos penitus abieci. Quibus ego constan-
ter respondeo. Nequaq̃ o Judei reliquias patitur viuere
deus de populo vestro q̃ sibi complaceat in eo. Sed ideo
tantuꝫ vt oĩbus gentibus seruiatis: ⁊ oĩm oculis impropé
rium et fabula et maledictio sitis: sicut Moyses legislator
promisit dicens. Eritis in prouerbium et fabulã omnibus
populis ad quos vos dñs introduxit. Qđ si eo tẽpore quo
pctm̃ illud a vobis cõmissum est: totam Judaicam proge-
niem funditus deleuisset: multis tẽporum curriculis trans
actis culpa illa iam obliuiõe delata nulli mortaliũ cognita
esset. iuxta illud ps̃. Deus ostendit mihi de inimicis meis
ne occidas eos: ne quando obliuiscantur populi mei. Est ⁊
alia causa ꝓpter quã deus noluit perire totã gentẽ Judai

Judeorum dispersio ignominiosa.

Hoc tñ circũcidere ꝓmissum fuit eis ꝑ leges ĩpatorũ Romanorũ. vt ff. ad. l. corne. đ sica. l. circũcidere iudeis.

Exo.xx.

Hec testantur iosephꝰ ⁊ egisippus: ⁊ q̃ fuerunt ãbo iudei historiographi. Tacuerũt Egisippꝰ tñ manifeste scribẽdo cõfitetur mortẽ xp̃i fuisse cãm huius captiuitatis.

Leuitici.xxvj.

Deutero xxviij.

cam ⁊ deficere. Videbat enĩ quosdam ex illo genere aliquã
do ad salutẽ credituros in se. ⁊ ideo ꝓpter eos noluit totũ
illud genus delere. Qđ aũt promissum Moysi de libro le-
gis ꝓtulistis: patet q̃ non ad presentẽ sed ad preteritã Ba
bylonis captiuitatem respiciat: de qua vos educturus erat
vt patet ex superioribus ad predictam authoritatem.

§. IIII. Quod de articulo resur

rectionis vltime iudei male intelligunt. Pet. Alfon. Quod
autem post captiuitatis euasionem inusitatum vobis mi-
raculuꝫ creditis fieri scilicet mortuos qui terras denuo in
habitent a deo resuscitari/errorẽ iudico vos credere/quod
nulla potestis authoritate probare. Nam si vultis huic in-
niti scripture testimonio. Ego occidam: ⁊ ego viuere faciaꝫ
percutiã ⁊ ego sanabo: hoc deus ad ostendendã omnipotẽ-
tiam suam ostendit: nõ q̃ ipse mortuos suscitaturus sit mo
do quo dicitis. Ipsum tñ resuscitare mortuos posse non ne-
go: q̃m omnes homines in die iudicij ab eo resuscitandos
confiteor ⁊ credo: sed quod additis illos scꝫ terras inhabi-
taturos esse: non credo. Nullus enĩ prophetarũ qui fue-
rũt ante christũ hoc predixit eẽ futurũ. Sed vestri doctores
hunc errorẽ adinuenere: vt gẽs Judeorũ in sua persisteret
infidelitate. Nã quod ait Esaias. Viuent mortui tui: inter
fecti resurgent: nequaq̃ ostendit mortuo vestros ad inha-
bitandum terram resuscitari. Si enĩ quod ibi dicitur dili-
genter attendimus: nec mortuorum resurrectionem ibi pa
tenter signatam inuenimus. Alioquin sibimet propheta vi
debitur esse contrarius: quuꝫ dixerit paulo superius. Mo
rientes nõ viuãt: gigantes nõ resurgant. Qđ igitur ab vsu
nature dissentit: ⁊ sensui prophete contrarietatem ingerit.
nequaq̃ ita debet exponi: quũ aliqualiter sano sensu possit
intelligi. Veruntamen illud verbum prophete duobus mo
dis possumus intelligere: videlicet vt vel de iudicij extre-
mi suscitatione hoc dixerit vel vt resurrectionis vocabulo
captiuitatis euasiõem signauerit. Hic autem posterior sen
sus magis ad litterã pertinere videt: quũ paulo superiꝰ ꝓ
pheta sue gẽtis captiuitatẽ defleuerit/ statimq̃ diuine pro
missionis ac pietatis solatiuꝫ intulerit dicens. Mortui vi
uent: resurgẽt interfecti. Nec hanc euasionem quolibet in
certo tẽpore: sed post modicũ tempus euenturã insinuat di
cens. Vade popule meus intra cubicula tua ⁊c. Que vide-
licet verba cõgruẽter ad captiuitatẽ intelligunt relata. Ce
terum in ezechiele legit q̃ quuꝫ ipse plures mortuos diui
na virtute suscitasset de futuris etiam his verbis vaticina
tus est dicens. Hec dicit dñs deus. Ecce ego aperiam tumu
los vestros ⁊c. Et vestri quideꝫ doctores nituntur asserere
q̃ nõ per somniũ/sed vigillãs fecit eos exurgere. Sed verã
illis ac perfectã resurrectionẽ nequaq̃ reddidit. Spũs enĩ
qui a quatuor ventis iubet venire: nequaq̃ est rõnalis aĩa
sꝫ spũs ille q̃ ex quatuor elemẽtoꝝ fit cõiũctiõe. Est enĩ cor
pus leuissimũ ⁊ subtilissimũ/ qđ in hoĩs corde ex quatuor
elementis (vt dictũ est) efficitur: ⁊ ex eo loco in oẽs venas
spargitur: ipsiq̃ corpori tribuit vitam ⁊ actũ ⁊ arterijs pul
sum assiduum: naturalem homini faciẽs motum. Aĩa vero
rationalis nequaq̃ ex elemẽtorũ prodit copula/sed est per
se subsistens substantia. Si enĩ ex illoruꝫ nesceretur cõiun
ctione: deficiente corporis robore deberet anime virtus de
ficere/⁊ incipiẽte corporei vigoris dissolutione pariter dis-
solueretur ⁊ virtus anime. Quod si concedatur: corrupto
corpore anima q̃ corrumpi concluditur. Nunc autẽ ecõtra
rio accidere probatur oculorũ fide. Frequenter enĩ contin
git: vt quantomagis corpus debilitatur ⁊ morti appropiat
tanto magis anima conualeat: ⁊ in ipso momento quo me-
lius anima viget homo intereat: quo scꝫ ad aliquos. Inue-
nimus etiam senes plerosq̃ quũ iam nulla sit in eis corpo-
rea fortitudo/tunc pollere magis eorum animas cõsilio ⁊
omni sapientia. Corporibus igit q̃ animã habent ꝓcreatis
oĩbus quideꝫ adhesit aĩa vegetabilis/suaq̃ in eis exercuit
officia/scꝫ crescẽdo/nutriẽdo/⁊ generãdo. Subtilioribꝰ ve
ro bestialis iuncta est anima/vt in eis sua posset exhibere
officia prestando. s. eis sensum ⁊ motũ de loco ad locuꝫ. Qđ
aũt ex eis subtilissimũ ⁊ leuissimũ fuit ac tẽperatissimuꝫ: ⁊
ad suscipiẽdã rationẽ aptissimũ/illi se rationalis aĩa socia
uit. Ibiq̃ sua libenter officia exhibuit. s. meditando memo
rando discernendo ⁊ hmõi. Spiritum ergo quem Ezechiel
a quatuor mũdi partibꝰ ex dei iussu venire precepit: spiritũ
corporalem intelligi dedere cognosco: qui a quibusdã dicit
esse quasi sanguis subtilissimus. Et de mortuis tunc susci-
tatis q̃ animã rationalẽ receperũt licet sic a multis credit
nullã authoritatem reperio Ipsã tñ quocunq̃ modo facta
fuerit resurrectionem signum fuisse future resurrectienis
⁊ dico ⁊ credo q̃ deus. s. vestros quoq̃ mortuos qñq̃ resu-
scitaturus sit/quẽadmodum ibidẽ ꝓpheta ostendit dicens
Et

Judeoꝝ error de nouissima resurrectione.

Deut.xxxij.

Esaie xxvj.

Ezechi. xxxvij.

§. VII. Urbē sanctā ac deo amabilem Hierosolymam in sublimibus montibus esse sitam certū est: in tribu Beniamin posita: vt veterum tradit authoritas. Habet autē ab occidente tribū Symeon ꝛ Philistim regionē ꝛ mare mediterraneū. Ab oriente vero Jordanis fluenta ꝛ ei adiacentem solitudinē. Ab austro vero habet sortem Juda in qua est Bethleem familiare domini reclinatoriū: ꝛ felix natiuitatis dñice cunarū locus. A Septētrione vero vrbē habet Babaon/Josue filij Nun/insignem victoria/ꝛ defixi solis miraculo preclaram/tribū habentē Effraim. Est Hierusalē Judee metropolis in loco riuis/fluuis/fontibus/ꝛ pascuis penitus carente. Hec iuxta veterū hystorias primo dicta est Salem: ꝛ postea Hiebus ex Hiebuseo dicta est Hiebusalem. Postea vero regnante filio eius Salomone rege dicta est Hierosolyma q̄si Hiebusalem Salomonis. Est autez ciuitas et minor maximis ꝛ mediocribus maior. Forma quidē oblonga et parte altera lōgiore tetragona. Sita est aūt in mōtib⁹ duob⁹ ꝛ quorū fastigia intra muri ambitū ex parte plurima cōtinet modica valle distincta: que etiā vrbē per mediū diuidit. Horum aūt qui ab occidēte est: mons Moria dicit ꝛ vbi Abraam voluit Isaac immolare ꝛ in quo iuxta id q̄ sacra continet hystoria Salomon tēplum dño edificauit. Anno aūt ab incarnatione dñi. M.xcix. septima die mēsis Junij christianorū exercitus ante vrbē castrametatus est. dicturq̄ fuisse aduenientium numerus. ad. xl. milia nostrorū. inter quos expeditor̄ vir erant. xx. milia peditum. equitū vero. M. cccc. In vrbe aūt dicebant esse virorū fortiū ꝛ optime armatorū. xl. milia Quinta autē die post q̄ ad vrbē noster peruenit exercitus: ad oppugnādā vrbē vnanimiter accingunt. Quūq̄ iam per quatuor hebdomadas circa id vniuersus desudaret exercitus: die. xj. Julij mēsis vno aīo vrbē aggrediūtur. Et quum vsq̄ ad horā diei septimam sine certa victoria anceps ꝛ dubium satis certamen esset: nostri iam multo labore fatigati ceperūt instare remissius: ꝛ insultantibus hostibus paulatim dilabebat populus: sed subito virtus diuina fuit que fidelium rebus iam desperatis intulit consolationē. Nā de monte olineti miles quidā armis accinctus refulgētibus: q̄ postmodū nō comparuit: signū dabat nostris legiōibus: vt redirēt et insultū denuo iterarēt. Quo signo viso ꝛ exhilarat⁹ noster exercitus ꝛ ac maiori aīo ad oppugnationē vrbis redijt tanto feruore animor̄: vt q̄ fessi aut lesi vulneribus opera subtraxerāt: nūc receptis animis vltro se offerētes instarēt animosius. Tāraq̄ erat in castris nostrorū letitia: vt iam quasi certi de victoria/intra vnius horę spatium vallo cōplanato: ꝛ effracto antemurali: ꝛ quoddā castellum q̄ ex lignis cōtexerant: muro applicauerint. Lines autē procere magnitudinis ꝛ immēse soliditatis arbores a muro suspēderāt: vt machinar̄ ictus illuderēt. Quarum duas nostri qui erant in p̄dicto castello precisis funibus quibus erāt ligate: deiecerunt ad terram. Quo cognito dux Gothifredus qui in ea parte vrbē oppugnabat: sursum in castello dictas trabes ferri p̄cepit. Quibus ex vna parte in machina/ꝛ altera super murū locatis/vicem pontis prebuit. Ponte igitur sic ordinato/prim⁹ oīm vir illustris dux Gothifredus cū fratre suo Eustathio ingressus est vrbē. Post quē multi alij secuti sunt. Hostes aūt super muros videtes nostros turres ꝛ menia deseruit. Nostri autē qui vrbē iam intrauerant: de mandato ducis ad portam septētrionalem ctantem populum introduxerunt. Qui per vicos ciuitatis discurrentes strictis gladijs etati non parcentes aut sexui in ora gladij posternebant omnia. Confugerunt porro i patriū tēpli maxima paganorū multitudo. Ad quē veniens dñs Tancredus: oēs quos ibidē repit detruncauit/qui fuerunt fere decem milia.

§. VIII. Sub iugata autē penitus ciuitate/populus fidelū depositis armis in spū humilitatis cum gemitu ꝛ lachrimis loca venerabilia/que salutor noster dei filius ꝓpria voluit sanctificare presentia/ceperūt cum omni deuotione circūire. Quis intueri erat a memoria quantum et spirituali pleni iucunditate/quanta deuotione ad loca sancta fidelis accederet populꝰ. Quis vbiq̄ lachryme vbiq̄ suspiria. Die aūt captiōis ciuitatis dominus Ademarus vir venerabilis Podiensis epūs dñi pape legatus/qui (vt predixim⁹) apud Antiochiam vita decesserat/a multis in sancta visus est ciuitate. Ita vt multi viri venerabiles et fide digni eum sup ciuitatis murum primū oīm ascē disse/et ceteros ad ingressum vrbis animasse oculis corporeis se vidisse assererent. Multiq̄ alij q̄ in dicta via in dei obsequio diuersis casibus occubuerāt/in dicta ciuitate apparuerunt cū alijs loca venerabilia visitantes. In quo manifeste dabatur intelligi/q̄r et si vita decesserant corporali ad eternā tamen vocati beatitudinē nō sunt fraudati a desiderio suo. sed q̄ō pio expetierant studio/pleno sunt effectu consecuti. Capta est aūt predicta ciuitas anno ab incarnatione dñi. M.xcix. die. xv. mensis Julij. feria. vj. hora. ix. anno tertio ex q̄ christianorū populus tante peregrinationis onus assumpserat/presidente Romane ecclesie dño Urbano scō/Romanor̄ imperatore dño Henrico. iij. In Francia vero regnāte dño Philippo. ¶ Sancta igitur ciuitate per christianor̄ populum libertati pristine restituta: octaua die cōuenerunt principes. vt aliquē de suo collegio eligerent: qui regioni preesset: ꝛ regiā solicitudinē impenderet prouincie acquisite. Inuocatoq̄ spūsancti gratia/cōsonantes adinuicē dñs Gothifredū Lotharingie ducez vnanimiter elegerunt in regē. Fuit aūt hic Gothifredus de regno Frācorū: prouincia Remensi: ciuitate Bolonia. Cui⁹ pater fuit dñs Eustathi⁹ senior illi⁹ regiōis comes: Mater vero Jda nomine sororꝰ ducis Lotharingie Gothifredi qui cognominatus est Struma. Qui postmodum quum esset sine liberis: hunc nepotē suū Gothifredū in suū filiū adoptauit. vnde eodē defuncto illi in ducatu Lotharingie successit. Huic aūt fuerūt tres ex vtroq̄ pēte fratres. dñs videlicet Balduinus comes Edissanus. Eustathius comes Bolonien sis: qui post patrem obtinuit comitatū Bolonie. Tertius fuit Guilielmus ꝛ qui duobus fratribus suis Hierosolymam proficiscentibus cum patre domi remānsit. Fuit hic dux preclarissim⁹/vir religiosus: clemens: pius: iustus: serus in verbo et stabilis. Seculi contēnēs vanitates: q̄ō in illa etate presertim in militari professione rarū est. Fuit preterea in orationib⁹ iugis: in operib⁹ pietatis assiduus. Erat etiā affabilitate insignis: liberalitate gratiosus. Fuit autē corpore pulcher ꝛ magnus: robustus: facie venusta: capillo ꝛ barba flauis. In vsu armorum et exercitio militari oīm iudicio quasi singularis: cuius opera semper fuerunt magnifica ꝛ admiratione dignat que vsq̄ in presentē diem pro celebri narrantur hystoria. Postq̄ igitur deo deuotus princeps regnum obtinuit: sicut vir religiosus erat statim regni sui dño cepit offerre primitias. Nā protinus in ecclesia oīnici sepulchri ꝛ tēpli dñi canonicos istituit regulares: eisq̄ ampla beneficia assignauit. Adduxerat esn secum vir deo amabilis/de claustris monachos disciplinatos: qui toto itinere horis diurnis pariter ꝛ nocturnis diuina illi ministrabant officia. Quibus diebus inuēta est in parte sancte resurrectionis ecclesie seorsum portio vna dñice crucis quā ob metū gentiliū fideles occultauerant. Que res magnā fidelibus attulit consolationē. Sileri nō debet huius principis pijssimum factum. Nā promotus in regnū corona aurea more regum in sancta ciuitate noluit insigniri. in qua humani generis reparator/vsq̄ ad crucis patibulū pro nostra salute spineā coronā portauit/ vnde quidā etiā illus in catalogo regum Hierosolymorū Latinorū nō cōnumerāt. Mihi aūt non solum rex sed regū optim⁹/lumē ꝛ speculum videtur aliorum. Non enim consecrationis munus spreuisse credendus est/ sed pompam seculi perituram humiliter declinasse vt coronam immarcessibilem alibi consequeretur.

Gothifredi regis hierosolymitani origo.

Gothifred⁹ cōronā respueau ream.

§. IX. Sub manu igitur inclyti viri Gothifredi regnum cōualescere cepit. Quūq̄ per idem tempus principes christianissimi nondum adhuc abinuicē essent diuisi: princeps Egyptius qui Calipha dicitur: inter orientales potentissimus exercitus collegerat infinitos. Uocatoq̄ ad se principe militie sue mādauit eidem vt cum vniuersis

vniuersis regni sui viribus in Syriam descendat: et populis illum barbarū qui de multis occidentalium finitum partibus aduenerat: et deleat de terra. Qui mandato domini sui obediens: cū innumerabilibus copijs descēdit in Syriam. Quo audito congregati sunt adinuicem nostri principes. ac cōpletis ante sepulchrum domini de more orationibus: collectis eoꝝ copijs cōtra hostes progressi sunt. Erant autem illi equites in vniuerso mille ducenti: peditū vero nouem milia. Igif aciebus instructis rei exitum dño cōmendantes: ac de supnis inuocato auxilio: viriliter hostib⁹ aduersarijs occurrūt. Quoꝝ primū impetū hostes sustinere non valentes in fugam versi sunt: quos nostri insequentes magnum ex illis numerum occiderunt. Reuersiq; illorum castra diripiētes multarū diuitiarū referta generibus vsq; ad nauseā satiati sunt. His itaq; gestis dei amabiles principes Northmannorum et Flādrensiū comites ad propria redierunt. Sed Northmannorū comes rediens regem Anglie fratrē suum: qui cognominatus est Rufus: reperit absq; liberis esse defunctū. Et quū illi ratione antiquioris iuris successiōis cōpeteret: frater eius Henricus natu posterior persuadēs regni principibus et frater eius Hierosolymis rex constituꝰ esset: redeūdiq; animum non haberet: hac fraude regnū obtinuit. Reuersus ergo frater cepit regnum repetere. Sed quū ille id penitus negaret: parata classe in Angliam violenter ingressus est. Et intercedentibus pacis mediatoribus: his cōditionibus pax inter illos reformata est. s. q; rex fratri suo primogenito certā pecunie summā singulis annis census nōie daret. Postmodū vero nō obstantibus pactis rex cū exercitu in Northmāniā nauigans fratrem bello victum cepit atq; perpetuo carceri mancipauit. in quo defuncto rex in omnibus illi successit. Recedentib⁹ autē his principibus: dños rex Bothifredus retēto sibi dño Tancredo et comite Garnerio de grees / cum quibusdam alijs nobilibus regnū prudenter et strenue gubernabat. quibus diebus dños Boemūdus Antiochenus princeps: et dños Balduinus comes Edissanus / audientes q; nostri vrbē sanctam sibi vēdicauerāt: cū. xxv. milib⁹ armatoꝝ versus Hierosolymā iter arripuerūt: atq; victis Turcis qui illis in via insidias parauerāt sani et incolumes Hierosolymā peruenerunt. Sane quū vsq; ad illos dies Hierosolymitana vacasset ecclia de cōmuni oīm voluntate dñm Dalbertū virū venerabilē Pisanū archiepm qui post captionem ciuitatis in terrā sanctā cū multis de Italia nauigio venerat: in sedem collocauerūt patriarchalē. Quo facto hi duo principes hic Antiochiā: ille Edissem redierūt. Boemūdus aūt postq; rediit: quū causa capiēdi quandā vrbē q; citissime accessisset: a Turcis multis suoꝝ amissis captus est. Quo quidem anno qui fuit ab incarnatione dñi. M. cētesimus: rex Bothifredus infirmatus est qui sentiēs sibi mortē imminere: assumpto sibi salutis nostre viatico: tāq; verus christi confessor: viam vniuerse carnis ingressus est. Quo anno etiā rex Anglox Guilielmus vir oīm nequissimus est extinctus. anno regni sui. xiij. vite vo sue. xliij. nonis Augusti. Denicq; subtracto ab hac luce dño Bothifredo: successit illi in regnum dños Balduinus frater eius comes Edissanus. Vir siquidē strenuus fuit: liberalibus disciplinis cōueniēter imbutus. Erat preterea promptus ad armatim pigerq; solicitus: et quoties eum regni vocabant negotia. Porro magnificentiam animositatem et disciplinę militaris experiētiam: et ceteras illius animi dotes: superfluum videtur in eo commēdare. Fuit autem naso aquilo: grauis in incessu: et in verbo serus chlamidem semper portans ab humeris: tita vt ignotis magis eps q; secularis princeps videret. Hic Turcos atq; ceteras infideles natiōes multis prelijs afflixit et multas illorum ciuitates expugnauit.

Northmannie comes Anglie rex fraudat

Constituit hierosolymis patriarc. Capit boemūdus.

Bothifredo succedit Balduinus.

§.X. Eodem tēpore audientes

Nous christia norū in Turcos expeditio.

occidentales principes mirabilia magna / que per seruos suos dños contra infideles in oriente operatus fuerat: quō ante faciem eorum subuerterat gentes: firmiter concipiūt expeditionem aliam renouare: atq; in orientem proficisci. Horum maximus erat vir illustris dños Guilielm⁹ comes Pictauensis: itidemq; Aquitanie dux. Hugo magnus regis Francoꝝ frater: qui etiam in prima fuerat expeditione sed rei familiaris inopia coactus fuerat ad ppria redire. Dños quoq; Stephanus Carnotensis et Blesensium comes: qui quoq; Stephanus Carnotensis et Blesensium comes: qui capta Antiochia futurū prelium reformidans / turpi fuga perpetuā infamiam accepit. Hic querens priorem ignominiam redimere: idem iter arripuit. Dños quoq; Stephanus Burgūdie comes: et multi alij nobiles. Hi oēs iter arripientes Constātinopolim peruenerūt. Inde cū suis legionibus transito Hellesponto / Niceā peruenerūt. Imperator autez Constātinopolitanus Alexius vetusto Grecoꝝ more / Latinorū successibus inuidēs: occulte per nūtios in eoꝝ perniciē hostes fidei solicitabat. Qui siue ex industria siue casu diuisi abinuicem: toti sunt in manus hostium: vita q; vna die promiscui sexus ceciderunt vltra quinquaginta milia. Quibus autem concessum fuit diuinitus hostes effugere: amissis fere oībus Tarsum Cilicie peruenerūt. Quo in loco Hugo magnus vita defunctus est. Postmodum tracti deuotione videndi loca sancta / versus Hierusalē iter arripientes: Tortosam ciuitatē maritimam obsessam violenter effractam in suā redegerūt potestatē. In quodā autē ciuitatis eiusdē oraculo repertus est vas coloris viridissimi in modū paropsidis formatū: qd̄ Genuēses smaragdū reputātes / p multa summa pecunie in sortē prede eis a rege promisse / recipiētes: ecclesie sue Genuen. redeuntes pro multo obtulerunt ornatu. Qd̄ quidem vas hodie in dicta ciuitate Genuensi ostenditur pro miraculo. Dicebant aūt predicti Genuen. vere esse smaragdū: ac illud vas siue catinū in quo Jesus dei filius christus in cena cū discipulis suis comedit. Ordinatis aūt his ciuitatibus quas rex de manu infidelium eripuerat: in regnum eo redeunte insonuit rumor q; Calipha Egyptius iterū copias infinitas contra fideles in Syriā dirigebat. In quorū exercitu dicebant esse equitū. xv. milia: peditū vero. xx. milia. Postq; vero rex illoꝝ aduentū habuit pro cōperto: cum equitibus ducētis. lxx. peditibus vero ad. xij. milia: inuocato de supernis auxilio viriliter illis occurrit. cōmisso prelio dei cooperante gratia illos fugauit. quos nostri insequētes de eis stragem mirabilem fecerunt eoꝝ principe interfecto. ¶ Eodez anno q̄ fuit ab incarnatione dñi. M. cij. quum rex Balduinus esset in Joppe: Ascalonite infideles congregata infinita suorū multitudine fines regni aggressi sunt. Quod rex audiens / acceptis copijs impetuose nimis ad illos egredi ens: nec illorum multitudinem veritus / manus conseruit. Sed quū aliquādiu nostri viriliter pugnassent: tad postremum a multitudine obruti / post multam stragem hostium in fugā versi sunt. Tanta nobilium virorum strages vsq; ad illum diem in regno Hierosolymitano fuisse nō legitur. Inter quos ceciderūt dños Stephanus Burgūdie comes. et dños Stephan⁹ comes Blesen. et Carnoten. Rex tū euadens ad montana aufugit: et quū mortuus crederet Joppen redijt. Tandez hostes ppter victoriā hinc inde discurrentes aggressus vicit: multisq; interfectis atque captis ceteros in fugam vertit. ¶ Anno aūt regni eius. iij. idem rex cum Stolo Genuen. qui eodē vere in Joppes portum applicuerat Achonēsem ciuitatē maritimā per. xx. cōtinuos menses obsessam expulsis inde infidelibus cepit. Hinc primū per mare terrā sanctam visitātibus patuit secura tranquillitas. Eodem anno dños Boemūdus Antiochie princeps: vna cū dño Tancredo et dño Balduino de burgo: qui in comitatu Edissano domino regi successerat: cōueniētes adinuicē / cū multa nobilium et alioꝝ tam equitū q; peditū comitiua: vrbem Tarram ciuitati Edissane vicinā obsederūt. Et quū multa pugnandi instantia ciues infideles ad deditionē cōpulissent: inuidia stimulāte effusa est inter principes cōtentio cuius vexillum prius introducatur in vrbē. Quūq; cōtenderēt: subito adfuit infinita Turcoꝝ multitudo: que ad soluēdam obsidionem de vniuerso oriēte properauerant. Qui nostros diuino auxilio destitutos / aggressi in fugam verterunt. quibus pro magna parte occisis dños comes Edissan⁹ et dños Joncelinus eius consanguineus capti sunt. Dños vero Boemundus et dños Tancredus Edissam fugerunt. Porro nec prius nec postmodum in vniuerso oriente tempore Latinorum vspiam legitur tam periculosum fuisse prelium: et tantaque strages virorum fortiū gentis nostre. Sequenti anno dños Tancredus cui Boemūdus in occidentē nauigans / Antiochenū cōmēdauerat principatū: Rodoaldā Turcoꝝ porcētissimū qui fines Antiochenoꝝ cū multo suoꝝ comitatu hostiliter intrauerat: multis suoꝝ occisis bello victum fugauit. Sed et dños Balduinus rex Egyptios in regnuꝫ denuo irrumpētes magna cede prostrauit quatuor milibus ex illis occisis. Sed et classis illorum in Egyptum rediens orta seuissima tempestate pene tota perijt.

Cene dominice catin⁹ e Syria Genuā deportatus.

Capit ciuitas Achonēsis a christianis.

§.XI. Anno domini. M. ci. post

Hierosolymitanorū regū catalogus

multas et magnas victorias contra Saracenos habitas inclytus rex primus Hierusalem postq; capta est Bothifredus moritur. Cui successit in illo regno Balduinus predictus frater eius: vbi regnauit annis. xviij. in quib⁹ rex Egyptios bello superauit: et Caliphaz eorū regem occidit. Post mortem Balduini primi / regnauit Hierosolymis Balduinus secundus ex nostris / annis. xiij. Hic Bazim regem Persarum prelio victum iteremit: et Damascenorū Ascalonitarumq; reges prostrauit. Cepit autez regnare anno domini

M.cxix. Ipse autem Balduinus deficientibus sedulo christianis ex Europa trāsfretatis/multos christi fideles etiā trans Jordanē conuocauit: quos simul cum suis Hierusalem inhabitare fecit. Et anno. M.cxxiij. christiani ceperūt Tyrum florentissimā Phoenicē vrbē. Et inde ad annos. iiij. ipsam Tyrum ciuitatē cum maxima populi strage terre motus subuertit. Quartus rex regnauit Fulco nomine post mortem predicti Balduini/ cuius gener fuit. Qui regnare cepit anno dñi. M.cxxxj. & regnauit annis. xj. Intra quod tempus Egyptij sub variis ducibus christianos Hierusalē tenentes infestant: & pluribus locis per eorum vrbes irrūpunt: propter qō redintegratur bellū in quo nostri nonnullas vrbes ceperūt: & aliquas sibi tributarias fecerūt. Et anno dñi. M.cxxxix. Ascalona maritima iudee vrbs a christianis capitur. Demū prefatus Fulco rex Hierusalē dum leporē insequit: casu equi corruēs moritur. Et successit rex quintus Balduinus. iij. huius nois / filius dicti Fulconis. Qui regnare cepit anno dñi. M.cxlij. & regnauit annis. xxiij. Et inde ad duos annos q̄ regnare cepit: Mesopotamie populi ad christi fidem maiori suor hoīm numero conuertuntur. ¶ Anno aūt dñi. M.cxlvij. Ludouicus rex francie Cōradum imperatorem mouit: & ingēti multitudine ad expugnationē sacratissime terre in christianorum subsidium qui sedulo ibi defecerant tandē transiere. Uerū quum per Syriā temere discurrerent: fame oppressi eodem anno redierūt vacui. Uenetiq̄ subsidiaria classem in christianor fauorē miserūt. ¶ Anno aūt dñi. M.clj. prefatus Balduin⁹ rex Hierosolymor Egyptios atq̄ Babylonios superat: quinq̄ milibus & supra eorū interfectis. Post hec Ferdinandus rex Hispanie in Arabia pro christi noīe bellando interijt. ¶ Anno. M.clxvj. mortuo Balduino/regnare cepit in Hierusalē rex Almaricus noīe. vj. frater prefati Balduini & regnauit annis. xij. Primo autem anno regni sui Dragontē Egyptior ducem in prelio diuinitus superauit. Circa illa tēpora Saladinus Ealipham Egyptium dominum interemit: & regno eius potitur. Hierosolymorū rex septimus fuit Balduinus. iiij. filius Almarici: et regnauit annis. vj. Cepit aūt regnare āno dñi. M.clxxviij. Hic Saladinum regem Egyptior non longe ab Ascalona superauit: & in fugam vertit. Qui postea lepra infectus vrorem nō duxit. Sed videns sibi mortē imminere/ filiū sororis sue Sibylle noie Balduinū adhuc puerū sub tutella Tripolitani comitis regnare iussit. Sed mortuis tam seniori q̄ iuniori Balduinor: Sibylla mater iuniorīs transiens ad secundas nuptias/ Guidonem virum suum regnare procurauit. Guidone igitur regnum adepto inter eum et Tripolitanū comitem pernicios dissentio oritur. In qua comes Saladino adherens/ maximū detrimentum nostris cōparauit. Demum anno dñi. M.clxxxvij. Saladinus propter nostrorum discordias/ vires adeptus: post maximā christianorum stragem tandem ciuitatem Hierosolymam recepit. Quam gloriosam vbem post Gotbifredū christiani reges per octoginta octo annos nobiliter possederant.

Tyr⁹ capitur a christianis.

Ascalona capitur.

Hierosolymas capit Saladin⁹.

¶ De rarīs euentibus illius temporis. Capitulum. xiiij.

CIrca annos dñi millesimo. xc. vt refert Uincen. specu. histo. lib. xxvj. in ciuitate Nānetēsi duo clerici nōdū patiētibus annis p̄sbyterij lris affatis instructi/ inter se multū amici/ hoc pactū inierāt inter se: vt q̄ prior eor mozeret: alteri vel vigilanti dormienti apparet intra. xxx. dies. Data acceptaq̄ corpa fidet non multo post tempore vnus eorum obijt. Trigesimo autem die adstitit alteri vigilanti et nescio quid operis molienti mortuus vultu exangui & pallido. Qui prior viuū cōpellans: Agnoscis me inquit? Agnosco/ respondit ille. Et miror q̄ ita tarde apparueris. Ille prius moras excusans/ Tādem veni inquit. Et aduentus meus si volueris tibi fiet cōmodus mihi autē oīno infructuosus: nam sempiternis datus sum supplicijs. Ego (ait alter) iuuabo te orationibus multis/ ieiunijs/ & eleemosynis. At ille respondit. Sine penitētia sunt iudicia dei in inferno. Dum rotat astra polus: & dum pulsat littora pōtus: pro criminibus meis puniar. Si totus mundus mihi remedia exquireret: eternam tamē et innumerabus penis cognoscas. En vna (protendit manum sanioso vlcere stillantem) videtur ne tibi (ait ille) leuis? Quisq̄ illam digitis tres guttas defluenti tabe super eum iaculat? est. Quarum duo tēpora/ tertia frontē cōtingētes/ cutes sires. Ille magnā penā esse doloris clamore protestante: hoc (inquit mortuus) erit tibi q̄diu vixeris/ et penarū mearum graue documentū: & nisi neglexeris/ salutis tue singulare monumētū. Uade ergo dum licet: muta habitum simul et animū: et esto monachus Redonis apud sanctum Melanium. Quisq̄ ad hoc viuus respondere nollet: mortuus eū oculi vigore perstringēs: Si dubitas (inquit) miser puer ti lege literas istas. Et hec dicēs manū protēdit tetricis notis inscriptā: in quibus sathanas & oīm inferor satellitū multitudo ecclesiastico cetui gratias de tartaro emittebat q̄ quū ipsi in nullo suis voluptatib⁹ deesset: rātū numerum animarum subditarū pateret ad infernā descendere/ p̄dicatiōis incuria: quātum nisq̄ viderint retroacta secula. His dictis loquētis aspectis disparuit: Et audiens oīa vēdēs dās pauperib⁹/ sanctū Melaniū adiit & monachus ibi fact⁹ optime cōuersatus est.

Amici mortui ꝑba ad viuum.

Sacer ignis.

§. I. Anno dñi. Ø.xciiij. pontificante in vrbe Laudunēsi/ vt colligit ex Helinādo: mulier quedam in proximo manēs habebat generum iuuenili specie decorum: quez multa diligentia p amore filie sue accurabat. vnde et orta est turpis suspitio de muliere & genero suo apud vicinos suos: qō valde eā perturbauit. Et impatienter ferēs famā suam huiusmodi opprobrio turpari: iniurie sue causam in eū retorsit: et clādestina machinatione vt occideretur a duobus pueris procurauit. Postmodū vero ad penitentiaz facti omicidij cōuersa: cuidam presbytero per cōfessionez peccatum suum reuelauit. Sed elapso aliquāti tēporis spatio: presbyter litigās cum eadem malum qō fecerat in facie eius exprobrauit. Quo audito/ parentes hominis occisi properātes nūtiauerunt vicedomino Laudunensi. Quo dño iubēte/ venit mulier euocata: et qualiter hominem occidisset nō celauit. Judicatū est igit eam ignibus esse cremādam. Sed prius ducta ad ecclesiaz beate Marie peccatum suum coram deo & hominibus ex ordine enarrauit. Et sic meritis & precibus beatissime dei genetricis seipsam fideliter cōmendauit. Deinde missa in ignem incēdiū nullatenus sensit: sz diuina protegēte gratia/ cōsumpto igne ipsa illesa permansit. Qō factum occisi hois cognati nō diuine virtuti adscribētes: sed fragilē potius lignor materiam credētes: iterū succendunt ignē circa eam fortioriz⁹ lignis: et tamē nihil profecerūt. Iterato essi miraculo seruauit eā deus incolumē ab exustiōe ignis ad laudem sui nominis et dei genetricis gloriā & honorez. Egressa ergo ex igne nō solum carne sed & veste & crine illesa ad ecclesiaz sctē Marie dicta est. Et post laudes deo redditas/ volente deo paucis diebus transactis trāsit ab hoc seculo. ¶ Eodem tēpore vt testatur idē Sigisbert⁹ fames diu cōcepta validissimo ingrauatur: & fit annus calamitosus multis fame laborātibus: pauperibus per furta & incēdia ditiores grauiter vexātibus. Cum valido vētorū turre/ etiam terre motus est factus media nocte. iiij. idus Septembris. In multa terrar parte prīdie nonas Aprilis/ circa diluculum stelle per plures de celo in terram cecidisse visē sunt. Uas tamen credo fuisse vapores igneos. Inter quas vnam maximā labi in terrā quū quidaz in Frāciastuperet: notato loco vbi labi visa est. quū aquā ibi fudisset fumum cū feruoris sono inde exire magis stupuit. ¶ In comitatu Namursensi panem subcineritū quasi sanguine infectum vidimus. Hoc anno sacro igne multi accendunt: membris instar carbonū nigrescētib⁹. De hoc igne sic refert Uincē. spe. histo. lib. xxviij. circa prin. Anno dñi. M.cxxviij. Multi de pago Suessionico sacro igne succensi/ ad ecclesiaz beate Marie in ciuitate Suessionū sitam conuenerūt. Ibiq̄ diebus paucis miam dei & beate Marie succursum prestolantes. salutez eius meritis & precibus cōsecuti sunt: ite vt intra q̄ndecim dies centum & tres nominatim ab hoc igne restinguerētur: & tres puelle distorte sanitati restituerēt. Nam aduersarie potestati cōcessum erat percutere multos plaga inuisibili diuerse etatis & sexus: ita vt semel succensa corpora eorū cum intolerabili cruciatu rederēt. Est essi morbus hic rabificus sub extensa liuēti cute: carnē ab ossibus separans et cōsumens. & mora temporis augmenta dolorū et ardoris capiens: per singula momēta cogit miseros mori: sed desiderātibus mortem non venit: donec depastis artubus ignis ille celer, & pestifer inuadyt mēbra vitalia. Et (qō valde mirū est) ignis hic sine calore validus ad cōsumēdus tanto frigore velut glaciali perfundit miserabiles: vt nullis remedijs possint calefieri. Item (qō non minus est mirabile) ex quo diuina gratia restinctus fuerit fugato mortali frigore rātus calor in eisdē partib⁹ egros quadit: vt morbus cācri eidē feruori persepe se socier: nisi medicamentis occurrat. Sex diebus mēse Septēbri in ecclesia beatissime virginis Marie fuerūt hmōi infirmi. Ad preces aūt populi cōcurrātis adfuit & beata virgo Maria

trahẽs secum fortia agmina sanctorum spirituum: ad cuius presentiã formidat infernus: et pauent porte mortis cuius ad uentu precursor tam magnus tremor ecclesiam repleuit: vt terre motum esse factum/aut ecclesiam a fundamentis concussam arbitrantes fugerent omnes. Sed vbi nihil periculi adesse sentientes/reuersi sunt: oẽm ardorem languentiũ extinctum/et oẽm dolorem esse sopitum celerrima sanitate collata inuenerunt. Aiunt autem a quibusdam ex languẽtib⁹ pridie huius beneficij celitus data visas esse celitus copiosas claritates p fenestras eccl'ie vitreas illapsas: quasi qdã preconia largitionis subsequẽtis. Nam (vt dictum est. §.) intra quindecim dies cẽtum et tres ab illo igne restincti sunt.

Stupẽdum de puero miraculum.

§. II. Quidã puer annorum vndecim pecorum custos ardens pedibus a matre sua adductus est. Remedioq; doloris intra paucos dies acceptorad domum reuectus est erat autem de vallibus. Q3 dum puer idem non immemor tanti beneficij/nutu diuino desiderio visende domus beate virginis flagaret: et super hoc quotidie molestus matrem perurgeret ad eundem illuc: et illa nulla tenus acquiesceret: Redeat (inquit) in me infirmitas: vt nec esse habeam illuc referri. quod et factum est. Relatus igitur a matre in ingressu processiõis matris ecclesie excussus a quiete in gratiarum actionibus rupit clamoribus etherа. Narrauitq; omnibus raptum se fuisse ante deũ: et dei genitricem pro populo supplicantem vidisse: vt dignaretur deus hunc morbũ a populo auertere et euertere: et hãc scintillã q̃ acciderat auferre: et hoc respõsum a filio suscepisse. Mater mea tu es maris stella: fiat omnis voluntas tua. Dumq; iterum eadem virgo conqueretur super domo sua: que vilis et abiecta pre ceteris erat: audiuit a filio suo/q̃ de trans mare et de trans Rhenum faceret afferri pecuniã de qua domus eius edificaretur: et in omnium oculis intuentium claritate magna et gloria illustraret. populo etiam Suessionẽsi mala euenire ex parte dei predixit: quia sue genetricis ecclesiã non reficeret. equidem multos ex eadem vrbe ignis inuasit que et qualia restent nescimus. Idem puer parum post se moriturum esse predixit: et sic euenit: non essi mensem superuixit. Mirum autẽ valde de hoc puero erat q̃ ab initio mũdi omnem hystoriam retexens: totã narrationem suam rithmice cursim dirigebat. Textum euãgelij et actus domini sic ordine ola recensebat: ac si in libro legeret: et dictata ab alijs pronũtiaret. Et de Joseph q̃ viro beate virginis inter cetera ait. Qui tenet sceptrum virge florẽtis: cuius erat gloriose puelle. Hec narrabat clausis oculis tãq; lucẽ transitoriaq; exosus. Laicis et illiteratis vix dignabatur facere verbum: tanq; ignorãtiarum eorum pertesus. Eius mortui corpus tãta gratia perfudit: vt candore et claritate vultus angelicum nescio quid et diuinum signaret. ¶ Apud villam que dicit Calla in territorio Suessionensi: que possessio est matris ecclesie beatorum martyrum Gerualsi et Prothasij: mulier ob partus difficultatem laborans/continuis tribus hebdomadibus periclitabatur. persuasaq; a vicinis mulieribus se nudis pedibus ituram ad sanctam Mariam Suessionensem: vouit et liberata est: sed ordine stupẽdo. Nam primum ex vetusto suo emisit tres lapides: primũ magnitudine oui anseris: secũ magnitudine oui gallinee: et tertiũ non minorẽ aliqua nuce. Hic lapidibus effusis: statim sequit partus infantis: qui et gratiã baptismi accepit: et paucis diebus superuixit.

mirabilis scientia pueri.

Partus mirabilis.

Titulus decimusseptimus.

¶ Titulus iste decimusseptimus continet gesta summorum pontificum et imperatorum per annos centum vel circiter: scilicet ab Urbano secũdo exclusiue: qui fuit anno dñi. M. cc. vel circiter vita functus: vsq; ad Innocentium tertium. Et fuerunt isti summi pontifices: Paschalis secundus/Gelasius secundus/Calixtus secundus/Honorius secundus/Innocentius secundus. Et tunc schisma. Celestinus secund⁹/Lucius secundus/Eugenius tertius/Anastasius quartus/Hadrianus quartus/Alexander tertius. Et tunc schisma. Lucius tertius/Urbanus tertius/Gregorius octauus/Clemens tertius/Celestinus tertius. ¶ Imperatores autem fuerunt hi: Henricus quintus/Lotharius secundus/Conradus tertius/Fredericus primus/Henricus sextus filius primi Frederici. Continentur etiam gesta seu legende quorundam sanctorum. Malachie archiepiscopi i Hybernia. Sancti Thome martyris archiepiscopi Cantuariensis. Hystoria Tundali multum tamen abbreuiata. Vita beati Bernardi. Que legende sanctorum sunt ante gesta predictorum imperatorum. Inter que gesta imperatorum est etiam hystoria de bellis factis in terra sancta postq; Hierusalem fuit capta christicolis: et possessa annis. lxxxvij. per reges septem: et demum perdita.

¶ De sedecim summis põtificibus post Urbanũ 5m/vsq; ad Inno. tertiũ: et de gestis illius tẽporis. Capitulũ. j.

VRbano secundo accessione dominica euocato: canonice est electus Paschalis secundus: non ambitiose se ingerẽs vel procurans: sed retinẽs et quasi inuit⁹ assumptus. Hic fuit natione Tuscus ex Flaminia oriundus: de ciuitate Blede: professione monachus: vir prudẽs et magnanimus. Anno vero domini. M. centesimo creatus est papa. Ab initio autem mundi quinquies millesimo. lxiij. Sed secundum communiorem opinionem adduntur ad dictum numerus mille. cclvij. Sedit annis. xvij. et mensibus. v. Qui postq; solẽniter fuit coronatus: arbitratus turpe fore Guibertum hereſiarcham seu antipapam per Henricum imperatorem factum in vrbe et suburbijs morari trahere: a Romanis adiutus expulit eum de ciuitate Alba. Qui profugus a facie veri pontificis/huc atq; illuc discurrens: infelix inuenit exitum quem meruit. Nam subita morte defunctus/tot malis finem imposuit. Eo defuncto respirare cepit Romana ecclesia: nihilominus tamen ij qui de clero illi antipape adherant in schismate: mortuo eo duos alios vnum post alterum elegerunt. Quorum primus quarto mense sue electionis a fidelibus captus/apud sanctum Laurentium perpetuo carceri est addictus et hic dictus est Albertus/ciuis Attellanus. Sed et secundus qui Theodorus vocabatur simili exitu vitam finiuit. In malitia autem perseuerantes schismatici illi: quendam alium Maginulphum nomine/ciuem Romanum: in papam eligunt. Qui necromanticis artibus vacans: multos sibi: et ijs maxime qui conscientia sceleruz vel spe futuri successus prosperi tenebantur: et sibi conciliauit. Sed postremo ab omnibus derelictus/exul et graui inopia laborans miseram vitam finiuit. Sicq; his impijs deficientibus: verus pastor. Paschalis conualuit. Qui a domino cõfortatus: omnia scilicet ciuitates et castra et oppida et alia municipia que a tyrannis tempore Henrici quarti occupata fuerant sua diligentia ad ius beati Petri reduxit/pacem reformans in vrbe. Huius Paschalis pape anno quinto cõcilium generale sub eo Florentie celebratur. cccxl. episcopis ibi existentibus. Henricus autem quintus imperator ingressus Italiam ex Alemannia cum maximo exercitu/ad sedanda scandala que inter imperium et sacerdotium erant: Romam properauit. Hec autem discordia a Gregorio septimo de quo in precedenti titulo actum est: ceperat: et agitata a successoribus eius Victore Urbano et multo magis a Paschale: ob quam causam scandalum erat in vniuerso orbe terrarum fidelium. Imperator enim vti volens consuetudine et authoritate predecessorum suorum/insistebat ac petebat sibi concedi seu seruari ea que priuilegijs magnis Carolo magno iam per. cc. annos et amplius concessa et obseruata fuerant sub summis pontificibus illius temporis. Ex quibus priuilegijs licite per inuestituram annuli et virge episcopatus et abbatias conferebant. Et hoc esse suum ius allegat. Sed contra hanc maiorum authoritatez synodali iudicio censebant summi pontifices prenominati/nec posse nec debere dari per virgam vel annulum episcopatum vel aliquam ecclesiasticam dignitatem vel inuestituram a laicali persona quacunque. Et propter hanc precipue causam imperator Romam tendebat. Appropinquans autem ad vrbem omnem Romanã nobilitatem ac populum obuiam habuit. Cum quibus vrbem ingressus ad ecclesiam beati Petri profectus/in ipsius ecclesie gradibus ab ipso summo pontifice Paschale qui ibi cum cardinalibus et episcopis prestolabatur honorifice suscept⁹ est veruntamen ecclesiaz ingredi noluit: quousq; omnes munitiones/turres/et domus altas/volente papa in potestatem suam redegit. Et ne papa de iniqua eius voluntate sinistrum quid imaginaretur: nepotem suum et quosdam alios barones obsides dedit. Quo facto/ecclesiam beati Petri ingressus est. Domino vero papa missam solenniter celebrante: et quum imperator ad altare vt sanctam cõmunionem de manu eius susciperet/accessisset: dixit illi summus pontifex: Domine imperator hodie corpus domini natum ex Maria virgine: passum pro nobis in cruce: sicut sancta tenet ecclesia: damus tibi in confirmationem vere pacis inter me et te. Conuenerant autem vt imperator illi inuestituras episcoporum et prelatorum relaxaret. Papa autem econuerso imperatori omnia episcoporum regalia dimitteret. Hanc autem passionem sacramento et obsidibus firmauerunt. Sed summus pontifex resistentibus episcopis et contradicentibus: sicut promiserat implere non valuit. Quare imperator quorundã sceleratorum consilio papam cum cardinalibus captiuauit. Clerum insuper omnibus in vrbe bonis spoliauit. Huius facinoris author principalis fuisse dicit archiepiscop⁹ Ma-

Paschalis scõs papa.

Antipape quatuor.

Henricus imperator Romaz pperat.

guntinus. Igitur a pridie idus Februarij vsq; ad.v. kalēdas Maij/papa in carcere detētus/multis est affectus iniurijs.

Gēmus pōtifex capitur

Ad postremū vero pro liberatione ecclesie ⁊ multorum captiuorum qui cū eo captiui detinebantur: quandam ad tempus cum predicto estimatore coactus est pacem facere: episcoporum. s. inuestituras per annulum ⁊ baculum imperatori cōcedere. Quo facto de carcere liberatus est. Imperator autem ipsum papā ac ciues Romanos quorū ex hoc facto multos exasperauerat: muneribus reconciliare curauit. Unde vt quīdā chronicatores scribunt: ab eo munus coronatiōis accepit. Hec autē facta sunt anno domini. M.cxj. Imperatore aūt ex Italia recedente: vocatis episcopis atq; prelatis pōtilegium inter ipsum ⁊ imperatorem factuz annulauit atq; cassauit. Quare a fautorib⁹ imperatoris multas persecutiones passus est: maxime a prefecto vrbis: et quodā alio nobili nomine Thalamon: vnde pontifex illorum furori cedēs in Appuliam secessit. Ipsi aūt filij Belial eo recedente p maiori parte castra ⁊ oppida que erāt de iure beati Petri occupauerunt. Deinde timentes domini pape ad vrbem regressum: missis ad imperatorem nunciis/persuaserunt vt Romam reverteretur denuo. Qui dictis eorum obediens hostis ille ecclesie in Italiam reuersus est: cōtra bonos infestus: sed sediciosis ⁊ malis benignior. Qui statim vt Latiū ingressus est: ecclesie fidelibus bellum intulit: multaq; castra ciuitates ⁊ oppida que adhuc ecclesie fidē seruantia/schismaticis restituerant: occupauit. Ob quā causam Romanus populus ac si de parthis et Barbaris triūphasset. illi triumphum decreuit. Igitur Hēricus ingressus Romā per coronam et arcuatam incessit vrbem vna cū vxore quā secum adduxerat. Sed magnus apparatus: paruaq; gloria. Nam illi nullus patrū/ nullus episcoporū/nullus catholicus sacerdos occurrit. Demum vt dicetur. f. in. c. seq. Henricus datur in reprobum sensum: quū fideles qui intra vrbē erant: circūuenire verbis nō potuisset: quos in immēsum exacerbauerat: accito Barcarē si ēpo Mauritio nomine: qui illum relicta ecclesia sua/secutus fuerat: coronari se fecit in ecclesia beati Petri ante altare beati Gregorij. Sicq; ab vrbe discessit. Sed necdum Sutrium ciuitatem transierat: ecce nuntij concite ad eum veniūt significantes Appulie ducem Rogerium cum maximo exercitu in fauorem ecclesie contra eum aduentare. Quod postq; cōperit imperator: congregato suorum consilio/decreuit vrsubito illuc totū exercitus robur mittere. Nam facile credebat hoc modo incautos circumuenire. Sz deo ita volēte: quedā matrona que in castro plū binario habitabat: per nuntium de aduentu Teutonicorum ducem Appulie certiorem fecit. Sicq; dum cauit vni: prouidit vtriq; ne duo fortissimi exercitus adinuicē manum conferrent. Igitur Rogerius Appulie dux audiens imperatorem Henricū in Longobardiam vrbe dimissa discessisse: ad propria est reuersus. Sz imperatoris exercitus qui eundem ducem incautū circūuenire crediderat: quum comperit eum ad propria redijsse: ad imperatorē reuersus est. Inter hec summus pontifex Paschalis post recessum imperatoris ab vrbe/credens iam tute ad vrbem posse redire post concilium in Appulia celebratū primo in Campaniam: deinde Romam accessit. Cuius inopinatus aduentus adeo rebelles ecclesie terruit: vt nō nisi de fuga cogitarent. Vir vero beatissimus christi cōfessor ob labore itineris infirmatus/post paucos dies migrauit ad dominum. Vacauitq; apostolica sedes diebus tribus. Hic Paschalis sic inter cetera decreuit: vt habetur. xvj. q. f. decimas. De decimas a populo sacerdotibus ac leuitis esse reddēdas diuine legis sanxit authoritas. Ceterū a monachis seu clericis cōmuniter viuētib⁹ nulla ratio fuit: vt milites aut episcopi aut persone quelibet decimas de laboribus seu nutrimētis/ seu suis propriis extorquere debeant. De hac materia plene vide in secunda parte. Idem scribens Guidoni apostolice sedis legato. xiij. q. ij. super prudentia. sic ait. Super prudentia tua plurimum admiramur: quōd in negotio ecclesie beati Stephani clericorum ipsorum voluerit acceptare testimonium diuerse nanq; sunt species causarum: nec in omnibus causis crimina agitantur. In crimini bus siquidem accusatorum ⁊ testium illa distinctio obseruanda est que in canonibus commemoratur: nequi ad probationem domestici assumantur. Ceterū in possessionum vel huiusmodi negotijs ij potissimum assumendi sunt: qui eadem negotia tractauerunt: de quorū auditu et visu hesitatio esse non debeat. Si ergo iidē clerici idonei sunt ad assertionem cause illius nullaten⁹ removeantur.

Impator Hēric⁹ iterum venit romam.

§. I. Post decessum Paschalis se

cūdi: cardinales in vnū conuenientes vno consensu/vna voce Joannem Caietanum in papam elegerunt: anno ab incarnatione domini. M.cxviij. ab initio aūt mundi quinquies millesimo. lxxxij. Sed secundum maiorem computationē/ sexies millesimo. cccxxx. f. Et anno vno tenuit sedem Petri. Quē Belasium secundum vocauerunt. Fuit autem hic Caffinensis monachus vir ab ipsa adolescentia tam secularium quaz diuinarum literarum peritissimus sapientia. Qui quum in dicto monasterio vita scientia ⁊ moribus floreret: cūq; adolescens papa Urbano secundo Romam vocatus: atq; per sequutione Alemannica seuiente/cancellarius ecclesie ordinatus est. Erat enim vir eloquentissimus atq; ad negotia ecclesie pertractanda valde idoneus ⁊ solicitus. Audientes autem de domo Frangiapane (quos alij Fregipanes cognominat) hunc papam electum: congregatis ijs qui sibi in tam prauo proposito adherebāt: sine mora armatus cuz armatis cucurrit ad locum vbi cardinales eum elegerant: qui Palladium quondam dicebatur. Hodie vero Palla dicitur. Qui locus inter Coloseum ⁊ sanctam Mariam nouam situs est. Veniens ergo ad locum tyrannus ille/effractis ianuis introuit atq; dei timore postposito papam iam electum cepit: ⁊ velut alter Diocletianus pugnis ⁊ calcibus propriis manibus verberauit. Indeq; eductum tanquam vile mancipium compedibus alligatum carceri mancipauit. Cardinales autem et episcopi et alij ecclesiarum prelati qui ad electionem conuenerant: ab apparitoribus dicti Cincij: alij spoliati alij verberati: alij vincti cum domino papa in carcerem retrudūtur. Facta autem hac voce per vrbem: conuenit multitudo Romani populi atq; nobilium. Inter quos fuerunt precipue Northmanni qui nunc Albertesti nominantur ⁊ et cum illis honesti atq; Thebaleschi: hi omnes vno animo cum multitudine armatorum in capitolium conuenientes: missis nūtijs ad illos de Frangiapane/pastorem suum electum repetunt. Qui audito Romani populi consensu timentes sibi et facti penitentes: sero tamen electum pontificem adeunt: atque eius prostrati pedibus/licet ficte veniam petunt. Relaxatur igitur papa ⁊ atq; cum magno populi totius Romani gaudio coronatur. Quum autem omnia prudenter disponeret atq; de exaltatione ecclesie ordinaret ⁊ ecce nuntius qui diceret: imperatorem Henricum ecclesie hostem cum magno exercitu aduentare ⁊ iam pre foribus esse. Timens igitur sibi et ecclesie fidelibus dominus papa/fugere cogitauit. Sed q; per terram via vndiq; clausa erat: marino itinere Caietam fugit. Quo postquam peruenit: vndiq; episcopi ⁊ archiepiscopi ad eum conuenerunt: quo in loco primo sacerdos factus est. Erat enim tempore sue electionis diaconus: deinde cum multa solennitate munus consecrationis accepit. Adhuc papa Caiete existente/barbarus ille Henricus nec dicendus imperator: Mauritium Bracarensem episcopum quarum quasi nouum simulachrum antipatā creauit Gregorium nominando. Quo audito summus pontifex Romam ire deliberat. In cuius adiutorium dux illustris Appulie Guillielm⁹ qui Rogerio in ducatu successerat: cum magna militia venit quod quum Henricus eorum scilicet presentissimet aduētum: relicta Roma cum suo antipapa in Alemanniā rediit. Quare papa ducem Guilielmum cum copijs suis ad propria remisit: non credens necessarium post Henrici recessum nouū intra vrbem introducere exercitum. Sed aliter quam estimauit. Nam eo aduenient fautores Henrici cum ecclesie fidelibus tot bella/tot seditiones contra summum pontificem excitarunt: vt pius pontifex paci ciuium prouidere volens/relicta vrbe Romana nauigio Pisas profectus sit. Deinde repetita nauigatione in regnum Francorum se ptulit: atque in cenobio Cluniacensi stetit: ibique diēclausit extremum. Quo defūcto cessauit episcopat⁹ diebus. xv.

Belasi⁹ secūdus papa.

Latipa pa Gregorius.

Belasi⁹ in Galli a mori tur.

§. II. Anno autem dñi. Ob. cxix.

de communi omnium eligentium assensu creatus est papa. clxix. Calixtus secundus: qui prius vocabatur Guidomatione Burgundus: filius cuiusdam magni comitis: ⁊ archiepiscopus Viennensis. Hic post suam electionem Romam veniens a senatu clero ⁊ omni Romano populo cum miro/et ineffabili gaudio est susceptus. Sedit autem annis. vj. Qui postq; in sede confirmatus est: excōmunicauit Henricū imperatorē vt rebellem et sancte Romane ecclesie persequutorē. Quare iratus imperator Romā tertio venit: atq; Burdinum quendam nomine. Hispanum natione: post mortem illius sceleratj episcopi Bracarensis antipape/in sedem beati Petri intrusit. Quo facto in Alemanniam rediit: Calixto in Appulia tunc degente: q; Romā regressus pro pace firmanda ecclesie tres cardinales in Alemāniam ad imperatorē misit. Qui eum adeuntes operante deo prout eis placuit omnia ab imperatore obtinuerunt. Cōsiderauit enim in melius imperator quod paulatim imperij principes ab eo deficerent: ⁊ patris miserrimam mortem mente reuoluens/quia se excōmunicatum

Calixt⁹ secūd⁹ ouf papa.

Hēricus tertio ro mam ve venit.

cõmunicatũ cernebat: ideo in presentia' prelatorum et principum quos generaliter ad curiam suam conuocauerat tantum restituram episcopozum quam per violentiam a Pascale extorserat tin manus cardinalium legatorum Romane ecclesie resignauit. Sicq; a vinculo excommunicationis quo longo tempore fuerat alligatus: extitit absolutus. Regressi igitur domini legati ex Alemãnia: et pacem ad libitum repozantes: cunctum populum letificarunt. Burdin⁹ autẽ pseudo papa audiens imperatozem pacem cum Calixto fecisse timens Romani populi furozem/ab vrbe discessit: atq; in ciuitatem Sutrium cum quibusdam ex Romanis sibi adherẽtibus se contulit. In quo loco existens Romanam cepit ecclesiam persequi: ac romipetas spoliare. Papa vero Calixt⁹ ex Appulia Romam reuersus est: quez iam se videret ex omni parte securum. Et Joannẽ Eremensem cardinalẽ sancti Chrysogoni Sutrium contra Burdinum misit. Qz et ipse eum euestigio sequitur. Igitur deo operante parte Burdini deuictatipse Burdinus capitur: captusq; super camelum ponitur: et Romam ducitur facieversa ad caudam camelit: et demum in monasteriũ Lauense retruditur in monachum tonsuratus. Eo autem tempore quum studio inclyti viri Calixti pax vbiq; floreret de mundo vocatur ad patrem luminũ. Cuius corpus cum multo fletu omnium in ecclesia Laterancnsi sepelitur. Hic deo amabilis vir plura decreta instituit: Unde et de ieiunijs quatuoz temporum sic ait distinctione.lxxvj. huius obseruantie vtilitas fratres dilectissimi in ecclesiasticis precipue est constituta ieiunijs: que ex doctrina spiritussancti ita per totius anni curriculum distributa sunt: vt lex abstinentie omnibus sit adscripta temporibus Siquidem ieiunium vernum in quadragesima. Estiuum in pentecoste: Autumnale in mẽse septimo. i. Septembri. Hyemale in hoc qui est decimus celebremus. Intelligẽtes diuinis nil vacuũ esse preceptis: et verbo dei ad eruditionẽ nostram omnia elementa seruire: dum per ipsius mundi cardines/quasi per q̃tuoz euangelia incessabili tuba discimus qõ et predicamus et agimus. ¶ Idem calixtus distinctione.xij. capi. j. omnibus episcopis scribens sic ait. Non decet a capite membra discedere: ꝛ iuxta scripture testimonium/omnia membra caput sequãtur. Nulli vero dubium est q̃ apostolica ecclesia mater sit omnium ecclesiarum: a cuius regulis nullatenus vos cõuenit deuiare. Et sicut filius dei venit facere voluntatem patris: sic et vos implete voluntatem matris vestre: que est ecclesia: cuius caput Romana est ecclesia. ¶ Idez de eõdem trãslatiõe.viij.q.j. sicut.ij. sic ait. Sicut alteri⁹ vxor nec adulterari ab aliquo vel iudicari/aut disponi: nisi a proprio viro eo viuente permittitur: sic nec vxor epi: que eius ecclesia vl' parochia indubitanter intelligitur: eo viuente absq; eius cõsilio et voluntate alteri iudicari vel disponi: aut eius concubitu. i. ordinatione frui non conceditur. vnde ait apl's. Alligata est vxor legi viri: q̃diu vir eius viuit: eo vero defuncto soluta est a lege viri. Similiter sponsa episcopi: que ecclesia eius dicitur: illo viuente alligata est ei: eo defũcto soluta ẽ. et cui vult nubat tantum in domino. i. regulariter. Si essi eo viuente alteri nupserit: adultera iudicabitur. Et similiter ille si aliam duxerit sponte: adulter iudicabitur: ꝛ communione priuabitur. Si autem persecut⁹ fuerit in sua ecclesia fugiendum est illi ad alteram ecclesiam: eiq; est sociãdus: dicẽte domino. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate: fugite in aliam. Si autẽ causa vtilitatis fuerit mutandus: non per se hoc agat: sed fratribus inuitãtibus cum authoritate huius sancte sedis hoc faciat: non ambitus causa: sed aut vtilitate aut necessitate: vt dictũ est. ¶ Idem. ix. q. iij. ca. j. ait. Nullus terminos alterius vsurpet: nec alterius parochianum iudicare vel ordinare aut excõicare presumat: quia talis iudicatio vel ordinatio aut excommunicatio vel dãnatio nec rata erit: nec vires vllas habebit: q̃m nullus alterius iudicis nisi sui sentẽtia tenebitur aut dãnabitur. ¶ Idem. xxiij. q. iij. si quis romipetas ait. Si quis romipetas ꝛ peregrinos: id ẽ apostolozum limina ꝛ aliozum sanctorum oratoria visitantes/capere seu rebus quas fuerunt spoliare: ꝛ mercatoze nouis teloneozum et pedagiozum exactionibus molestare tenerit: donec satisfecerit communione careat christiana. Rhodie tales sunt excommunicati ipso iure: ꝛ absolutio pape reseruatur: vt in tertia parte habes. ¶ Hic Calixtus secundus libellum scripsit de miraculis beati Jacobi: ꝛ que sparsim legerat. vel a fidelibus audierat tin vnum volumen copilauit. Unde ipe vt ait. refert. Uincen. spe. histo. li. xxvij. Quum essem (inquit) scholaris: et ab infantia beati Jacobi cobum diligens apostolum: quatuordecim annozum spatio perãbulans terras prouincias barbaras/que de eo scripta inueniebam: vt in vno volumine comprehendere possem: O mira fortuna! tres latrones incidi: et raptis omnib⁹ pecuniis meis: codex mihi tantum remãsit. Ergastulis trusus fui ꝛ perdito toto censu meo/mihi tantummodo codex remansit. In profundum aquarum multarum crebro cecidi proximus morti: et codex minime infectus euasit. Domus in qua eram cremabatur: ꝛ consumptis rebus meis: codex mecum remansit et inustus euasit. Quumq; studiose cogitarem vt codex iste pro quo innumeras passus sum anxietates quem ꝛ manibus meis studebam perficere: deo fozet acceptabilis: nocte quadam raptus in ecstasi in quandam regiam splendida facie vidi iuuenem pulcherrimum et splendidum laureatum regaliter. Qui in cathedra sedẽs/mihi sedenti ad pedes suos ait. Prebe quas in manu habes chirothecas. Cui quum libenter obtulissem: illo thalamum ingrediente/quidam e socijs eius dixit mihi. Iste est filius regis summi: qui sicut chirothecas de manibus tuis accepit: sic codicem apostolicum placide suscipiet postq; impleueris. Rursus translationis apostoli sermonem venerãda die mihi ruminanti / et scripturam eius inter manus tenenti/vna cũ beato Jacobo ipse apparuit dicens: Scribe que cepisti: corrige scelera prauozum hospitum manentium in itinere apostoli mei. Nemo igitur librum istum despiciat. Quicquid in eo scriptum est: authenticum est: magnaque authoritate expressum. ¶ Ex illo libro Uincen. specu. histo. vbi. ẽ. refert multa et magna miracula beatissimi Jacobi apostoli: et precipue circa visitantes sepulchrum eius: etiam mortuos resuscitatos. Solum autem hic narrabo quod refert Beda. Temporibus (inquit) beati Theodunri Compostellanensis episcopi/quidam graue peccatum quod vix sacerdoti suo et episcopo ausus est confiteri: commiserat. Quo audito episcopus stupefactus/penitentiam ei dare non audens propter enormitatem: nullam quasi reputans congruentem: hominem illum cum schedula in qua peccatum illud erat scriptum: ad sanctum Jacobum misit. Qui quum illuc venisset die festi eius schedulam super altare posuit flens et rogans sanctum Jacobum vt meritis suis deleret illud peccatum. Interea episcopus ad missam celebrandam accessit: ꝛ schedulam illam videns quum quereretur cur et a quo ibi posita esset: vir ille protinus occurrit: et rei seriem cunctis audientibus enarrauit: literas autem illas aperiens et nihil ibi scriptum reperiens: peccatum illud dimissum sibi cunctis narrantibus intellexit. ¶ Addatur et aliud Anno dñi. M.cviij. in regione Gallie vir quidam vxore sterili filium non habens: sanctum Jacobum propter hoc adijt: rogans vt eius meritis et precibus a domino sibi filium obtineret. Qui exauditus est. Nam rediens filium de vxore habuit: cui et nomen Jacobi imposuit. Quum autem iam annum. xv. attigisset: cum ipso ad limina eius pater et mater ire disposuerunt ad eum offerendum. Iter autem aggressus in via egrotauit puer vsq; ad mortem: vt non remaneret in eo halitus. De morte eius parentes nimis dolentes quasi amentes: totum nemus clamoribus replebant. Mater autem sic sanctum Jacobum interpellauit: quod si filium ei non redderet: cum eo sepeliri se viuam faceret. Interea duz puer ad tumulum deferretur: quasi de somno excitatus reuixit: ꝛ qualiter eum sanctus Jacobus in sinu suo tenuerit: ꝛ vt parentes in itinere sequeretur: cunctis adstantibus enarrauit.

¶ Iste etiam Calixtus: vt refert Uincẽ. vbi. ẽ. ex verbis Helinandi: Cistertiensem ordinem primus in territorio Viennensi plantauit in monasterio Bonevallis: cuius cenobij primus abbas fuit Joannes Lugdunensis: postea episcopus Valentinus. Cuius dignitatis future presagium fuit letissimum/pulcherrima quedam visio: quam ipse Joannes ante conuersionem suam vidit hoc modo. Haufredus super Apocalypsim. Quum primma nostri ordinis Cistertiensis iacerentur fundamenta ꝛ erat in ecclesia Lugdunensi quidam clericus honestus ꝛ honorabilis Joannes: qui rumore celebri nostri ordinis compunctus tacit⁹ secum proposuit ipsius ordinis collegio se sociandum. Quod propositum post paucos dies subeunte alia cogitatione mutauit: et pro quadam recompensatione talis propositi peregrinationem sancti Jacobi aggressus est. Qua deuote completa rediens a domesticis gratulabunde susceptus est: et fatigatus ex itinere in cubiculum se recepit. Quiescentiq; mox in visu adfuit ei dominus Jesus christus cum duobus apostolis Petro et Jacobo: quorum Petrus librum in manu tenebat: quem dominus precepit aperiri. Erat autem scriptus literis aureis continens nomina predestinatorum. Jussus ergo apostolus cepit legere. Et quum ibi legeret nomen Joannis illius: Tolle (ait dominus) tolle: dele eum dele: quia meum se futurum promiserat: ꝛ resiliuit a proposito. Accedens autem propius beatus Jacobus obsecrabat pro eo dicens. Domine meus est peregrinus. Ne deleos obsecro nomen eius! Cui dominus: Meus (inquit) non peregrinus: sed ciuis esse debuerat. Nonne maius est esse ciuem meum: quam peregri-

Burdi⁹ nus antipapa.

Abbas Calixtus sancti Jacobi libellus

ſum tuum? Apoſtolus autem perſiſtens in ſupplicatiõe: Ne deleas (inquit) nomen eius pyſſime deus: ne deleas eum ob ſecro. Ego tibi p eo fideiubeo. Faciet quod propoſuerat. Et dominus ad eum. Quando faciet? Apoſtolus autẽ intra. xv. dies. Excitatus ad hec verba Joannes ſolo proſternitur: et fideiuſſori ſuo cum vberrima lachrymarũ effuſione gratias egit dicens. Faciam prorſus apoſtole ſancte, faciam qõ tam miſericorditer pro me pollicitus es. Nõ multo poſt fletum magnum iterum obdormiuit. Iterũq; dominus cum predictis apoſtolis duobus adfuit: iuſſitq; iterum libꝝ aperiri. In quo audiuit idẽ Joã. beatũ Petrũ legentẽ. Aurenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento. Mox Joãnes ſurgens prefixum diem preueniẽs adimpleuit votũ. Hic fuit primus abbas cenobij Boneuallis: poſtea Ualentine eccleſie antiſtes cui⁹ vita ⁊ moꝛs multis miraculis ⁊ meritis claruit. Plane merito Iſraelitis improperatur: q; corde reuerſi ſunt in Egyptum: quando iſte Joannes qꝛ a ciſtertio reſilierat: iuſſus eſt deleri de libꝛo vite. Simulq; nobis pſiderãdum eſt quanta nobis deuotione ſanctoꝝ ſunt implorãda ſuffragia: qui tam amicabiliter pro nobis et tam efficaciter intercedunt.

℣. III. Anno aũt dñi. Ø. cxxiiii.

Calixto ad patres collecto: Romanam eccleſiam regendam ſuſcepit Honoꝛius ſecundus: qui prius Lambert⁹ dicebat ex agro Immolenſi oꝛiundus: Oſtien. epꝰ. Fuit autem in oꝛdine pontificum. clxx. Et ſedit annis. v. menſibus. ij. Hic patriarchas Grandenſem ⁊ Aquileienſem depoſuit. Ad hũc pficiſcẽs Northbert⁹ inſtitutoꝛ primus oꝛdinis Premõſtratẽſium ab eo honoꝛifice ſuſcept⁹ eſt: ⁊ que flagitabat digne cõſecutus Parthenopoli ſe futurũ epm diuinitus agnouit. Et rediens quũ in die paſche apud Herbipolim i populi frequẽtia miſſaꝝ celebꝛaret: ceca mulier ipſo poſt ſumpta myſteria in oculis eius ſufflante viſum recepit. Inde Premonſtratũ rediens: in eccleſia beati Martini/que ſita eſt in ſuburbio Laudunt: quẽdam de ſuis dominum ſcz Gualieriũ primum abbatẽ conſecrari ibi fecit. i. benedici. Cuius induſtria deo cooperante eadem eccl̃ia tam in temporalibus q; in ſpũalibus intantum eſt in breui multiplicata vt famam bone opinionis et ꝓpagines ſancte plantatiõis in ceteras ac longinquas extenderit regiones. vcz in Hyberniã: in Flandriam: in Angliã: in Guaſconiam/in Gothiam/in Hiſpaniã in Burgundiã. Defuncto aũt Parthenopolis ciuitatis archiepiſcopo: Northbertus prefat⁹ eligitur: et regali cõſequente cõniuẽtia ad ſacerdotium prefate vrbis prouehitur. In Premonſtratẽſi autẽ eccleſia ſucceſſoꝛem ſibi Hugonẽ qui ab initio paupertatis ſue ſocius fuerat: oꝛdinari fecit abbatẽ. Denicq; hic Northbert⁹ archiepꝰ vir potẽs in opere ⁊ ſermone/multoꝝ monaſterioꝝ fundatoꝛ dicti oꝛdinis: ⁊ ſancte religionis eximius propagatoꝛ: Innocẽtij pape catholici de quo infra dicẽt: requiſſimus fautoꝛ: Petro vero ſchiſmatici iuſtiſſimus erecratoꝛ: cũ imperatoꝛe Lothario ab expeditione Italica regreſſus infirmitate coꝛreptus per quatuoꝛ menſes in domino obdoꝛmiuit. Et quum contentio eſſet de coꝛpe eius ſepeliendo inter clericos eccleſie ſue maioꝛis ſeu cathedralis: et fratres ſancte Marie ſue religionis ad imperatoꝛem cauſa delata eſt. Et ex eius ꝓcepto in eccleſia ſancte Marie cum filijs ⁊ fratribus ſuis quos chꝛiſto genuerat ⁊ educauerat ſepultus eſt. ¶ In Premonſtratẽſi autem eccleſia cuidã fratri altius de trinitate: que de⁹ eſt: cogitanti in matutinis demon adſtitit: ⁊ tria geſtans capita: ei apparuit trinitatem ſe eſſe cõteſtãs: ⁊ ob fidei ſue meritũ trinitatis viſione eũ eẽ dignũ affirmans. Sed frater inimici dolum agnoſcens cõuiciando ei a ſe recedere fecit. ¶ Itẽ Northberto apud Nigelã ꝓbũ dei ꝓdicante: et puellam demoniacã coꝛã ſe adducta exoꝛcizante: demon irridens cãtica canticoꝝ a ꝓncipio vſq; ad finez p os puelle edidit, ⁊ de verbo ad verbũ in Romana/deinde in Teutonica lingua interpretatus eſt: ſed dei ſeruo arctius inſiſtente: tandẽ egreſſus eſt. Prefato aũt Northberto ad querendas ſanctoꝝ reliquias Coloniã veniẽte: ⁊ ſuis indicto ieiunio oꝛationi inſtantib⁹: vna de numero vndecim milium virginũ nomen ſuum ⁊ locum vbi iacebat ſpecialiter deſignans: in craſtinũ ſolẽniter leuata cũ aliis ſanctoꝝ reliquijs Premonſtratũ eſt translata. Coꝛpus etiã ſancti Bereonis martyꝛis vbi iaceret ſibi reuelatũ eſt: qõ ignoꝛabat: ⁊ ibi inuẽtũ cũ honoꝛe leuauit: ⁊ pars ei collata eſt ei⁹. ¶ Anno. M. cxiij. cepit oꝛdo templaꝛis militie ſeu ſancti Joãnis Hieroſolymitani. de quo. ℣. Non multo ante/tpe ſcz Calixti pape: euenerunt quedam hoꝛribilia ⁊ mirãda. deo eñi pecca tis hoim irritato: in monte Caſtrilogon eccl̃ia ſancte Ualdetrudis cum toto pene oppido arſit. eccl̃ia ſancti Michaelis de periculo maris fulgurata diuinit⁹ arſit cum edificijs appendentibus ſibi. Ualdericus epꝰ Laudunenſis ciues ipſius vrbis a ſacramento cõmunitatis perperã iurantes reuocare niſus a ſeditioſis ad arma cõcurrentibus: quod dictu nefas eſt) gladio cõfoſſus interijt. Feria. v. in hebdomada paſche. vij. kal. Maij i letania maioꝛe tumultuãte etiã impetu confuſe multitudinis/domus epi ſuccenditur: vnde et ipſa mater eccleſia beate Marie/et beati Joannis baptiſte in abbatia monialium cum omnibus alijs eccleſijs e vicino appendentibus concremantur. In authoꝛes autem huius ſeditionis a Ludouico rege Francoꝛum tam ſeuere vindicatum eſt: vt tam futuros quã preſentes a ſimili ſcelere deterrere poſſit exemplũ. ¶ Ualderico igitur Laudunenſi epo a ſue vrbis ciuib⁹ nequiter perẽpto: Hugo Aurelianenſis eccleſie decanus ſubſtituit. Quo poſt ſeptem mẽſes defuncto: vir illuſtris Barptolemeus ad epatũ Laudunẽſis ciuitatis promouet. Cuius induſtria ⁊ epalis eccl̃ia que incẽſa erat in breui reparata iterũ cõſecratur: ⁊ ciuitatis ac puincie deſolatiõe ſubleuata: in multis locis in quibus antea nũq; fuerat religionis feruoꝛ ⁊ dei cultus fundatur: ⁊ in multas ac remotas etiam tranſmarinas regiones ꝓpagatur. Modus autem huius ſubleuationis ⁊ deuotionis deſcribit Helinandus libꝛo. xl. vt refert Uincen. vbi. ℣. Electi enim ſunt ſeptẽ canonici Laudunenſ. eccleſie ⁊ ſex Burgenſes: qui feretrum ſancte Marie ⁊ alias capſas reliquiarum per diuerſas circumferrent prouincias: ad expectendas eleemoſynas fidelium pro reſtauratione eccleſiarum. Que reliquie multis miraculis clarificate ſunt: ⁊ ipſa miracula ſcripſerunt canonici eccleſie Laudunenſis facta in multis locis in ciuitatibus Francie ⁊ Anglie: per quas delatum eſt feretrum illud reliquiarum cum magna deuotione et reuerentia. Eminebat autem inter dictas reliquias forma ⁊ dignitate vnum phyla terium. i. vas in quo ſic ſcriptum erat.

Spongia/crux domini/cum ſindone/cum ſaciali/
Me ſacrat/atq; tui genitrix ⁊ virgo capilli.

Id eſt de ſingulis hoꝝ erat ibi aliqua portiuncula. Apud Iſoldonum duo contracti ſanati ſunt: quoꝝ calcanei natibus adherebant. Apud Caſtellum Buſcenti ſanatus eſt a natiuitate ſurdus ⁊ mutus. In ciuitate Euronenſi mulier que per octo annos de lecto ſurgere non potuerat: nec ire niſi portata: faciens ſe deferri ad locum dicti feretri: prout ſibi reuelatum fuerat per viſum: liberata eſt. Item ⁊ alius iuuenis ſurdus et mutus delato dicto feretro ad ſanctum Laurẽtium de ſcala in feſto eiuſdem martyꝛis. Quidam monach⁹ ibi habitans/timens ne oblationes conſuetas in dicto feſto amitteret: non eſt paſſus q; ſuper altare beati Laurentij: ſz nec alibi in dicta eccleſia poneretur. Sed idem monachus ad veſperam moꝛbo epileptie graviter coꝛreptus in terram cecidit: vnde humiliatus penitentiam egit. Et campana maioꝛ de turri cadens confracta eſt. Inde Carnotum deducto feretro, occurrit venerandus Iuo cum tota proceſſione canonicoꝝ: ⁊ poſitum eſt in eccleſia maioꝛi ſuper altare ſancte Marie: vbi due mulieres contracte curate ſunt: ⁊ quidam in carcere compeditus liberatus eſt. Exinde collecta magna quantitate pecunie per Franciam: ſed non ad ſufficientiam tante reparationis: dictum feretrum ſancte Marie cum reliquijs detulerunt etiam in Angliam: vbi tũc erat copia diuitiarum. In nauigando autem per mare cum dicto feretro vt Angliam intrarent: miraculoſe euaſerunt periculum captionis piratarum quos obuios habuerunt. In dictoque regno in multis ciuitatibus multi a diuerſis languoribus ſanitatem perceperunt accedentes deuote ad dictum feretrum ⁊ virgini ſe commendantes. ¶ Deinde accedentibus ad quandam magnam villam: decanus cum ſuis clericis noluerunt ſuſcipere feretrum intra eccleſiam ſuam ne amitterent oblationes: quũ tñ pluuia nõ modica in terram deſcenderet. Quidam aũt ex cõpaſſione ⁊ deuotione incitat⁹ ad hoc ab vxore ſua/receptaculũ preſtitit in quadam domo ſua ſibi ⁊ deferentibus ipſum. In die craſtina draco quidam flammiuomus exiens de mari in illã villã aduolauit. Et primo eccleſiam: exinde quaſdã domos flãma quã ex ſuis naribus emittebat: ſuccendit. Eccl̃ia aũt illa ita cremata eſt: vt non ſolũ ligna/ſed etiã parietes ⁊ lapides maximi eius ⁊ altaria ipſa in cinerem ſint redacta: vt nullo modo appareret ibi fuiſſe eccleſiã. Decanus aũt ille videns eccleſiam ⁊ domũ eius ſuccenſam: veſtes ⁊ ſuppellectilem ſuam inde ad nauis que in littore ꝓpe erat: deferri fecit. Sed draco ille nauim petens/ipſam ⁊ omnia que in ea erant combuſſit. Domus aũt illius qui receperat feretrum: cum omnibus ſuis illeſa euaſit quod cernens decanus veniam poſtulabat. Multi quoq; infirmi ibi ſanati ſunt. Sicq; ex oblatis eleemoſynis reparata eſt eccleſia Laudunenſis combuſta. Hec autem miracula facta ſunt anno dñi. M. cxiij. ⁊. xv.

Laudunẽſis facti ones

℣. IIII. Honoꝛio ſecundo in pa-

patu

patu successit Innocentius secundus:patria Romanus ex transtyberina regione patre Joāne. Anno dñi. M.cxxx. In numero pōtificum.clxxi. Ab initio autem mundi sexies millesimo.cccxxxiiij. Secundum aliam computationē minorez quinquies millesimo.xcv. Qui sedit annis q̄si.xiiij. Hic Innocētius fama/vita/z scientia/merito summo sacerdotio dignus habitus est. Contra quem per contentionem ordinatus est petrus Leonis Ad cuius schismatis pestem sedandā vocatus est a Claraualle beatus Bernardus:qui multū laborauit z multum profecit. Iste petrus. Leonis antipapa ad hunc honoris apicē ambiens/a suis fautoribus precio corruptis nominatus est Anacletus Congregauerat sane opes innumeras:tam in exactionibus curie/q̄ in legationum negotiationibus:quas ad expectatas nūdinas reseruarat. Insuper z paterni census ampla congerie eaten' sigillata modo distributa in populum ad fas z nefas venalem armauerat plebem. Quibus erogatis donaria regum in ornamentis ecclesie ab ipsis euulsit altaribus. Et quum calices frangere z crucifixos aureos membratim diuidere ipsi profani christiani vel erubescerent vel timerent:quesiti sunt Judei qui vasa sacra z imagines deo dicatas audacter comminuerent. Cōuocato interea apud Stāpas concilio sanctus Bernardus Innocētium suscipi persuasit Petro autem Leonis ob parētele sue fortitudinem apud sanctum Petrum cōmorātez Innocētius Romam egressus in Gallias proficiscitur. Et ecclesia Gallicana sibi adherente concilium celebratur:z in papam confirmatus declaratur. z Petrus ab omnib' Gallie z Germanie episcopis anathematizatur. Igitur Innocētius Aureliani honorifice a rege Francorum Ludouico (al's Philippo) susceptus est. Inde Carnotum deductus a Gaufrido magnarum virtutum viro:vbi ei occurrit z rex Anglorum Henricus. Tunc (vt ait Helinandus) synodus magna Remis celebratur ab Innocētio papa:in qua multis ad honorem dei dispositis:regem Ludouicum pro fratre suo Philippo de equo deiecto per porcum z mortuo:viuente adhuc patre coronauit in regem. Quum eñi dict' Philippus inunctus in regem adhuc puer in ciuitate Parisijs equo veheretur:casu quidam porcus equi pedibus se submittens/equuz super se precipitem dedit:vnde z de eius subita z miseranda morte tota ciuitas luxit. ¶ Quum autē prefatus Innocentius monasteriū sancti Medardi Suessioñ. qd̄ est trans fluuium situm/dedicaret:adfuit inter ceteros quedam mulier de pago Laudunensi:que cū alijs monasteriū beate Marie virginis ingressura processit:sed virtute inuisibili ab ingressu est repulsa. Tunc nimio pauore cepit vexari:z toto corpore tremiscere. Confessa vero z absoluta ingressum ꝓmeruit. ¶ Sanctus etiaz Hugo ep̄s Gratianopolitanus vir totius sanctitatis z magne fame/q̄uis esset multū familiaris Petro Leonis z patri eius:z multa obsequia ab eis recepisset:audito q̄ caput erexisset contra Innocentium/tñ nec eius amicitia flexus/nec potētia territus/sz zelo veritatis duct' et si senex z infirmus:perrexit ad concilium:z cū ep̄is z alijs Petrum schismaticū excōmunicauit:z Innocentio adhesit. ¶ Demum vt habet ex chroñ. Lotharius imperator q̄ Lintherius d̄r:expeditionē in Italiā parat:z cū ep̄is z archiep̄is Innocentiū papā Romā deducens cōtra Petrū Leonis qui monasteriū sancti Petri munierat:ip̄m ep̄m in Lateranensi ecclesia in sede pōtificali potēter collocat. Et ipse Innocētius Lothariū imperatorē consecrat. Laborabat eo tp̄e sub schismaticorū oppressione (inquit Helinādus:vt refert Uincen.) tota Burdegalēsis eccl'ia seu ꝓuincia:z nō erat ī Aquitania qui posset resistere principi cuius animū indurauerat de':vt.s.faueret antipape Petro leonis: qui ꝑsuadēte Girardo Angolismēsi ep̄o:z instillāte in cor eius semina dissensionis:fact' erat schismatis defensor z author. Hic igit̄ Girardus misit ad Petrū Leonis:vt ei legationē cōcederet/z ipse ei fidelitate iurata obediret. Insup̄ z principem terre z quoscunq̄ posset ad eius imperiū inclinaret: Gauisus hō ꝓditionis locū se īuenisse in quo dilataret malitiā suā:cito annuit z libenter. Et misit ad eum Gilonem Tusculanum cardinalem episcopū:qui solus d̄ romanis cū Petro Portuēsi ei adheserat. Igitur Girardus resumptis cornibus:qd̄ ante nō fecerat:publice ꝓcedebat mitratus. Ab his ergo duob' violēter expellitur a sede sua Guilielm' ep̄us Pictauēsis vir honestus z catholicus:z ꝓ eo alius quidā nobilis genere:sz degener fide intrusus est. Similiter etiā in Lemouicēsi ecclesia intruserunt Ranulphū quēdā doratensem:qui nō multo post cadens resupinus de equo ī via plana vno tm̄ lapide vltore qui ad hoc ibi relictus erat:infixo capite eius atq̄ quassato celebro expirauit. Audiēs hec z similia venerabilis Gaufridus Carnotensis episcopus/cui a papa Innocentio Aquitanie legatio fuerat cōmendata:duxit secū sanctū Bernardum. Ueniētibus ergo Nannetū:ibi sanata est mulier per virum dei sctm̄ Bernardū:que iā per sex annos a demone incubo fuerat oppressa. Qualiter hoc accidit alibi declaratum est. Decanus aūt ecclesie Pictauensis altare in quo sanctus Bernardus missam cantauerat:confringere ausus est q̄ post breue tp̄s percussus a deo:quum iam animam exhalaret:vidit domū suā plenā demonib':z se a demone iugulari clamitans vero a cirunstantibus postulabat cultellū:quē ad demonē extrahendū immergeret gutturi suo. Et inter hec verba expirauit. Archip̄sbyter vero qui Petri inuasoris Pictauēsis eccl'ie denūtiabat synodū:corā ipsis quos ad cōuētuz perfidie inuitabat:a diabolo correct' est sz etiā in alios multosqui in illo schismate feruētiores extiterant:man' dei manifestā exercuit vltionē. Tandē principe reconciliato:z ep̄is qui expulsi fuerant in suis sedib' relocatis:Girardus sol' ꝑseuerās in malis/sine confessiōe z viatico repente in lectulo suo mortuus inuent' est z enormiter tumidus. Qui a nepotibus suis in quadā basilica sepult' est:sz a Gaufrido Carnotē si ep̄o inde extract' est:z alibi ꝓiectū corp'. Nepotes quoq̄ eius ab eccl'ia eliminati sunt:et oīs progenies et plantatio a radice auulsa per cetera regna tanti iudicij circūferēs querimonias exulauit. ¶ Rex Sicilie Rogerius sol' de principibus Inno. nō obediēs/misit ad Petrū Leonis vt Petrum Pisanū sibi a suo latere delegaret confidens in eloquentia Petri pisani. Sed abbas sanctus Bernardus ipsum Petrū Pisanū pape Innocentio recōciliauit. Post triduum Petr' Leonis impenitens morit̄:z cadauer eius in latebris sepelit̄:et vsq̄ hodie fouea illa a catholicis ignorat̄. Schismate ergo ablato:Innocentius apud aquas syluias fundauit monasterium sancti Anastasij martyris constructis ibi cenobialibus mansionibus. Et petijt a monasterio Clareuallis conuētum z abbatem mitti. Mittitur ergo illuc cum conuentu a Bernardo Eugenius Pisane ecclesie olim vicedñs:et tunc monachus Cistertiēsis. Qui post aliquot annos creatus est papa vt patebit.§. Hic Inno. secundus tulit sn̄iam excōicationis cōtra inijciētes manus violētas in ꝑsonas ecclesiasticas:sic decretizās.xvij.q.iiij.si quis.vs. Si quis suadente diabolo:huius sacrilegij vitium vel crimen incurrerit:q̄ in clericum vel monachū violētas manus iniecerit:anathematis vinculo subiaceat. Et nullus episcoporū presumat illū absoluere:nisi mortis vrgente periculo:donec apl'ico cōspectui ꝑsentetur:et eius mandatū suscipiat. Istud decretū habet declarationem valde prolixā:quam habes in tertia parte titulo de excōicationibus. Ipse etiā Innocētius determinat super his cōsultus:q̄ si q̄s accipit viduā in vxorem etiam ante baptismū:non pōt ꝓmoueri q: bigamus. di.xxxiiij. si quis viduam. Itē q̄ si quis ante baptismū habuit vnā vxorē:et post baptismuz aliā/etiā si virginē:vere est bigamus. z promoueri nō pōt vt di.xxvi. deinde. Item q̄ baptizati vel ordinati ab hereticis scienter non admittuntur ad clerum.§.q.§.vētum. Et hoc nisi baptizati sint:in casu necessitatis ab eis. Idem. xxiij.q.iiij. quesitum ait. Quesitū est sup̄ his qui post baptismum administrauerūt.s. iustitiā in causa sanguinis:aut tormenta exercuerunt:aut etiā capitalē sn̄iaz tulerunt:scilicet vtrum tales peccent. Et respondet. Nihil de his legimus a maiorib' definitū.s.q̄ peccēt:meminerāt eñi a deo potestates has fuisse concessas:z ꝓpter vindictā noxiorum gladiuz fuisse ꝑmissum:et dei ministerio esse datuz in hm̄ōi iudices. Quō igit̄ reprehenderet factū:qd̄ authore deo videtur esse concessum:' vbi glos. Reuera tales nō peccant:si amore iustitie hoc faciunt:z habeant potestatem ad hm̄ōi. Item Innoc. xxxv.q.ix. sententiam ait. Sententiam Romane sedis non negamus posse in melius commutari:quum aut surreptuz aliquid fuerit:aut ipsa ꝓ consideratione etatū z tēporū seu grauium necessitatum dispensatione quedā ordinare decreuit:q̄m z egregiū apl'm Paulū quedā fecisse dispensatorie legimus que postea reprobasse legit̄:qd̄ tñ obseruādū est:q̄ñ illa Romana videlz ecclesia disertissima consideratione hoc fieri delegerit non q̄ñ ipsa que bene definita sunt retractare voluerit. Idē.c.seq. Graue nō oportet videri pijssimis mentib' vestris cuiusquā retractare iudicium:quia veritas sepius exagitata magis splendescit in lucem:et pernicies reuocata in iudicium grauius z sine penitentia condemnatur. Nā fructus diuinus est, iustitiam sepius recenseri.

§.V. Innocentio secundo viaz

vniuerse carnis ingresso:assumit̄ ad summi pontificij gradū. Celestinus secundus:qui prius Guido dicebat̄ sancti Marci presbyter cardinalis:natione Tuscus:patria Castellanus e castro Felicitatis qd̄ nōnulli ciuitatē Castelli esse affirmāt Typhernum ab antiquis appellatū. Anno dñi. M.cxliij. Ab initio vero mundi quinquies millesimo.cix. Secundum aliā computationem sexies millesimo.cccxlviij. Sedit autez mēsibus.v. vnde ꝓpter breuitatem tp̄is sui pontificatus de eo

Marginalia: Innocē' scd's papa. / Beatus bernardus. / Anacletus antipapa. / Cōcilia apd̄ frācos celebrata. / Philippi Francorū regis obitus. / Girardus Angolismēsis ep̄s fautor schismatis. / Petri Leonis antipape mors ignomiosa. / Celestinus secundus papa.

nil reperitur adnotatū. Et fuit in numero pontificū. clxxij. Circa illud tps vl' paulo ante Senonis psente Ludouico rege francie fit episcopoꝝ ⁊ abbatū religioſoꝝ cōuentus

Petrus abaelardus hereticus damnat.

ptra Petrum Abaelardum (al's Baliarduz) qui scandalizabat eccleſiā pfana quadā nouitate verboꝝ vel ſenſuum. Et hic ab eis interpellat' quū eſſet de iuſtitia reſpōſurus: veritus audiētiā aplice ſedis appellauit. Et ſic euadēs nō multo poſt Callidone apud ſanctū Marcellū obijt. Hic Petrus Abaelardus: vt refert Uincē. ſpecu. hiſt. lib. xxviij. magiſter inſignis fuit celeberrimus in opinione ſcientie: ſz de fide p fide dogmatizans. Huius ſcripta incēdio: ⁊ ſcriptorem ſilentio: Innocentius ſcōs condēnauit. Et ad Innocentiū papā ſic ſcribit Bernardus de hoc petro. Habem' in Frācia nouū de veteri magiſtro theologū: qui ab ineunte etate ſua in arte dialectica luſit: ⁊ nūc in ſcripturis ſacris inſanit. Qui noua ſemp inquirit: ⁊ que nō inuenit: fingit. Hic in primo theologie vl' potius ſtultilogie limine fidem definit eſtimationē: vt putemus in fide noſtra aliquid (vt is putat) dubia eſtimatione pendulum: ⁊ non magis totum qō in ea eſt/certa ac ſolida veritate ſubnixum: miraculis ⁊ miraculis diuinitus perſuaſum: ſtabilitum: ⁊ conſecratum partu virginis/ſanguine redemptoris. gloria reſurgentis. Teſtimonia iſta credibilia facta ſunt nimis. Clamat apoſtolus. Scio cui credidi: ⁊ certus ſum. Et tu mihi ſubſibilas/Fides eſt eſtimatio? Tu mihi ambiguum garris quo nihil eſt certi? Sed ⁊ Auguſtin' aliter. Fides ait: non cōiectando vel opinādo habetur in corde in quo eſt ab eo cuius eſt: ſed certa ſcientia acclamante conſcientia. Ceterū Fides (ait ap'ls) eſt ſubſtantia rerū ſperandarum/non inaniuz phātaſia coniecturarum. Academicorum ſunt iſte eſtimationes: quorum eſt dubitare de omni bus: ſcire aūt nihil. hec Bern̄. Capitula in libris ei' reprehē ſibilia adnotauit beat' Bernard' in epl'a quam de illo ſcripſit ad Innocētiū papam ſcōm. Libri tñ huius a multis curioſe ſeruantur: quib' aque furtiue dulciores ſunt: ⁊ panis abſcōditus ſuauior. Ego in eis multa reprehēſibilia inueni. Huius Petri aliq̄s diſcipulus fuerat Gaufridus Altiſiodorenſis qui multo tpe fuerat notari' beati Bernardi. hic inter cetera de eodē petro dicit. Ego aliq̄n mihi magiſtrū fuiſſe recordor: qui cum pedibus ⁊ inteſtinis nihil amplius de agno paſchali aut ipſe vorās/aut diſcipulis exhibēs: ⁊ ſe pariter ⁊ ſuos nō modica eius parte fraudabat. Siquidē p̄ciū redemptionis euacuās: nihil aliud nobis in ſacrificio paſſionis dñice cōmendabat: niſi virtutis eius exemplū ⁊ amoris incentiuū. Quod em̄ ſcripture phibēt de ptāte diaboli p̄cioſo ſanguine illo humanū genus eſſe redēptū: in eo ſolo conſtare dicebat q̄ exemplū nobis exhibitū eſt vſq̄ ad mortē p veritate ⁊ iuſtitia certādi: ⁊ adhibitum eſt velut quoddā incentiuū amoris/quum ex impenſo amore occaſio data eſt redamādi: quaſi vero ⁊ hec duo in moꝛtib' ꝓphetaꝝ p veritate ⁊ iuſtitia occiſoꝝ: nobis aūt exhibita nō ſint. Et quidē magna hec ⁊ vera: ſed nō ſola. Bñdictus deus qui ſimul ⁊ ſicut vobis ita ⁊ mihi magiſtrū dedit poſtea meliorem: per quem p̄oris redarguit ignoꝛātiam: iſolētiā ꝓfutauit. Ille em̄ tāq̄ verus Hebreus auide prorſus vorabat: ⁊ vorandū nobis ſolicite cōmendabat caput agni cum pedibus ⁊ inteſtinis: ſic imitandum dominū predicans patientem: ⁊ ſic redamandū amantem: ⁊ principalem huius ſacrificij cauſam: velut agni caput redemptionē in eo prefiteretur ⁊ adoraret humanam. Eria namq̄ ſpecialia chriſtus nobis i ſua paſſione exhibuit. exemplum virtutis: ⁊ centuū amoris: redemptiōis ſacramētum: quod tertium euacuāti hereticō nihil pdeſſe cetera poterunt. Sine cauſa enim pro virtute certauit vſq̄ ad mortē nobis patientie prebens exemplum. Et ſine cauſa exhibuit ⁊ commendauit huiuſmodi immenſe dilectionis affectum: ſi non recipit olim iam dicta captiuitas copioſe redemptionis effectum. Gaufridus contra Petrū olim magiſtrū ſuum

De hoc ſit mentio in chroni cis Frācie et ōr

fortiter ⁊ catholice ſcribit. Eo tempore Hēricus germanus Ludouici regis Francie apud Claranuallē monachus effectus eſt. Qui non multo poſt ad epiſcopatū Bellouacenſem aſſumptus eſt. Et Joānes de temporib' moꝛitur: qui annis ccclxj. vixerat a tēpore Caroli magni cui' armiger fuerat.

§. VI. Anno domini milleſimo

q̄ fuit ō domo nobiliū delectaining ō qua domo nūc ſūt duo reueren di frēs

cxliij. Celeſtino de hac luce ſubtracto: ſuſcepit Romanam eccleſiam. clxxij. regendam Lucius Bononienſis: qui prius Gerardus dicebatur: et cancellarius erat. Et quia intra annum deceſſit: non reperiuntur a ſcriptoribus geſta eius inſinuata: Niſi quod refert Joan. de col'. videlicet q̄ quū Romani qui arbitrio ſummi pontificis regebantur: ſenatum longeuis temporibus collapſus fuerat et pene obliuioni traditus: ſubluminare decreuerunt. Et quum hoc Innocentius ſecundus impedire voluiſſet: morte preuentus hoc agere non valuit. Sed Lucius iſte Bononienſis Innocentij voluntatem ſequutus/contra Romanū populum ſenatum abolere diſpoſuit. Unde ingenti militia congregata Capitolium: vt inde ſenatores expelleret: inuaſit. Sed populus Romanus ad arma concurrens papam cum ſuis Capitolio expulit vbi papa (vt refert) lapidibus atteritus: poſt modum officium paſtorale exercere non potuit. Sz nō multo poſt. ſ. poſt vndecimū mēſem ſui paparus diē clauſit extremū. Eodē anno in Frācia fames magna inualeſcit. Et ſanctus Bernar. in Alemannia multas virtutes facit: vt apud vrbem Spirenſium tantus erat concurſus: vt Conradus rex ſeu imperator ne populus eum cōprimeret: depoſita chlamyde eū in proprias vlnas ſuſcipiēs de baſilica aſportaret. Per idem tempus in Alemannie partibus admirabilis quedam virgo puerte etatis erat: cui tantā diuina virtus gratiā cōtulerat: vt quum laica ⁊ illiterata eſſet: mirabiliter tñ rapta frequentius in ſomnis diſceret non ſolum quod verbis effunderet: ſed etiā quod ſcribendo latine dictaret: vt hec dictādo catholice doctrine libros conficeret. Hec aūt fuit inquit vincen. ſpecu. hiſto. vt exiſtimo ſancta Hildegardis: que multa fertur predixiſſe de futuris: ad quā etiā beatus Bernardus ſcripſiſſe dr. Hec ad Colonienſes ſcribens de futura clericorum tribulatione: dicit q̄ clerici gloriam abſq̄ merito volūt habere: ⁊ meritū abſq̄ opere. Circa hoc tēpus Guilielm' puer in Anglia crucifigit a Judeis in die paraſceue in vbe Noꝛwuicho: de quo talis viſio legit vt refert Uincen. ſpe. hiſtorum. xv. dormiens vidit virum ſplendidum dicētem ſibi/Sequere me. Et cepit mox vmbram videre terrā a leua: ſed exleui viſione ductoris ſui confortatus eſt. Deinc vallez: vidit tenebroſam habentem hinc ignem: illinc aquam frigidiſſimā vbi anime de vno in aliud ſemper tranſibant. Poſt deduxit ille ſenioꝛ ſplendidus puerum ad alia tormēta vbi vidit ſedilia infinita ignea: ⁊ plebez innumerata eiſdē ſedib' impleri ⁊ demones monetā flammeā de ſacculis pferebāt: ⁊ in oꝛa ſingulorū proiiciebant: quā illi p fauces ⁊ guttur eiiciebant: ſz demones iterū in oꝛa reingerebant. Poſtea vidit a demonibus carnes que pfecti hoīs formā habere videbantur in caldarias proiiciꝛ: ⁊ ſub momēto quaſi moꝛ nati infantes apparebant. Ihe fuſcinulis ignitis a caldarijs erecte ſtatiz in prioꝛem etatem tranſformari videbantur. Et ſic ſepius in caldarijs retoꝛquebantur. Ductus inde ad alium ignem vidit innumeros homines in eum piectos in ſingulis iuncturis diſſoluiꝛ: iterū eis de flamma ereptis ad loca ſua reuerſe ſunt iuncture. Poſtea vidit multos ſuper rotas volubiles affigiꝛ viros per viriliaꝛ feminas per genitalia mēbraꝛ omnes clamabant/Ue ve. Poſt hec vidit multos ſup ſedes igneas q̄ſi fures in campo ſuſpenſos capitibus deoꝛſum. Alij frigoꝛe morientes / veſtes ſubterpoſitas videbāt: ſed tāgere nō valebāt alij fame cruciati cibos delectabiles ſubterpoſitos tangere non poterant. Et in quacunq̄ neceſſitate poſitis alijs non ſubueneranꝛ: in eadē nulla ꝓſolationem recipiebāt. Poſtea vidit tartarum aptū: qui videbatur in deſceſu profundioꝛ q̄ ſit longitudo vie a Doꝛoberma in Londoniaz. Ibi hoſtis antiquus ſedebat in medio flamme in ſex partes diſtēt'. Quū autem puer ſtaret iuxta oꝛam putei tremens: teter ſpiritus qui ſiniſtro lateri eius ſemper ab egreſſione domus ad heremū: cepit eum accuſare dicens: Omnia prauа huic puero ſemper ſuggeſſi. Ea vero que puer cōfeſſus fuerat añ paſcha nam poſt paſcha accidit hoc oīno tacebat. Tot tñ ⁊ tanta crimiba illi obiecit: vt ad eternā dānationem ſufficere crederentur. Tunc ad admonitionē ductoris quum puer ſigno crucis ſe muniret: puteus non cōparuit. Ductoꝛe vero illo recedente/puer diu in tenebꝛis ſtetit tremens. Reuerſus aūt ductoꝛ puerum ad lucidum ſplendoꝛē duxit: ⁊ ſtatim apparuit murus infinite longitudinis ⁊ latitudinis: in quo nullus patebat aditus. Uenientes illuc in momento vltra ſe raptos inueneruntꝛ. In patria illa deſiderabili apparuit domus rotunda: que. xij. portas habebat ſicut in Apocal'. eſt ſcriptum. Ab oriente poꝛte tres ꝛc. Hanc ingreſſi tam amplam viderit vt quotquot in mundo ſunt: decimam partē eius implere non poſſent. Ibi multos in magna gloria videbat: ſed alij alijs gloꝛioſioꝛes. Tunc vidit decem beatoꝝ cateruas. Uenies aūt ad oꝛientalem poꝛtā/circa medium oſtij vidit altare quoddā circa q̄ viri ſplendidi ſedebant: qui oēs tanq̄ vni preſtantiſſimo famulabantur. Ille coꝛonam habebat in capite. xij. cruciſbus aureis inſignem. Puerū in hac viſione letantem alloquitur ductoꝛ ſuus dicens. Hic tibi locus erit ſi bñ viveris. Sciaſq̄ hunc eſſe puerū Guilielmum quem Judei apud noꝛwichum crucifixerūt. Recedente ductoꝛe moꝛ ad coꝛpus lucet renitens ſpiritus reuerſus eſt. In ſecunda feria circa noꝛnam doꝛmire cepit. In tertia feria circa tertiam in faciem ſe erigens ſignauit ſe: ⁊ q̄ſi ſez tartarum vidit apertum ⁊ in quinta feria circa meridem reuixit.

rhodien ſis alter angloliſ mēſis ⁊ canoni ci Lu' gdunē ſes.

De ſcō Bernardo.

Sancta Hilde gardis.

De infe ris ⁊ pe radiſo viſus n il rabile.

§.VII. Successit Lucio in sede

Petri Eugenius.iij.anno dñi.M.cxlv. In numero pontificū Romanorum.clxxiij. Hic de Claraualle fuit monachus: natione Pisan⁹: discipulus beati Bernardi. Qui ad vrbē missus ē de claraualle: vt abbas instituerek in monasterio sancti Anastasij extra Romam: quod monasterium constructū fuerat ab Innocentio secundo. Et dum ibi abbas existeret: electus est in papam. Hic ergo ex insperato a cardinalibus electus: statim propter metum senatorum qui contra preces sortis sui voluntatē a populo Romano fuerant electi. ad monasterium Farfense se transtulit. ibiq; vocatis cardinalib⁹ z prelatis munus consecrationis accepit. Hunc quum ante simplex esset: deus mirabili gratia perfudit z elegantia. Hic rexit ecclesiam annis octo: z mensibus. vij. diebus. xx. Sed contra hunc Romani Jordanem patritiū z senatorem erigētes ipsum ab vrbe deturbant. Qui seditionem ortam cernēs in populo: puluerem pedum in litigantes excussit: et eis relictis in Franciam venit. in cuius comitatu multa signa fecit beatus Bernardus. Ad hūc papam scripsit idem vir sanctus librum de cōsideratione. Liber vtiq; multe subtilitatis z vtilitatis z eloquentie. Sub isto Eugenio tertio translat⁹ est liber Joannis Damasceni presbyteri de greco in latinum a Burgundione iudice ciue Pisano. In quo cōtinetur ortho dore fidei traditio in quatuor libros diuisa: centum capitulis distincta. Hic tamē de processione spiritussancti a filio cū Grecis non fideliter sensit. Potuit tamē excusari et heresis virus: qz tempore suo nondum erat ab ecclesia determinata materia illa: vt dicit Thomas in summa. ¶ Anno autem domini. M.cxlviij. Remis concilium sub Eugenio celebratur. In quo concilio publice confutauit beatus Bernardus magistrum Gilbertum cognomento Porretanum disputando cum eo singulariter: tanq; sui temporis singularis athleta. Hic Gilbertus erat Pictauorum episcopus in sacris literis plurimum exercitatus: iz sublimioza se scrutatus ad insipiētiam sibi. Siquidem de sancte trinitatis vnitatis z diuinatis simplicitate / nō simpliciter sentiens: nec fideliter scribēs discipulis suis panes proponebat absconditos z furtiuas aquas. Nec facile quid saperet: immo quātū desiperet / a personis authenticis fatebatur. Timebat enim quod apud Senones Petrum abaelardum ei dixisse ferunt. Nunc tua res agitur: paries quum proximus ardet. Nouissime quum super hoc iam fidelium inualesceret scandalū: cresceret etiā murmur / vocatus ad medium est: z librum tradere iussus in quo blasphemias euomuerat graues quidem: iz verborum quodam inuolucro circunseptas. Sanctus quoq; Bernardus p mum quidem totum qō ille verborum cauillationib⁹ occultare videbatur: subtilibus interrogationibus eliciens: deinde tam suis ratiocinijs / q̄ sanctorum testimonijs biduana disputatione redarguit. Considerans autem nonnullos ex ijs qui presidebant: tam quidem aduententes blasphemiam in doctrina: adhuc tamen auertentes iniuriam a persona: accēsus est zelo: z domesticam sibi gallicanam seorsum cōuocat ecclesiam. Communi deinceps consilio a patribus. x. puinciarum: aliis autem episcopis z abbatib⁹ plurimis. dictante viro dei / nouis dogmatibus opponitur symbolum nouū. cui etiam subscribuntur nomina singulorū: vt eorum videlicet omniū sicut erat irreprehēsibilis: sic irreprehēsibilis ceteris zelus innotescat. Jam demū apostolico iudicio z authoritate vniuersalis eccl'ie error ille dānatur. Eps Gilbertus an ei dē dānationi cōsentiat interrogat. Cōsentiēs z publice refutans q̄ prius scripserat z affirmauerat: indulgentiā ipse cōsequit. maxime q̄ ab initio fassus fuisset ea lege se eādē disputationē ingredi: vt permitteret sine vlla sese obstinatione p ecclesie sancte arbitrio correctuz libere opinionē suam. Horū duorum magistrorum Petri videlz Abaelardi z Gilberti Porretani quidam discipuli nimium zelantes p ipsis / beato Bernardo z toti ordini Cistertiēsiū z postea detrahere ceperunt. Idē Eugeni⁹ quedā decreta edidit, vnde dicti. xxxvij. ex quibusdaz ex synodo Eugenij pape oz. De quibusdā locis ad nos refertur: neq; magistros neq; curā inueniri pro studio literarū. Idcirco ab vniuersis epis subiectis plebibus z aliis locis in quib⁹ necessitas occurrerit: omnino cura z diligētia habeatur vt magistri z doctores constituank. qui studia literarum. liberaliūq; artiū dogmata assidue docēt: qz in his maxime diuina manifestantur a declarantur mandata. Idem de monachis. xvj. q. j. placuit. Placuit communi nostro concilio: vt nullus monachoz pro terreno lucro de monasterio exire nefandissimo ausu presumat: neque penitentiam daret neq; filiuz de baptismo suscipere: neque baptizare: neq; infirmū visitare: neq; mortuū sepelire / neq; ad ecclesiā seculares trāsire / nec quibuslibet negotijs sese iplicare. Sit claustro suo cōtentus: qz sicut piscis sine aqua caret vita: ita sine monasterio monachus. Sedeat itaq; solitari⁹ z taceat: qz mūdo mortuus est: ideo aūt viuit. Agnoscat nomē suū. Monos enī grece: latine vnus: achos grece: latine tristis. Sedeat igitur tristis et officio suo vacet. Idē. xxvij. q. ij. si vir z vxor. ex synodo Eugenij. Si vir et vxor diuertere pro sola religiōis inter se cōsenserint vita: nullaten⁹ sine cōsciētia epi fiat: vt ab eo singulariter p iuiso cōstituank loco. Nā vxore nolēte: aut altero eoz: ēt p tali re mīmonij nō soluit. demū Romā reuers⁹ cū summo honore a pp'o recipit: z post modicū migrauit ad dñm.

§.VIII. Deficiēte Eugenio col

Anastasius.iij.

locatus est in sede Romana Anastasius natiōe Roman⁹: patre Benedicto: abbas antea sancti Rufi Veliterne diocesis. clxxv. anno dñi. M.cliij. Et anno nō completo appositus est ad patres suos. de quo nil reperi noratū. ¶ Bartholemeus Laudunensis epūs. xxxviij. anno sui epatus contēpto mundi schemate: in quodā monasterio induitur monachali habitu. Qui quum sederet aliquando cum alijs monachis ad collationem: aspexit quendam monachum tardius atq; lentius ceteris venientem: in grūq; paruulum iuxta eum gradiētem ac per cuculli tenētē. Oōquū abbati retulisset: didicit ab eo q̄ ille monachus valde negligens esset. Vincen. spe. histo. ¶ Sed circa illud tēpus floruit quidā sctis vir Petrus nomine Tarētasiensis epūs sctitate z miraculorum gratia insignis Implacabiles inimicitias z odia inueterata frequēter extinxit: z grauia admodū bella cōpescuit. Desperatas etiaz recōciliatiōes inter maximos etiā principes / domino cooperante z sermonem confirmante sequentibus signis effecit. Hic vt refert Vincē. spe. histo. li. xxvij. c. cxxv. in itinere quo accessit ad regē Anglie pro quadā pace cōponēda: stupendū miraculum operatus est apud sctm Symphorianū: quod est castrū Lugdunēsis eccl'ie. Ibi essi quū esset: quidam vir fidelis Petrus. s. de Fraxineto notus z honorat⁹ eum ad hospitium suū aliq̄ quasi vim faciendo ptraxit. Huic filia inuencula erat miserabili incōmoditate laborās. Egerat essi quedā mulier malefica p nequitiā inuidie socrus inducta: vt languore tepesceret desperato: nec viri sui presentiā nec aspectū vllatenus tolleraret. Affectione aūt muliebri genitrix persuasa: vt sathanas sathanā ejiceret: famosum quendam maleficū accerssiuit. Adfuit: explorauit: agnouit: iuuēculā asserens inferratam: terit arborū cortices et pocula verbis z herbis infecta ppinat. Mordet etiā pprijs dentibus brachium misere mulieris in duobus locis. s. circa frontem brachij: ita vt vtraq; morsura. s. superior z inferior distaret a fronte brachij quasi vno palmo. Res noua res mira. ab illo siquidē languore conualuit: sed non plene. Nam interdū velut ex cor de sentiens acus procedere: cruciabatur atrociter: donec per superiorem morsuram brachij quam nulla cicatrix sicut nec inferiorē obduxerat: acus educeret vis occulta. Jam in hunc modū plures per tēpoz interualla quasi. xxx. acus pdierāt: quedā (vt vulgo oz) excapsate: quedā admittendis idonea filis formina preferentes. Exhibetur igitur viro sancto a patre filia: cuius ei lugubrem explicat tragediā. Et ecce mox ea dē iuuencula sentiens actum gemebunda deplorat: ad quam accedens vnus ex fratribus laicis viro dei seruiens / cruentā extraxit: annis pluribus ad testimoniū conseruatam. Orat sanctus Petrus: z locū vulneris tangens in virtute dei pollicetur nec ferrū nec chalybez vltra processurum. Factumq; est ita: sed mutata est materia / malitia nōdū extincta penitus p alterā brachij morsurā inferiorē / quā vir sanctus nondum tetigerat: qz nec adhuc aliquid inde exierat. Ceperunt sudes lignei paruuli quos vulgo brocas vocāt: ex querno roboze vel fraxineo pro ferreis acubus egredi: grossiores spinis et modico longiores. Nec tamen omnes vnius longitudinis vel grossitudinis: sicut nec acus fuerant. Sedecim iam intra annum z paucos menses ex muliere ligna prodierant. Adfuit deinde reuerendus antistes Petrus: cui diuinit⁹ seruabatur tanti miraculi plenitudo. Offertur mulier missarū solennia celebranti: sicut preceperat vespere precedenti. Eadem hora decimumoctauum ex carne mulieris lignum egreditur: quod sub oculis oīm capellanus extraxit. Confitentez itaq; mulierē presul absoluit: z sacram ei tradens eucharistiam: ab omni deinceps cuiuscunque maneriei pgressu iubet eā esse securā. Sicq; ab omnibus prestigijs liberata / adhesit viro suo: liberosq; pcreauit: virtutēq; viri sancti quam experta fuerat in se: multis predicauit.

§.IX. Anno aūt domini Mille

Hadrianus.iiij.

simo. cliij. Ab initio autez mundi sm maiorem computationem sexies millesimo. cccxxxvij. ad summum pontificatus apicem vocatus est Hadrianus natione Anglicus: qui prius dicebatur Nicolaus. Et sedit annis. iiij. mensibus. ix. diebus viij. Hic prius fuerat monachus z abbas in monasterio san-

Eugenius papa.iij. venit in Fráciā.

Exāsiatio libri Joānis damasceni.

Cōciliū celebratum Remis in Fráciā.

Papalis dignitas onus est grauissimum.

eti Rusi apud Valentiam: de quo Joannes Saresberiensis qui erat et' multum familiaris sic ait. Audiui Hadrianum' dicentem q̄ Romano pontifice nemo est miserabilior: cōditione eius nulla miserior. Fatebatur essi in illa sede tātas se miserias inuenisse: vt facta collatione presentium: tota preterita amaritudo vite iucunditas ꝛ felicitas ei fuerit. Somnosam, dicebat cathedrā Romani pōtificis magnis ꝛ acutissimis vsq; quaq; conserta aculeis: tanteq; molis/vt robustissimos p̄mat/terat/ꝛ cōminuat humeros. Coronam ꝛ phrygiū tiaram merito videri quoniam ignea sunt. Secq; nūq; a natali suo Anglie solo malle exhisse: aut in claustro beati Rusi apud Valentiam perpetuo latuisse: q̄ tātas intrasse angustias: nisi quia diuine dispensationi reluctari non auderet. Hoc etiam mihi sepissime adiecit: q̄ quum de gradu in gradum ex claustrali clerico per omnia officia ad summum pōtificium ascendisset nihil vnq̄ felicitatis aut trāquille quietis vite priori adiectum est ab ascensu: Et (vt eius vtar verbis incūde inquit) ꝛ malleo semp dilatauit me domin⁹. Sz nunc oneri quod infirmitati me imposuit: si placet supponat dexteram: quoniaz mihi importabile est. Nōne misericordia dignus est qui pugnat pro tanta miseria? Sic ditissimus qui electus est sequenti die pauper est: ꝛ infinitis pene creditoribus tenebitur obligatus. Ambire ergo summum pontificium: ꝛ non sine fraterno sanguine ad illud etiam ascēdere: est Romulo succedere in parricidijs: nō petro in ouibus pascendis. Bene ergo dicitur nō tam noncupatiue, q̄ etiā substantiue summus pontifex seruus seruorum. Seruiat enim seruis auaritie: id est Romanis necesse est: tadeo vt si non seruierit: fiat aut expontifex aut extromanus. Hec refert Helinandus. Anno dñi. ¶ M.clvj. signū crucis apparuit in luna Alberic⁹ miles Bellouacēsis p̄ fide martyriuz patif. Anno sequēti tres lune vise sunt ꝛ in medio signū crucis. Anno sequēti nonis Septēbris tres soles visi sunt parte occidētali. Sz diei q̄ erat medi⁹: remāsit vsq; ad occasuz deficientib⁹ alijs duobus. Uincen. specu. histo. Vapores sunt illi duo aliquando miraculose aliquando naturaliter euenientes. Hic excōmunicauit Guilelmum regem Sicilie: propter qō ira repletus dictus rex/misit exercitum ad obsidendum Beneuentum ciuitatem ecclesie in Appulia. Quam ob rem Hadrianus imperatorem Grecorum vocauit cōtra eum: ꝛ plures p̄ncipes exiliatos a rege incitauit contra eum. Qui discurrētes per Appuliā plures ciuitates ceperunt. Dominus autem papa ijs per omnia fauens se receperat in Beneuento. Hec audiēs rex Guilelmus q̄ citissime ex vniuersa Sicilia vbi' tūc erat: cōgregatis copijs militaribus in Appuliā trāsfretauit. Qui statim in primo sui aduentu Grecoz copias fudit: quorum duces captos vinculis alligauit/ Potitus ergo victoria vniuersam regionē que ab eo defecerat in suam potestatē redegit. Quo facto copias suas ad Beneuētum dixerit: atq; ciuitatem vndiq; obsidione vallauit. vbi tam dominum papam q̄ cardinales ꝛ ciues vniuersos tantis affecit molestijs vt de p̄pria salute redderet valde solicitos. Sed quibusdam se interponentibus: pax inter eos reformata est exclusis omnibus illis a federe qui pape persuasionibus tantis periculis se immerserant. Uidentes igitur predicti nobiles viri q̄ō contra spem eis accedisset: anxie exquirere ceperunt quo nam pacto sine periculo regnum exire valerent. Et comes quidē Roberrus de Basculla cum quibusdam alijs ad Fredericum imperatorem in Alemanniam se contulerunt. Princeps vero Capuanus qui etiam contra regem Sicilie se exexerat: ceteris infelicior dum Barilianum ire nauigio separaret: a fautoribus regis Guilelmi captus/idem regi presentatus est. A quo statim liminibus priuatus ac in carcere positus post modicum miserabiliter vitam finiuit. Hadrianus autem papa postq̄ cum Guilielmo rege Sicilie pacem composuit/Romam regressus est. Contigit autem quendam ex cardinalibus Rome a quibusdam sceleratissimis vulnerari. Quam ob causam vsq; ad condignam satisfactionem totam vrbem papa ecclesiastico suppposuit interdicto. ¶ Florebat etiam tunc temporis Theobaldus Cantuariensis archiepiscopus de Beccensi monasterio assumptus: vir per omnia laudabilis et magnificus: ꝛ tam in secularibus q̄ in ecclesiasticis negotijs expertissimus. Thomas autem archidiaconus Cantuariensis: qui postea fuit archiepiscopus post eū: per industriam huius Theobaldi factus est regis Henrici cancellarius.

Papa ꝛ Guilielmi Sicilie regis dissidiū

Theobaldus Cantuariēsis archiepiscopus cui successit dus Thomas.

Schisma.

§. X. Ex hac luce subtracto Hadriano: cardinales inter se discordantes duos in pontifices elegerunt: scilicet Rolandum cancellarium qui Alexander tertius dictus est natione Senensis: ꝛ Octavianum quem vocauerunt Victorem. Et qua re ecclesia catholica schisma te laborauit diu. Et ob hanc causam principes seculi vacillantes: quidam vnit: quidam alteri adheserunt. Et Frederic⁹ imperator Octauiano cum epis suis adhesit. Rex vero Francorum Ludouicus ꝛ rex Anglorum Henricus cum suis Alexandrum in patrem ꝛ dominum susceperunt: sed deo volente Octauianus qui ꝛ Victor a suis dicebat: post modicū tēpus de medio sublatus mortuus est. Cui statim q̄ qui Octauiano adheserant: in pertinacia ꝛ contumacia perseuerantes Guidonem quendam elegerunt in papā: qui paschalis dict⁹ est. Et hic iusto iudicio dei viuente adhuc Alexandro mortuus est: quo sepulture tradito: per eosdem ordinatus est Joānes qui se Calixtum vocauit. Et eo mortuo factus est papa ab illis schismaticis quidam Lando nomine: cui Innocenti⁹ nomen impositum est. Hi tres fuerunt presbyteri cardinales: ꝛ per papam Alexādrum excommunicati mala morte perierunt. Demum ablato schismate: solus remansit Alexāder verus summus pontifex declaratus ab omnibus. Sedit autez in cathedra Petri annis. xxij. In nūero pontificum. clxxvij. Statiz aūt post creationem suam quū persequeretur eū fredericus imperator qui fauebat illis antipapis: refugit ad frācos a quibus honorifice est susceptus: vt verus papa a rege Francorum ꝛ Anglorum: ꝛ bello partes eius tuebanturz: ad uersarij confusi sunt ꝛ deleti. Hic concilū generale celebrauit Turonis in Gallijs. Et sanctorum catalogo adscripsit beatum Bernardū abbatem Clareuallis: super hoc scribēs epistolā in commendationem vite eius ꝛ doctrine regi Francie Ludouico: ac etiā oibus epis per orbē ꝛ prelatis alijs: festuz eius mādās celebrari die obitus sui. Anno dñi. M.clxiij. Alexander papa tertius venit in Galliā. Et paulo post sanctus Thomas Cantuarensis archiepiscopus exul ab Anglia aufugit in Franciam. Et primo apud Pontiniacuz exulauit. Et vt refert Uincen. specu. histo. lib. xxx. ꝛ Jo. de col'. venit dictus beatus Thomas de Pontiniaco Senones ad papam Alexandrum: afferens secum consuetudines regis Anglie scriptas propter quas exulabat: quia nolebat eas seruare quū essent inique. Easq; tenes in manibus/chartam explicatam et extēsam ante pedes eius posuit dicens. Ecce sancte pater sacre immo sacrilege consuetudines regis Anglie canonibus ꝛ decretis ac etiā ipsorum terrenorum principum legibus aduersetur: quibus exilium sustinere cogimur vt eas sctē paternitati vestre ostenderemus: ꝛ consilium super hic haberem⁹ huc aduenimus: iubeat igitur si placet sanctitas vestra eas legi ꝛ audiri. Quisquis essi ista audiet: mirum est si non tinniāt ambe aures ei⁹ audiētis a christianis p̄ legem xp̄ianitatis agit: ꝛ dānatis sanctorum patrū venerandis institutis: nouas ꝛ inauditas tyrānoz veterū p̄sumptas abusiones in ecclesiam introduci. Hec quum flexis genibus dixisset: iubēte papa surrexit: steritq; in medio circunstante eum turba clericorum suorum. Quumq; ad preceptū dñi pape consuetudines ille legerentur: ꝛ q̄ legebat primū p̄nūtiasset capitulum: cepit venerandus antistes contra ꝓpositū capitulū mirabiliter disserere: ꝛ regis in hoc intentionē plenius elucidare et detegere: ostēdēs ꝛ cōuincēs ex decretis ꝛ legibus in quibus et in quātis qō p̄nūtiatū fuerat: sanctorū patrū canonibus obuiaret: quantūq; discrimen ecclesie dei immineret: ꝛ si rex qō intendebat obtineret: similiterq; ad singula capitula dño papa libenter eū audiente: ꝛ assertiones ei⁹ per singula diligēter notāte. Cardinales tū quia accepta a rege pecūia partes eius fouebant: multam vexationē beato viro in sua causa p̄stiterunt precipue Guilielmus Papiensis: qui regi erat amicitior ꝛ familiarior. Hic enim beatum virum modis omnib⁹ impedire satagens: ad singula insurgebat: eiq; se obijciebat multa proponens: ꝛ multa inquirens: que vir venerabilis velut fila aranearum sine difficultate ꝛ hesitatione: vel soluebat vel conuincebat. Putabat enim idem Guilielmus quod ipse archiepūs oratione vteretur aliena et non propria ꝛ si poset ei⁹ a tramite sui sermonis deflectere: continuo cum ludrio ꝛ cōfusioni habendū. Sed ipse sanctus intelligēs Guilielmum sibi ex directo obniti: aliquoties eū reciproco sermonis excursu ita suis intricauit ꝛ illaqueauit obiectiōibus vt omnibus manifestū fieret: q̄ nō solū propria vteretur viribus ꝛ dissertione: verum q̄ insuperabilis esset ingenij et eloquentie. Quūq; tam in expositione cause sue quam in contētiōe cū aduersarijs magna pars diei p̄sumpta fuisset erat: cū sedecim capitula cōsuetudinū illarum ad que stando responderat: admirans tandē dñs papa eius sapientiā: vocauit eum ad se: ꝛ iubens eū sedere iuxta se dixit. Bene veneris frater charissime. Quūq; cōgaudēs eū bene venisse sepius repetisset: gratias ei agere cepit/q̄ tm onus tanq; arduum negotiū suscepisset: ꝛ et q̄ ecclesiam dei tam periculosis temporibus cōtra tyrannoz insultus tueri ausus fuisset. Ipse quoq; venerandus antistes cū debito honore et reuerentia dño pape gratias retulit. q̄ eum tanto honore dignatus fuerit. Tunc dñs papa illas consuetudines ppetuo dānauit: et obseruato

Alexander tertius papa i frācia exulat.

Sctus Thomas cātuarensis archiepūs.

tes

res et eractores earū eterno anathemati subdidit. Vir igit dñi aliquādiu in curia morat⁹ et tandē cū licētia et consilio dñi pape Pontiniacum monast eriū Listertiense se contulit ibiq; ferme p biennū stetit et inter cetera emulationis studia etiā habitū monachalē concupiuit et accepit. Misso aūt ad dñm papā tunc apud Senones cōmemoratem secretius nuntio habitū religionis sibi ab eo fieri/benefici/et transmit Beatus thomas fitmonacus. ti postulauit et impetrauit: dño papa sic ei rescribēte. Misimus tibi frater dilecte habitum non qualem voluimus: sed qualē habuimus. Cognoscens igitur rex Anglorum Henricus in quanto honore venerandus pontifex a dño papa susceptus fuisset: et q; in Pontiniaco locus sibi mansionis elegisset: in suos inaudito crudelitatis genere debacchatus est Precepitq; vt vbicunq; aliquis de cognatione eius vir aut mulier inueniri posset: exheredatus et spoliatus bonis propriis a regno pelleretur: exacto prius ab eo iuramēto q; Pōtiniacū cōtristandi archiepi gratia proficisceret: et se ei presentaret. Huic expulsi sunt senes et iuuenes ad cognationem eius ptinētes: sed et mulieres cū pueris lactātibus: et quedā etiā grauide. Hic demū gloriosus pontifex Thomas reuersus Cantuariā ad ecclesiam suā: et cum honore magno susceptus: inde ad paucos dies gladijs impioz⁹ occubuit: vt infra dicetur. Et ab ipso Alexandro tertio sanctorum catalogo adscribitur: multis miraculis coruscādo. Anno autem. M. clxv. reuersus Romā cum honore suscipit. Sed quū Fredericus imperator veniret ad vrbē Alexander timens eius potentiā Venetias refugit vt manus eius euaderet. Sup quo indignatus impator armauit contra Venetos classem. Cui prefecit Othonē filium suū: et ad resposcendū pontificē Alexandrū misit. Verū Otho filius imperatoris primo concursu nauali prelio superatus a classe Venetorū qui iuuabant partē ecclesie sancte et Alexandri captus/ductus est Venetias. Anno aūt sequenti procurante Othone filio imperatoris qui captus erat: ablata est dissentio inter papā et imperatorem: et facta est pax. Indeq; magnus honor⁹ gl'ia secuta sunt Venetos: quibus ad futurā rei memoriā pontifex summus quedā insignia ppetuo ferenda donauit. Miror autē q; nec Vincē. in spe. histo. nec Joā. de col. de hoc faciunt mentionē. Edidit aūt pontifex iste magnanimus multas cōstitutiones in concilio primo qō Turonis Gallie celebrauit. Et in scō Lateranensi Rome celebrato. Et multas decretales fecit q; habent in diuersis titulis in decretalibus. Refert aūt Vin. spe. histo. li. xxx. q; durauit illud schisma qō fouit Frederic⁹ per annos. xvj. Sed demū ipse imperator abiurauit ipsum schisma: et publice satisfaciedo cum papa pacē cōposuit. Alexandria quoq; que est in Lōgobardia superiori inter alpiū radices vbēq; Ticinum supra Taurum amnē cōtra Ticinēses imperatori fauētes edificata tunc dicit⁹ ab hoc pōtifice Alexādro nūcupata. Huius tēpore clamauit Petrus Lombardus epūs Parisiensis qui fecit librum sententiarū scōm Vincen. specu. histo. de quo infra dicetur.

Alexandria lōgobar. die edificatur. Petrus lōbard⁹ epūs parisiēsis.

§. XI. Alexandro ad dominum

Migrāte: creatus est papa Lucius tertius: qui prius dicebatur Ubaldus: natiōe Tuscus: Luca vrbe gente nobili ortus: Ostiensis epūs anno dñi M. clxxxij. ab initio mundi secundū maiorē computationē sexies millesimo. cccl xvj. scōm vero minorē cōputationē quīquies millesimo. cxlviij. Et in numero pontificū. clxxviij. Qui sedit annis quatuor. Sz ipe Lucius a Romanis ex vrbe perturbat. Multiq; ex suis varijs iniurijs afficiunt. Nam alij excecāt: alij mitrati super asinos auersis vultibus ponūtur. Ipse aūt papa Veronam perrexit. Circa illud tps vt refert Vincen. spe. hist. apud Aurelianū ciuitatem die dñica circa festum beati Laurētij presbyter celebrans parauerat duas hostias propter viaticū: et pcesserat vsq; ad oratiōē dñicam. Videt illā quā manibus tenet rubro coloze suffusam: et sanguinem ex ea inter digitos profluentē. Eamq; sup altare in tribus locis trāspositi. Et in singulis quantū ipsa cōtinet tantumdē sanguine purpuratur. Populus accurrit. Miratur sacerdos. Illā sumit quā ipse parauerat reponendā. Rex aūt Fracie Philippus qui non longe erat: accurrit: et vidit hostiā in formam carnis liuidem: super corporale sanguinis guttas siue etiam notas quū trasferretur hostia sacra ad modū hostie circulatas. Postmodum apud castrum Charolam/eadē hostia partim carnis partim panis speciē representat: in festo scz oim sanctorū dum prioze celebrāte et volēte ipsam tripartire: frāgi non pōt: sed integra manēs p mediū est replicata. Et mox pars vna formaz carnis induit: pars reliqua in pristina forma manet. Simile quid etiā accidit apud Gozonā oppidum. Aliud etiā simile in territorio Vindocinensi. Apud Attrebatum quoq; accidit simile. Et hec mia dei credūtur tunc operata propter hereticū in Vasconia pullulantem. Paulo

Lucius tertius papa.

Sacre hostie miraculum.

Sancti Alpias

ante claruit opinio sancte Alpiadis de Cudoto: nimirum celebris: in qua effulsit miraculum eminēs ac preclarū. Nempe illi diuinitus collatū est annis multis in corpore degere: et corporalis cibi subsidio non egere. Hec quidem gñe infima: officioq; bubulca: graui admodum ac diutino prius est flagello attrita: adeo vt ppter effluentē de toto corpore saniem suis quoq; fieret in horrorem. Sed qui contēptibilia mundi elegit et infima: post longa patientie probamenta/respexit humilitatem ancille sue: et quo magis eam in camino tribulationis excoxit: eo digniorem effecit: corpus ei redintegrans spiritali alimento sustentans. Ita vero sui facta est impotens: vt non nisi ab altero moueri posset: iacens continue resupina preter caput et dexteram/membris ceteris sui vigore officij destitutis. Quumq; nulluz facile cibū posset trajscere ad trajciendum tamen viaticū naturalem meatū habebat: libere preparatum. Sic autē in corpore facta est perexilis et marcida: quippe intestinis pre longa introrsus inedia euacuatis: attamen ita venusta et corpulenta quidē in vultu cernebatur: ac si deliciarum copia frueretur. Frequēter aūt rapiebatur in excelsis: et angelo duce freta nunc penarum loca nūc beatorum percurrebat gaudia. Ad se vero redies quid et cui preferret libabat: caute spū nimirum interius docente/quid et qualiter silere debebat: quidve proferre. In solēnitatibus vero dñi vel gloriose matris eius/datum est illi plurimum sursum rapi: mundumq; et oia que in mundo sunt libero mentis intuitu contēplari. Quūq; post vnum vel plures dies de altissima illa quiete regrederetur: velut de quadam amplissima luminis regiōe in tenebras trajci: ac velut molam quādā sue mētis oculis: sicut ipsaz referentē audiuim⁹ superponi videbat. Referebatq; q; dum in illo raptu esset vniuersaliter mundū in modum pile forma circuli circūscripti aspiceret: solē terra maiorē: terram velut ouū in medio pendulam: et aquis vndiq; circuncinctā. Res vero rerūq; rationes et causas tā infinitas esse tamq; abditas: vt tanto minus vnusquisq; capiat: quāto curiosius inuestigat. Plerūq; in spū videbat absentia: plerūq; preuidebat futura. Illud aūt eo specialius quo rarius admirandū. Feminaz scz editā et educatā ruri: ruraliq; opere assuetā: tanto dono sapientie insignitā: tam prudēter in consilijs: tā circunspectā inverbis. Etem tā prudenter eloquebat: tā discrete cōsulebat: tā salubriter adhortabat: vt luce clari⁹ esset ipm qui docet hominē scientiā: in ea delegisse sedem: et in ea facere mansionē. Floruit ijs temporibus Anselmus Bellouacēsis epūs: ad cuius tumulū lāpades accense sunt diuinitus in testimonium eius sanctitatis: excepta tū vna ex illis lampadibus: cui ministrabat: vsurarius quidā pabulum olei: et illa nō potuit accendi.

Anno dñi. M. clxxij. Robertus prepositus de Brea duos epatus regebat Attrebatensem. s. et Tornacensem: filij fabri cuiusdam rustici Carnotēsis: qui vt aūt familiari demonio vtebat: per quem ad tātos honores venerat. Hic tandē a ribaldis occidit pcurante necem eius quodaz inclyto milite.

Anno dñi. M. clxxiij. acies ignee apparuerunt in celo de nocte. iij. idus Februarij. Et sequenti anno beatus Thomas Cantuariensis martyrio coronatur. Anno dñi. M. clxxvij. facta est eclipsis solis hora sexta. idibus Septembris.

§. XII. Lucio tertio in papatu

succesit Urbanus tertius patria Mediolanensis: patre Joāne. Anno domini. M. clxxxv. qui fuit in numero pontificum. clxxix. Et sedit annis tribus. Qui quum audisset Hierusalē captam a Saracenis: et christianos de illis partibus oriētis expulsos cū interitu plurimoz⁹: adeo indoluit q; pre dolore infirmatus est: ex qua infirmitate migrauit ad dominum.

Circa illud tempus vt refert Vincen. spe. histo. astrologi orientales a occidentales: scz Judei Saraceni et etiam christiani miserunt literas per diuersas mundi partes predicentes et absq; dubio asserentes in Septembri futuram validorum ventorum tempestatē ac terre motū et mortalitatem hominum: seditiones etiā et discordias: regnorum mutationes: et alia multa cōminātes in hūc modum. Sed aliter esse q; diuinādo pdixerāt manifeste pbauit euentus subsequēs rex. Et nō multū taliū iudicijs inherēdū est. tum quia difficile est determinate inuenire influxus corporū celestium ad ista inferiora corpora. et hmōi ars mathematice q; heretica habet/se immiscet. tum qz causa prima qui est deus: plus influit in effectum cause scde q; ipsa cā scda. Eo tēpore abbas Joachim de calabrie ptibus venit ad istum Urbanū papā morātem tūc apud Veronā. de quo Joachim fertur q; quū prius nō multū ab hoie doctore didicisset: donum intelligentie diuinitus accepit/adeo sic facūde ac discrete vt q̄libet scriptu Joa chim Abbas rarum difficultates vel obscuritates enodaret. Dicebat ita q; mysteria quedā apocalypsis hactenus latuisse: sed nūc in spū pphetie clarescere: sicut ex opusculo quod scripsit legēti

hys liquet. Dicit ẽm ꝙ sicut scripture veteris testamẽti ꝙnq; eratũ seculi ab Adam scz vsq; ad christũ decursarũ/ystorias continent: sic liber apocalypsis eratis sexte a christo scz incho ante decursuz exponit. Ipsamq; etatẽ sextã in sex etatuscula dispertitam/easq; singulas singulis huius libri periodis satis cõgrue designatas. Dicit quoq; hec reuelata in fine etatule quinte: atq; in primo succedere sextã. In qua scz tribulationes varias multiplicesq; pressuras phibet emersuras: sicut in apertione sigilli: in sexta libri periodo vbi de ruina Babylonis agitur/patẽter ostendit. Id vero in libello eius pre ceteris notabile ⁊ spectatũ habẽt: ꝙ mundi definiẽt terminũ intra duas generationes que sm ipsum faciũt annos. lx. arbitrat implendũ. Fertur quoq; multa scripsisse: libros q; suos dño pape corrigendos obtulisse. Nam et in quibusdam errasse dicitur. vt patebit in seq. tit. Et tñ ei multa de futuris reserata fuisse referũtur. Unde ⁊ postea duob' regibus Francie scz ⁊ Anglie in itinere trãsmarino apud Messanam Sicilie vbẽ hyemantibus: idẽ abbas vocatus dixit nondũ liberatiõis hor' m adueniss tps. Super hs aũt que scripsit de futuris tpibus nos rerum incertarũ prefagiũ relinquere cõuenit iudicio posterorũ. Hec Uincen. Sed adde qõ dicit Tho. in. iiij. ꝙ quicũq; locuti sunt de fine mundi determinando certum tps: huius rei inuenti sunt falsiloqui ⁊ deinceps etiã inuenientur hoc determinantes. Uñ Aug. de ciui. dei lib. xviij. c. liij. Sup illud Actuũ. j. qõ christ' dixit apl'is. Non est vestrũ nosse tpa vel momenta q̃ pater posuit in sua pat̃e: inquit. Hic resoluit digitos olim de hac re calculantiũ ⁊ eos quiescere iubet. Idẽ Joachim in expositione sup Hieremiã vt refert Uinc. spe. hist. lib. xxxij. c. cvij. sic ait. Ab anno dñi. M. cc. ⁊ deinceps tpa mihi suspecta sunt ⁊ momenta: in quo nouo ordine Samuelis exorto Ophni ⁊ Phinees sacerdotes ⁊ põtifices dei a Romane reipublice principe captiuẽtur: capiatur arca ecclesie: Heli quoq; idest summ' põtifex corruat: ⁊ quasi alter Mardocheus sub Amã/sub discrimine maneat Agagita. Ipsam aũt ruinã ecclesie tales necesse est predicare ac plangere: quibus ⁊ volũtaria paupertas arrideat: ⁊ doctrine spiritualis ac vite puritas in future tribulationis aculeis obsistat. Tales ergo doctores ⁊ tales ꝓphete mittendi sunt: qui non solum inferiores hoies: sed etiam ipsos pontifices ⁊ prelatos fulgurẽt: ⁊ non palpent. Reuelã di nimirũ in primo sunt doctores: ⁊ predicatores fideles: qui terrena carnalia q; corde omni plaga percutiant: ⁊ elatis ac tumidis magistris silentiũ suis studijs ponant. Et licet ille ordo futurus ad obedientiã sit oriturus: tamen a prophetis est p̃nũtiatus: ⁊ in apostolicis viris tertij tẽporis ecclesiastici cursus a deo cognitus ⁊ electus in vulua spũalis ecclesie ac ꝓfecte doctrine sanctificandus: ac si alius Beniamin filius nõ tam doloris in pena/ ꝙ dextere scz exultationis in gloria. Tales in primo pariet generalis eccl'ia iam senescẽs. Tales Rachel plorabit filios a rege impudenti facie ⁊ quasi altero Herode occidendos. Qui ꝓterea dicti sunt doloris filij: quia contritis eis spũalis religio pre angustia temporis non potuit cõsolari. Sed tamen ⁊ ipsi filij dextere dicũtur: q; vnde in eis ⁊ pro eis mater eccl'ia premitur: inde de eis ⁊ cum eis eterna patria iocundatur. Hi sunt fideles in doctrina: spũales in vita: obedientes in pressura. Formatꝰ est ergo ordo iste ad instar Hieremie in eccl'ia generali: sanctificatus in obseruãtia regulari: me qui eum de vite merito reprehendat. Puto etiã ꝙ sicut olim deus patres elegit senes: secũdo apostolos iuniores: ita et nũc tertio pueros ad literã eligat: propter eos quibus vetera viluerũt: ad predicandũ scz euangelij regni prelatis adulterantib' verbũ dei. Et sicut olim per Mophsen ⁊ Josue dñs Chananeos Israelitis subiecit: ac per Paulum ⁊ Barnabã idololatras strauit: sic etiã nunc p duos ordines futuros in illis prefignatos/gẽtes incredulas subigat et conuertat. Hec Joachim.

Gregorius. viij.

§. XIII. Post transitum Urbani tertij ascendit cathedrã Petri Gregorius octauus. In numero pontificũ. clxxx. vir scientia literarũ facundiaq; clar' sed ⁊ puritate vite animiq; integritate preclarior: fuit q; vehemens castigator. In primis igitur ad subuentionem Hierusalem totis accenditur desideriis. Et ad concitandos principes ⁊ populos per occidentis prouincias tam legatos ꝙ litiarum absolutionem profecturis Hier'm promittant. Sed

petr' comestor. prohdolor in suo mox exortu flos decoris exaruit. Post duos enim menses cathedram migrans de hoc seculo dereliquit apud Pisas ibidem sepultus. ¶ Floruit eo tempore quidã dictus Petrus monoculus abbas Clareuallensis. Qui sublimitatem generis sui quanta potuit dissimulatione celauit vt refert Uincẽ. spe. hist. lib. xxx. Hic in monasterio Signiaci nouitius factus est. In cibo nunq; preter cõmunem aliquid sumpsit. ⁊ de ipso communi multum sibi subducẽs sepe. Tu cullam tãtũ habebat ⁊ tunicam. Uigilijs autem ⁊ iugiter ⁊ pertinaciter interfuit. Uilis volebat videri: non humilis ꝓdicari. Scripturas singulares nec habuit nec habere quesiuit: nec politum eloquium: venustatem persone: ⁊ industriam in negotijs secularibus: fauorabilem largitatem. Bona intima possidebat: in exterioribus se obscurum esse gaudebat. Sed apud recte iudicantes multum venerabilis et mirabilis apparebat. Nocte quadam vidit Petrus iste in visu noctis/ ꝙ aulam ingrederetur pulcherrimam: in qua sedes erat posita: ⁊ supra sedem sedens quedam domina vultus valde venerandi. Ingredienti autem in aulam occurrebant canes nigri ⁊ horribiles. Qui impetu facto in eum: ⁊ lacerare eum volebant: sed domina illa magna ⁊ venerabilis illos authoritate sua magnifice fugauit. ⁊ Petrum ad se vocatum blandis sermonibus ⁊ dulci demulcens alloquio/ securum esse iussit. Erat autem vir iste venerabilis semper in eodem statu a quo quum quidam abbas familiaris eius quereret quõ ita idem semper esse posset: rñdit. Quũ essem nouitius quasi quidã spiritus sensibiliter visus est mihi in me intrare: ⁊ extũc vsq; nunc spũs ille vis illa vel affectio mihi quodammodo dominatur: regit me: ⁊ deducit velut ouẽ Joseph. sparsumq; ꝓ exteriora introrsum colligit. alijs volentem intẽdere' oratioui cogit. ea que ingerũtur oculis aut auribus obstrepũt facit aliquoties non sentire. ¶ Media nocte dñica quum fratres in choro psallerent ⁊ ipse cum eis: tunc dolor capitis inuasit eum ita vehemens vt chorum dimittere cogeret. Et quum se propter hoc moueret: audiuit vocem dicentem sibi: Laudans inuocabo dominũ: ⁊ ab inimicis meis saluus ero. Hac igitur voce confortatus remansit. Et post modicus iterum inualescente dolore: iterũ egredi disponebat: ⁊ iterum insonuit vox premissa, nocteq; illa tota ⁊ sequenti dñica vsq; in finẽ conuentualis misse non cessauit conflictus ille doloris ⁊ confortatio vocis. Quumq; in ordine suo accessisset ad cornu altaris vt communionem acciperet: in ipsa inclinatione visum est ei ꝙ lapis magni ponderis de capite eius corrueret: ⁊ protinus se erigens ⁊ sanctam eucharistiã sumens ab omni illo dolore sanatus est. ¶ Quidam religiosus et valde familiaris tentatus aliqñ de fidei nostre ratione qsiuit ab eo in cõfessione sua an aliqñ talem tentationem habuisset. Qui ait. Non inficior me tali plerumq; tentatione pulsatus: sed multiplex experimentum fidei omnem meam talem infirmitatem fugauit. Quesiuit ille qõ esset experimentum illud. Multum inq̃t) de deo sensi: ⁊ aliqñ tale aliquid: quod quum sentire desij; grauius tuli ꝙ si in clibanum ardentem projcerer. Factus est autem prior Signiaci: postea abbas Uallisregis: demum abbas Clareuallis: deo reuelante per sanctos suos. Nam oranti ipsi Petro adstiterunt scti Malachias ⁊ scti Bernardus: de quibus infra dicetur. dixitq; ei vnus eorum: Tu eris abbas Clareuallis. Quo dicto dispariuit. Ipse aũtẽ totus territus remansit. Nunq; enim hoc fieri voluisset. Non multo post abbas Berardus qui erat abbas Clareuallis: venit Signiacum: ⁊ quũ inuenisset ibi quẽdam dictum Hugonem de basoch'is: quia grauiter deliquat in ordine: eius offensam prefatus Berardus regulari seueritate vindicauit. Erat autem ille Hugo cum fratribus egris corpore/mente iacens infirmus. Et quum disposuisset Hugo abbatem Berardum occidere ꝓpter punitionẽ ei factã: qdã ex fratribus noie Haimo quum sederet in vestibulo domus infirmorũ: vidit duas ꝑsonas horribiles intrare dormitoriũ. Abbas aũt prefatus. s. Berardus nocte illã vigilijs interfuit ⁊ dũ ꝓpter necessitatem iret in dormitoriũ: Hugo in insidijs positus ferro ad facinus preparato letaliter eum vulnerauit ex quo vulnere die sequenti obijt: dicens hora exit' fuit Dirige me dñe in veritate tua. Et quum factus esset abbas Clareuallis Henricus vir quidam potens in opere ⁊ sermone: quia post modicum dictus Henricus factus est ꝑs cardinalis: Petrus monoculus de quo est sermo ad electionem citatus aufugit: sed absens electus est. Apparuit aũtẽ ipsi Petro dolenti de morte sua Berardus ipse dicens. Noli contristari de morte mea: quia cum dño iesu christo sum. Tu autem quum veneris ad Clareuallem: facies officium meũ: ⁊ sepelies me. Rogatus ergo ab abbatibus: cum delatũ fuisset corpus Berardi ad Clareuallem: vt cantaret missam pro defuncto/acquieuit: ⁊ in canone misse apparuerunt functus Bernardus ex vna parte altaris: ⁊ sanctus Malachias ex altera dicentes eis. Noli dubitare quia abbas Berardus est socius angelorum in gloria eterna. Papa Romanus audita fama eius eum vocari fecit: ⁊ cõfessus et peccata sua: ⁊ sacram eucharistiam de manibus eius sumpsit: ⁊ sumptus necessarios dedit ad vnam abbatiã construendã. Quum aũt ex infirmitate capitis vnum ex oculis amisisset: postea iocando dicere solebat se vnum ex inimicis euasisse: ⁊ se plus a residuo ꝙ a perdito

perdito formidare. Quadam vice vidit tres notabiles mulieres intrare clastrum. Quas quum argueret: quia nō decebat mulieres illuc intrare respondit venerabilior aliis. Ego sum mater dñi Jesu. Et socie mee sunt Maria Magdalena ⁊ Maria Egyptiaca. Decet me venire ad filios meos. Et quū vellet osculari pedes eius: euanuerunt. Demum omni sanctitate ornatus in pace quieuit.

Clemēs scō.

§. XIII. Postquā Gregorius

octauus cōsummatus in breui expleuit tēpora multa ꝓmotus est ad summū pōtificatus apicem Clemens tertius patria Romanus patre Joāne cognomēto scholaris: in numero pontificū. clxxxj. anno dñi M. clxxxv. Ab initio mundi. M. cxlv. Secundum alium numerū series millesimo. lxxiij. Et in eo vixit annis tribus/mensibus quinq. Et eo pōtificā te fuit eclipsis lune vniuersalis hora noctis quarta: et durauit per tres horas. Item. iiij. id' Februarij Paulo ante auroram/serenissima nocte visa est luna quasi vsq ad terras in momento descenderet et facta mozula quasi resumptis viribus: iterū vsq ad locum vnde descenderat paulatim ascendere. Ut refert Vincē. spe. histo. Circa illa tēpora multe sanctitatis gratia claruit Hugo venerabilis abbas Bonevallis ordinis Cisterciū. Hic seculū quum reliquisset ⁊ cepit religiose cōuersari in illo. Tētatus aūt valde est i egressu religionis. Hoc cogitās intrauit tēplum ⁊ orans deuote cum lachrymis/vidit supra altare matrē misericordie vestitā lumine sicut vestimento. Et visum est ei q videret Jesum filium eius iuxta eam: et quō annuntiatus fuerat ab angelo: et de virgine natus: ⁊ pastoribus nūtiatus circūcisus: ⁊ a Judeis postea captus: flagellatus: illusus ⁊ crucifixus: ⁊ exinde resurgentē intuetur: ⁊ ascendentē in celum. Hoc eo aspiciente dixit ei dña nostra. Viriliter age ⁊ cōfortetur cor tuū in dño: ⁊ certus esto talibus tentationibus te amodo nō pulsandū. Post hec cepit nimijs abstinētijs se affligere. Ita vt pene sensuz ⁊ memoriā pderet videretur. Interea sctūs Bernardus q adhuc in humanis erat: venit ad eū per dei prouidentiam: ⁊ iussit eum mitti in infirmatoriū: ⁊ vt ei singulis noctibus vigilie cantarētur prius q ceteris infirmis: quatenꝰ postea satis posset dormire. Et vt haberet licētiam generalē loquē di vbi vellet: et ita per dei misericordiā in breui conualuit. Tunc cepit in eo religio multa feruescere nec multo post factus est abbas Bonevallis. ¶ Sub hoc sancto viro factus est religiosus quidā iuuenis valde feruens in principio qui postea valde tentatus cogitabat ad seculū redire. Cui quuz abbas qui audierat eius tentationē in cōfessione ⁊ multū ei suaderet de remanendo: ⁊ nil ꝓficeret: dixit abbas. Fili mise rere aie tue placens deo/ne perdas gl'iam tibi paratam. Ego enim spondeo tibi ⁊ fideiussorem tui in hoc me cōstituo: q si tu remāseris: sanctorū angelorū socius eternus eris. At que verba cōfortatus pmansit: ⁊ optime cōuersatus est: qui duobus annis ante mortē grauissima infirmitate laborauit: sed ad euz consolandū missus est sctūs Job cum magna claritate qua totū infirmatoriū repletum est. Ego sum (inquit) Job quē pater misericordiarū ⁊ deus totius consolationis misit ad consolandum te: sicut ego in tali infirmitate patiens fuit sic ⁊ tu. Et ideo florebis mecū in gloria: ⁊ eras eris mecum: ⁊ metes q̄ seminasti: quod ⁊ factū est. Et nō multo post apparuit ei in gloria gratias agens abbati: ꝑ cuius admonitionē permanserat in ordine. ¶ In annuntiatione beate Marie cuz idem abbas excitaret fratres in choro ad vigilias: vidit diabolum in medio choro stantem in forma horribili ita vt ipse Abbas pre timore caderet. Qui leuatus a fratribus signauit se ⁊ rediit ad sedem suā. In crastinū narrauit abbas in capitulo quid viderat: et dixit aliquē de fratribus esse in aliquo criminali peccato/propter quem diabolus venerat. Quo audito oēs timuerunt. Sed qui reus erat celauit conscientiā suam. In crastinū iterū dixit abbas adhuc diabolū esse inter illos. Tunc fratres oēs cōfessi sunt: ⁊ acceperūt singuli disciplinas: precantes dñm vt rei conscientiā reuelaret abbati. q̄ ⁊ factum est. Unde abbas reum traxit ad partē ⁊ deterxit pctm̄ suum. Q̄ ille cōfessus est ⁊ nō negauit: veniā ad pedes eius postulans ⁊ pniam. Quo facto diabolus vltra non apparuit. ¶ Quidā famulus cellerarij Bonevallis confessus est pctā sua monacho confessori pauperū. Et dixit ille quoddam pctm̄ quod monachus ille timuit recipe. Et iniūxit illi infirmo vt cōfiteret abbati. Q̄ ille ꝓcessit si viueret. Abbas aūt tunc presens nō erat sed in via: interim famulus ille mortuus est. Abbas aūt quū rediisset de via: ⁊ post completoriū sederet in lecto volens se discalciare: vidit illum mortuū gradus dormitorij ascendentem. Qui veniens ante illum/cecidit ad pedes eius veniā petens: rogans humiliter vt suā cōfessionē audiret: dicēs se missum ad eum ꝑ deo ⁊ cōfessus est cuz tāta lachrymarū abundātia: q etiā abbas motus est ad lachrymas: ⁊ plorauerūt ambo multum. Post absolutionem mortuus rogat humiliter abbatē vt oraret ꝑ se: q̄ in magnis tormentis erat. Et dum abbas vellet tactu probare vtrū in corpe esset: an in spū: mortuus euanuit. In crastino aūt abbas quesiuit a cōfessore pauperū an mortuus ille tale crimē confessus fuisset. Qui respondit. Etiā. Et quō illud nosti: Ab ore eius (inquit) audiui. ¶ Quidam puersus de alia domo ꝑ culpā suam missus fuit Bonevallē: vbi infirmatus est vsq ad mortem. Abbas aūt visitans eū rogauit eum vt secure confiteret pctm̄ suum de quo infamabat q̄ ille nūq cōfiteri voluerat: nec etiā abbati ꝑprio. Ille aūt negauit totū: ⁊ petijt sibi dari corpus dñi. Abbas aūt Hugo suadebat ei vt non ꝑsumeret corpus dñi assumere: nisi prius cōfessus fuisset. At ille dicēs se bene cōfessum: instituit vt corpus dñi ei afferretur. Q̄ quū ꝑsbyter attulisset: ⁊ in os eius posuisset: ille statim clamare cepit. Quid faciam miser q̄d faciā? Hic ꝑsbyter abstulit ab ore corpus dñi q̄ sup linguā tenebat: ⁊ ille mox expirauit. ¶ Idē abbas aliq̄n infirmatus intrauit dormitoriū: ⁊ niue candidiore vidit columbā super humerum monachi infirmarij. Quā quū ille monach' vellet apprehendere: illa volās venit ad abbatē ⁊ intrauit in sinū eius: ⁊ postea exiuit ꝑ aperturā tunice abbatis: ⁊ fixit rostrū suum in aure eiusdē abbatis: dicēs ei verbis humanis. In noie patris ⁊ filij ⁊ spūsscti: para te: para te. Mandat tibi sanctus Bernardus vt vadas facere pacē inter papam et imperatorem Alemānie. Qui scti admonitiōe ꝓcepta pacez inter eos postea fecit. ¶ Clemēte tertio de hac luce migrāre anno dñi. M. cxc. Romanā ecclesiā regendam suscepit Celestinus terti' papa. clxxxij. Qui rexit ecclesiam annis sex/mensibus nouem ⁊ obijt. Hic patria Romanus: patre Petro cognomēto Bubonis. In principio sui pontificatus coronauit Rome Henricum imperatorem. Quo anno fuit eclipsis solis. Et anno dñi millesimo. cxcv. exorta magna vi tēpestatis: lapides cū pluuia e celo ceciderūt. Deficiente Celestino successit Innocētius tertius per cuncta laudabilis: de quo in principio tituli post sequentem dicetur.

Hugo venerabilis abbas Bonevallis.

Celesti⁹ nus. iij.

¶ De sctō Malachia episcopo ⁊ miraculis eius. Capitulū. ij.

Tempore Innocentii secundi pape ⁊ beati Bernardi / circa annos domini. M. cxl. migrauit ad deum gl'iosus pontifex sctūs Malachias in monasterio Clareuallis. Cuius vitam virtutibus plenam descripsit beatus Bernardus: prout refert Vincē. spe. histo. lib. xxviij. vñ hec que sequuntur excerpta sunt. Bernardus. Semp̄ quidem operepreciū fuit illustres sanctorum describere vitas: vt sint in speculū ⁊ in exemplū/ac quoddā veluti condimentum vite hoīm super terrā. Per hoc enī quodammodo apud nos post mortē viuunt: multosq ex ijs qui viuentes mortui sunt/ad veram prouocant ⁊ reuocant vitam. Uerū nunc id maxime requirit raritas sctitatis: ⁊ nostra plane etas inops virorum. Quem enim mihi ostendas vel de eoruz numero q̄ dati sunt in lucē gentiū: non magis de sublimi fumantem q̄ flammantē: etsi lumē q̄ in te est (inquit) tenebre sunt: quā te sunt tenebre: nisi tu illos forte (q̄ nō credo) lucere dicēris: qui questū existimāt pietatem: qui in hereditate dñi: nō que dominij: sed magis que sua sunt/querunt. Quid dico que sua sunt: Perfectus sit etiā ⁊ sanctus qui sua querens suaq̄ retinens: si ab alienis cor manusq̄ contineat. meminerit tamen qui hucusq̄ forte peruenisse videtur: eundem exigi sanctitatis gradum etiā ab ethnico. Ethnicis enim dixit baptista Joā. Estote cōtenti stipendijs vestris. vt salui fierēt. Nec tñ est prefixa ab apīis ⁊/apīoꝝ successorib': Victū ⁊ vestitus habētes (inquiunt) his cōtenti simus. Ubi forma hec? In libris inuenimus eā: sed nō in viris. Habes vero de iustis: quia lex dei in corde ipsius: nō in codice. Perfectus est: qui etiam necessarijs carere paratus est. At gratis illud. Utinam superfluis ponatur modus. Utinā nō cupiamus in infinitū. Optimus hodie est: qui non est nimis malus. Unde quoniā a terra defecit sanct': video: mihi non superuacue ex ijs q̄ exēpti sunt de terra reuocare ad mediū virū sanctum Malachiam eṗm: virū vere sctm̄: ⁊ tēporibus nostris singularis sapientie: qui vtiq lucerna erat ardēs ⁊ lucēs: q̄ tamē extincta nō est: sed submota. Hic sctūs Malachias ināt Berū. ortus est in Hybernia de pplo barbaro. Ibi educatus: tibi literas edoctus est. Ceteruz de natali barbarie nihil traxit. Parentes illius fuere genere ⁊ potētia magni. At mater tam mente q̄ sanguine generosior. Satagebat in ipso initio/paruulo notas facere vias vite. Itaq agebat senem moribus annis puer puerilis expers lasciuie. Erat aūt in ciuitate Ardincha in qua alitus est Malachias: vir sanctus ⁊ austere admodum vite: qui cellam habens intra ecclesiam deo seruie-

Sāctus Mala⁊ chias.

bat:ieiunijs ⁊ obsecrationibus vacans die ac nocte. Ad hūc se cōtulit Malachias ab eo formā vite accepturus. Sediticō et ipse solitarius ⁊ sed intra paucos dies habuit imitatores non paucos exēplo sui prouocatos. Tandē ordinatus est sacerdos anno etatis sue.xxv. Cui etiā eps vices suas cōmisit. Seminare semē sanctum in gente nō sancta: ⁊ dare populo rudi ⁊ sine lege viuēti legem vite ⁊ discipline. Suscepit ille mandatū cum omni alacritate: sicut erat spū feruēs. Deniq; quum esset et studiū ⁊ zelus maximus circa cultum diuinorum ⁊ venrationē sacramentorum. Ne forte aliquid de his doceret vel constitueret secus ꝯ ritus haberet vniuersalis ecclesie/subijt eius animū adire epm Malachiā: qui se plenius de oībus informaret. Hic erat senex ⁊ plenus dierū sapientie atq; virtutū. Qui de habitu monachali monasterio Nicomēsi assumptus fuerat in episcopū in Zesinor ciuitate. Ibiq; illi tanta est a deo collata gratia: vt non vita solum ⁊ doctrina: sed etiā signis clareret. Nam et puerum mente captum seu lunaticū sacramentum cōfirmationis cōferendo sanauit. Et surdo cuidam auditū restituit. Et hyemis signorū fama Scoti ⁊ Hyberni ad eum vt patrē recurrebāt: ⁊ venerabantur plurimū. Ad hunc ergo Malachias accedēs ⁊ benigne ab eo susceptus/annis aliquot cū eo permānsit. Mortua aūt sorore eius nō preterēdam de ea vidit visionē. Huius siquidē sanctus carnalem exhorruerat vitā: ⁊ tanto etiā zelo: vt ⁊ deuouerit nō visurum se eam in carne viuentē. At illa carne soluta/solutum est votū. Et cepit videre in spiritu quam in carne noluit. Quadā em̄ nocte audiuit per somniū vocem sibi dicētis sororem eius stare foris in atrio: ⁊ per totos.xxx. dies nil gustasse. Qui euigilās cito intellexit cuius esse inedia marceret. Et diligenter discusso numero dierum quem audierat: ipsum esse reperit ex quo pro ea panem ⁊ vinum nō obtulisset. Tunc ille qui sororis animā non oderat: sed peccatum: beneficentiam quā intermiserat rursus adoritur. Nec frustra. Nam nō multo post visa est illi quenisse ad limen ecclesie: necdum tamē posse intrare: apparere etiaz in pulla veste. Quūq; ille perseueraret: curās ne qua die stipe solita frustraret: secundo vidit eam in veste subcandida admissam quidē intra ecclesiā: sed altare cōtingere nō pmitti. Tertio tandem visa aggregari cetui candidatorū: ⁊ in veste candida. Uides ergo quātum valeat oratio iusti assiduata: quia regnū celorum vim patitur. Oratio em̄ Malachie huic sorori aperuit regnū celorum. ¶ Uir diues ⁊ potens qui locum Benchor ⁊ possessiones eius tenebat: a deo inspiratus cōfestim in manus Malachie oīa sua dedit/ secq; ⁊ is auunculus eius. Ipmq; locum Benchor tradidit ibi princeps vt edificaret ei monasteriū: vel potius reedificaret. Nempe no bilissimū monasterium extiterat ante sub primo patre Congella multa milia monachorum generās/multorū monasteriorum caput. Nec modo in prefatas: sed in exteras etiā nationes quasi inundatione facta illa se sanctorū examina effuderunt: e quibus ad has partes nostras Gallicanas sanctus Colūbanus ascendēs Luxouiense cōstruxit monasteriū factus ibi in gentē magnā. Aiunt em̄ tam magnā fuisse vt succedēribus sibijnuicē chorās continuarent. solēnia diuinorū: ita vt nec momentū quidē diei ac noctis vacaret a laudib⁹. Hec de antiqua dicta sunt Benchorēsis monastarij gloria. Hoc olim destructū a piratis ob insigne dignitatis antique Malachias veluti quēdam replantaturus paradisum/amplexus est. Et quia multa corpora sanctorum dormirent ibi. Nam (vt taceam illa que in pace sepulta sunt) ferūt vna die nongentos a piratis occisos. Erat quidem ingens loci eius possessio. Sed Malachias solum contētus loco sancto/oēs possessiones et terras alteri cessit. Ipse vero decem circiter secum fratribus assumptis: veniens ad locū cepit edificare. ¶ Quadaz die dum vnus ex operarijs securi lignū secaret: illo vibrante in aera securim/locū incaute occupauit in quo ictus destinabat: ⁊ cecidit sup spinam dorsi eius tantoq; impetu atq; sonitu quāto conatu ille impingere valuit. Currit ille ⁊ accurrere oēs/putantes aut pcussum ad mortem aut mortuū. Sed homo illesus inuentus est: vt creditur meritis sancti viri. Eodem tpe quidā infirmabat. Cui adsistens diabolus ⁊ aperte loquens suggerebat ne vnq; crederet verbis Malachie: sed si intraret ad se: cultello eum occidere nitere tur. Quo agnito illi qui infirmo ministrabant: ipso infirmo prodente verbū perferunt ad Malachiā premunientes. At ille/solita arma orationis arripiēs: impauidus hostē aggressus/ⁿ infirmantē fugat ⁊ demonē. Clericum ibidez dysenteria grauiter infirmatū sanauit. Et eūdem secundo grauissima languentē corpore ⁊ mente curauit.

Malachias in epm eligitur.

§. I. De actibus eius in episcopatu.

Uacante autē epali sedi in vna ciuitatū que diu fuerat sine pastore: Malachia nolente assentire eum elegerāt: persistētibus tamē illis tandē cessit: accedēte ad hoc manda to magistri sui necnon ⁊ metropolitani. Trigesimo igitur etatis sue anno cōsecratus epūs Conereth introducitur. Quūq; cepisset pio officio suo agere: tunc intellexit homo dei nō ad homines: fe: sed ad bestias destinatum. Nunq; adhuc tales expertus fuerat in quātacunq; barbarie nusq; repererat sic proteruos ad mores: sic ferales ad ritus. sic ad fidem impios ad leges barbaros: ceruicosos ad disciplinam spurcos ad vitam: christianos nomine re paganos: Non decimas dare: nō primitias: nō legitima inire coniugia: non facere confessiones nouerant. nec penitentias qui peteret: nec qui daret inueniri poterat. Sed nec in ecclesijs predicātis vox: nec cantātis audiebatur. Quid ergo faceret athleta domini? aut cedendum turpiter: aut periculose certandum. Sed qui pastorem se non mercenarium agnoscebat: elegit magis stare ꝯ fugere: paratus dare animam suam pro ouibus suis si oportuerit: quis omnes lupi/⁊ oues nulle. Stetit ergo in medio luporum pastor intrepidus omnibus modis studens argumentosius quomodo faceret oues de lupis. Monere communiter. secreto arguere. flere per singulos. nūc aspere/nūc leniter cōuenire. prout vnicuiq; ei videbatur expedire. Quoties pro eis noctes peruigiles duxit extendēs manus in oratione? Et quū venire ad ecclesiam nollent: per vicos et plateas occurrebat in vicis: ⁊ circumiens ciuitatē perquirebat quez christo acquireret. Sed ⁊ foris rura nihilominus ⁊ oppida sepius percurrebat: cum sancto illo comitatu discipulorum suorum qui nunq; deerant lateri eius. Nec vehebatur equo: sed pedes ibat: in hoc se virum apostolicum probans. Quanta sustinuit ab ijs ipsis quibus et pro quibus loquebatur bona? Blasphematus obsecrabat: ⁊ iniuriatus opponebat scutum patientie. Demum' cessit duritia: quieuit barbaries recipiuntur vbiq; ecclesiastice consuetudines. contrarie vero deijciuntur. reedificantur basilice. ordinatur clerus in illis: sacramētorum rite solennia celebrantur. cōfessiōes fiūt cōueniūt ad ecclesiam plebes: concubinatus honestat celebritas nuptiarum. Postremo sic immutata sunt in melius omnia: vt hodie illi genti conueniat: quod dominus per prophetam dicit. Qui ante nō ppl's meus: nunc aūt ppl's meus.

§. II. De assumptiōe eius ad archiepiscopatum.

Contigit archiepm̄ noīe Celsum infirmari: qui Malachiā in diaconū/presbyterū/et epm̄ ordinauerat. Et cognoscens ꝯ morereturr: fecit quasi testamētū: vt Malachias deberet sibi succedere: eo ꝯ nullus sede prima dignior videretur. Uerum mos pessimus inoleuerat quorundaz dyabolica ambitione potentum: sedem sanctam obtinentiuz hereditaria successione. nec enim patiebantur quemꝯ episcopari: nisi qui esset de tribu ⁊ familia sua. Nec parum processerat execranda successio: decursis iam in hac malitia quasi generationibus quindecim. Et eousq; firmauerat sibi ius prauum: immo omni morte puniendam iniuriam: vt etsi interdum defecissent clerici de sanguine illo: episcopi tamen nunq;. Deniq; iam octo extiterant ante Celsum viri proxi ⁊ absq; ordinibus: literati tamen. Inde illa tota per vniuersaz Hyberniam (de qua. ℌ. diximus) dissolutio ecclesiastice discipline/censure eneruatio/religionis euacuatio. Pro his ergo Celsus vehementer dolens/curauit omnino successorem habere Malachiam eo ꝯ per ipsum confideret posse explātari male radicatam successionem: qui charus esset oībus: ⁊ quem omnes emularētur: ⁊ dñs erat cum eo. Nec frustratus est a spe sua. Nam illo mortuo/substitutus est Malachias. non tamen mortuo: neq; id facile. Ecce enim de semine ne quam qui occupet locum Mauritius noīe. Is per quinquēniū fretus potentia seculari/incubauit ecclesie non eps: sed tyrannus. Nam vota plorum magis in Malachiam cōuenerant. Deniq; suadebant ei subire onus ℌm constitutionē Celsi. Sed ille qui omne sublime declinabat: bonam sibi videbatur nactus occasionem excusandi: ꝯ per id temporis introitus eius pacificus esse non posset. Dicebat ergo sua non interesse fundi humanam sanguinē occasionem sui. Postremo iunctum se sponse alteri quam dimittere non liceret. Uerus illis ecōtrario instantibus ⁊ clamantibus: quia a dño egressus est sermo/sed ⁊ tota authoritate iubentibus subire onus ⁊ intentātibus anathema. Ad mortē (inquit) ducitis me: sed obedio spe martyrij. hac tamen cōditiōe vt ecclesia pacē habēte liceat mihi redire ad ecclesiā meam priorem alio reperto. Assentiētibus huic cōditioni illis: acquieuit sctus eorū voluntati: vel potius dei a quo iā sibi preostensus fuerat. Nā egrotante Celso apparuit oranti Malachie mulier dicens se esse vxorem Celsi. i. ecclesiam suam: que tradens ei virgam pastoralem' disparuit. Et moriens Celsus misit ei baculum suum tanq; sibi successuro. Ueruntamen suscipiens dignitatis illius onus non intrauit ciuitatē ꝯdiu ille incubaret vi-

Malachias ō ligit archiepūs.

rit ne hac occasione cõtingeret aliquẽ moriſed extra vbẽ ſtrenue in vniuerſa prouincia opus ẽpalc exercuit. Illo aſit Mauritio intruſo ſublato in breui de medio; rurſus Nigellus quidẽ noie/immo vere nigerrimus ſedẽ prẽripuit; quem Mauritius moriens heredẽ huius dignitatis dimiſerat/ad cumulum oẽnationis; cognatus eſſi eius erat. Ceterum rex ⁊ epi ⁊ fideles terre cõuenerãt vt Malachias introduceretur. Et ecce conſilium malignantiũ ex aduerſo. Quidam ex filijs Belial prompti ad malitiã potentes in iniquitate: ſciẽtes locũ vbi debebant iſti congregari ⁊ per quã viam ad locum peruenire: manu armata ſatellitum ⁊ inſidias ponunt: vt venientes innocentẽ populum occidant cum rege et epõ ipſo. Quod quum innotuiſſet Malachie: intrauit eccleſiam ſup hoc fundẽs oratiõnẽ. Et ecce nubes ⁊ caligo ⁊ tenebroſa aqua diem vertunt in noctem. Fulgura ⁊ tonitrua et ſpiritus procellarũ vicinaq; omnia elementa mõtem intentãt. Et qui princeps fuerat malitie fulmine interijt cũ tribus alijs percuſſis cõplicibus eius. Solos autem eos qui querebant animam iuſti/illa tempeſtas inuaſit.

§. III. Anno igitur etatis ſue.

xxxviij. pauper Malachias pulſo incubatore: intrauit Ardinachum pontifex ⁊ metropolitanus totius Hybernie. Rege vero ceteriſq; qui introduxerant eum ad propria remeãtibus: ipſe remanet in manu dei: et remanent ei foris pugnẽ: intus timores. Nam ecce viperea ſoboles frendens ⁊ vociferans ſe exheredari: tota ſe intus et foris ſuſcitat aduerſus Chriſtum eius. Porro nigellus vides ſibi fugam imminere: tulit ſecum inſignia quedã illius ſedis. Certum ſcz euangelioꝝ qui fuit beati Patricij. Baculum quoq; auro rectum ⁊ gemmis precioſiſſimis ad ornatum: quẽ nominant baculum Jeſu: eo q; ipſe dñs Jeſus (vt refert opinio) eum manibus ſuis tenuerit atq; formauerit. Et hec ſunt ſumme dignitatis et venerationis in gente illa. Ibat honro ille Hyrouagus ⁊ alter ſathanas circũibat trrram: inſignia ſacra circunferens: que vbiq; oſtendens vbiq; eorum gratia receptabatur. Fecit; vero concilium ſchiſmaticum inſequi: eo q; ſeduceret multos ex inſignibus que ferebat: ſuadens omnibus epiſcopum ſe eſſe debere: ⁊ ſic ſolicitans plebes aduerſus Malachiam ⁊ eccleſie vnitatẽ. Sed ſic fine difficultate ⁊ in breui vniuerſas ſepiuit Malachias vias eius per gratiam dei/et quam habebat ad omnes: vt malignus ille coactus ſit dare manus: ⁊ reddere inſignia: ⁊ quieſcere de reliquo in offi ſub iectione. Nec modo malefactores/ ſed ⁊ detractores Malachie corripuit deus. Quidã (verbi gratia) habens gratiam principum ⁊ potentũ etiam ipſius regis: eo q; eſſet adulator ⁊ garrulus et potens in lingua: fauebat per omnia aduerſarijs Malachie: ⁊ procaciter tuebatur partem eorũ. Sancto etiam pſenti reſiſtebat in facie: ⁊ detrahebat abſenti irreuerenter occurrens ei in omni loco; maxime vbi celebrioribus illum ſciret intereſſe cõuentibus. Sed cito digna lingue procacis mercede donatus eſt. Intulit ⁊ computruit lingua ma ledica vermibus ex ea ſcatentibus et defluentibus toto ore blaſphemo. Quos per ſeptem ferme dies inceſſanter euomens: tandem cum illis miſerrimam finiuit vitam. Loquente aliquando Malachia ad populum: mulier quedam infelix auſa eſt interrumpere ſermonem clamoribus improbis. Erat enim de progenie impia intruſorum / contumelias et blaſphemias euomens in ſanctum: dicens eum hypocritam et inuaſorem aliene hereditatis: ac calumiciem ei imprope rans. At ille nihil reſpondit ei: vt erat verecundus et mitis. Sed dominus reſpondit pro eo: verſa enim illa in inſaniã: ⁊ crebris vocibus clamitans ſe ſuffocari a Malachia: mox ⁊ crebris vocibus clamitans ſe ſuffocari a Malachia: mox ⁊ te tandem horrenda luit peccatum blaſphemie. Et memor propoſiti ſui Malachias conſtituit pro ſe Belaſium virum bonum ⁊ dignum tali honore conſentiente clero et populo: quin potius ſuſtinentibus propter pactum: nam als ourum viſum eſt omnino. Quo conſecrato regibus ac principibus attentius commendato: ipſe clarus miraculis ac triumphis ad parochiam ſuam rediit. Egreſſus autem aliquando de Scotia diuertit ad Claranuallem vir ſanctus. Qui viſis fratribus compunctus eſt: et illi non mediocriter edificati in preſentia et ſermone eius. Et acceptans locum et nos atq; intimis viſceribus colligens valedixit nobis et abijt. Qui tranſalpinam quum veniſſet Jporiam ciuitatem Italie: hoſpitis ſui paruulum filium qui male habens erat morituꝝ: ſanauit continuo. Erat tunc temporis in ſede Apoſtolica felicis memorie Innocentius ſecundus papa: qui accedentem ad ipſum eum ſuſcepit benigne et humane. A quo cum multis lachrymis implorauit eius permiſſu licere ſibi viuere et mori in Clareualle: ſed non obtinuit. Reuertens autem per Claranuallem /ſecundam nobis largitus eſt benedictionem. Et alta ſuſpiria trahens q; non liceret ſibi pro ſuo deſiderio remanere: Vos (inquit) interim pro me retineatis: qui a vobis diſcant quod nos poſtea doceant. Et diuiſit quattuor a latere ſuo: ⁊ abijt. Qui probati et digni inuenti monachi facti ſunt. Profectus autem nobis proſpere peruenit Scotiam: ⁊ inuenit Dauid regem qui adhuc hodie ſupereſt in quodam caſtello ſuo: cuius filius infirmabatur ad mortem. Ad quem ingreſſus ⁊ honorifice a rege ſuſceptus eſt: ⁊ humiliter exoratus vt ſanaret filium ſuum: aqua cui benedixit aſperſit viuentem: ⁊ intuens in eum ait. Confide filium non morieris hac vice. Et ſequenti die ſecuta eſt ſanitas: ⁊ ſanitatem totius familie exultatio. Puelle mute loquelam reſtituit. Alia diſſoluta membris plaſtro vecta ad eum propriis pedibus remeauit.

§. IIII. De moribus eius. Quis

facta per eum cuncta miracula enumeret? q; q; libentius/ſatear/imitandis immorer q; admirandis. Et meo quidem iudicio/primum ⁊ maximus miraculum q; dedit: ipſe erat. i. vita eius. Quis vnq; etiam ſi curioſius obſeruauit: in eo deprehendit otioſum non dico verbum: ſed nec nutum? Quis manum pedemve mouentem fruſtra? immo quid non edificans in eius inceſſu/aſpectu/habitu/vultu? Denig; vultu hilaritatem nec fuſcauit meror: nec leuigauit riſus. Totum in eo diſciplinatum. totum inſigne virtutis, perfectionis forma. Per omnia ſerus: ſed non auſterus. Remiſſus interdum diſſolutus nunq;. Negligens nihil: etſi pro tẽpore multa diſimulans. Quietus ſepe: ſed minime aliquando otioſus. A die primo converſionis ſue vſq; ad extremum vite ſue fine proprio vixit. Non ſeruos/non ancillas/non/villas/non viculos/non denig; quicq; redituum ſecularium eccleſiaſticorum ve vel in ipſo habuit epatu. menſe epiſcopali nihil prorſus conſtitutum vel aſſignatum: vnde epiſcopus viueret. nec enim vel domum propriam habuit. Erat autem quaſi inceſſanter circumiens parochias omnes euangelio ſeruiens: ⁊ de euangelio viuens: ſicut conſtituit ei dominus. Porro ſi interdum quieſcere oporteret: in locis ſanctis hoc faciebat: que ipſe per Hyberniam ſparſerat vniuerſam. Apud quos vero morã facere libuiſſet: illorum ſe moribus ⁊ obſeruantijs conformabat. Et quum ad predicandum exiret cum pedibus ⁊ ipſe pedes ibat epiſcopus ſcilicet ⁊ legatus. Forma eſt apoſtolica hec: ⁊ inde magis mira in Malachia/quo rara nimis in alijs. Illi dominantur in clero. Iſte dum eſſet liber ex omnibus: nimium ſe ſeruum fecit. Illi non euangelizantes manducant: Malachias vt euangelizet manducat Illi congregant in horrea ⁊ dolia replent vnde onerent menſas: Malachias colligit in deſerta ⁊ ſolitudies vnde impleat celos. Illi a pauperibus exigunt quod dent diuitibus: Iſte ſolicitat diuites pro pauperibus ſuſtentandis. Illi alta palatia eriguntturres ⁊ menſa ad celos leuant: Malachias non habet vbi caput ſuum reclinet: opus facit euangeliſte. Illi nec plebes agnoſcunt: iſte erudit. Illi potentes ⁊ tyrannos honorant: iſte punit. O virum apoſtolicum quem tot et tanta nobilitant ſigna apoſtolatus ſui. Quid ergo mirum ſi mira eſt operatus? ſi et mirabilis ipſe: immo non ipſe ſed deus in ipſo? Tu es deus (inquit) qui facis mirabilia. ¶ In regione Hybernie iacebat infirmus in domo vrie demonuꝝ maleficio. Nam quadam nocte audiuit eos dicentes alteruꝝ ad alterum. Vide ne miſer iſte hypocrite illius frater ſtratũ ſtramenve contingat: ⁊ ſic effugiat manus noſtras. Cognouit homo q; de Malachia loquerentur: quem non multo ante in eadem domo meminerat pernoctaſſe: ⁊ adhuc ſtramen in loco remanſerat. Sumptaq; fiducia quo potuit conatu cepit repere debilis corpore: ſed fide fortis. Et ecce in aere clamor ⁊ vociferatio. Prohibe eum prohibe. retine eum retinet amittimus enim predam. At ille genibus ⁊ manibus nitens preueniens aſcendit lectulum. volutatur in ſtramine. Audit vlulatum plangentium. Heu heu: ipſi nos eum perdidimus. decepti ſumus. Euaſit. Et hoc dicto citius receſſit ab eo demonum terror ⁊ horror quem patiebatur: ⁊ omnis pariter egritudo. Item in alio loco infantem demoniacum ſibi oblatum liberauit.

§. V. Item de miraculis eius.

Sedebat ſanctus cum comite Ulidie in cãpo aliqua tractãs ⁊ multitudo copioſa circa eos. Venit mulier grauida ⁊ vere grauis. Indicat eſſi ſe contra oẽs nature leges retinere partum pro certo iam. xv. menſibus/et diebus. xx. Compaſſus Malachias orauit: ⁊ mulier peperit. ¶ Ciuitas Hybernie nomine Lorchagia vacabat epiſcopo. Tractantibus de electione diuiſere ſe partes/quibuſq; vt aſſolet preſulem volentibus conſtituere non dei. Venit illuc Malachias et audita diſſentione conuocato clero ⁊ populo vota diſcordãtium ⁊ corda vnire curauit: perſuaſis illis totum negotium debe-

se cõmitti illi cui potissimũ solicitudo incũbebat ecclesiarũ hybernie. Mox nominat eis quẽdam virum sanctum ꝛ doctum. Queritur ille: ꝛ inuentus nuntiatur decumbere: nec de lecto posse exire. Et Malachias. Surgat (inquit) in nomine dñi ego precipio: obedientia sanum faciet eum. Itaq; cum voluntate obediendi pugnante gemino hoste: scilicet pondere languoris ꝛ metu oneris: vicit illa scz obedientia. Nam resumptis viribus per se venit ad Malachiã: qui missit eum in cathedrã clero ꝛ populo collaudante. ¶ Cuiusdã nobilis viri vxor quum infirmaretur ad mortem ꝛ rogatus Malachias vt descẽderet prius ꝙ moreretur infirma: vnctus oleo descendit et intrauit ad eam. Quo viso exultat illa spe salutis animata. Et quũ pararet eam vngere: visum est omnibus differẽdum potius vsq; mane. Erat enim vespera. Acquieuit ergo eis sanctus: ꝛ quũ recessissent: subito clamor factus est: ꝛ planctus: eo ꝙ mortua esset. Auditoq; tumultu Malachias accurrit: ꝛ consternatus est animo sibi soli imputans ꝙ fraudata mulier gratia sacramenti obierit. Et eleuatis manibus in celum cõfitens peccatũ suum: cõfestatus est in audiẽtia omniũ nullã se recepturum cõsolationẽ nisi quã tulerat licere restituere gratiã. Et stans super eam tota nocte laborabat in gemitu suo. Suos etiã vigilare et orare precepit. Itaq; illis in psalmis: illi in lachrymis noctem duxere peruigilem. Mane autem facto exaudiuit dñs sanctũ suum. Nam aperuit oculos que mortua fuerat: ꝛ erigens se salutauit eum. Et versus est luctus in gaudiũ. ¶ Mulierẽ quãdam cui spũs iracundie ꝛ furoris adeo dominabatur: vt nõ solum vicini ꝛ cognati fugerent cõsortium eius: sed ꝛ filij ipsius vir poterant habitare cum ea ꝛ adductam ad Malachiam facta ab ea cõfessiõe vt iusserat orans pro ea ad summam mansuetudinẽ conuertit: vt nullis dãnis vel cõtumelijs exasperari valeret. Ego istud superiori resuscitate mirabilo mortue cẽseo preferendũ: quia ibi exterior: hic interior reuixit homo. ¶ Quum sacramenta offerret Malachias: ꝛ appropiasset ei diaconus aliquid facturus pro officio suo intuitus eum sacerdos ingemuit: ꝙ sensisset penes eũ latere quod non cõueniebat. Peracto sacrificio diligenter percunctatur de cõsciẽtia sua secreto. Cõfessus est ꝛ nõ negauit se illusum per somniũ nocte illa. Cui iniungens penitentiam. Non debueras (inquit) hodie ministrasse: sed verecunde te subtrahere a sacris: ꝛ deferre tãtis tanꝙ diuinis mysterijs: vt hac humilitate purgat' dignior exinde existeres. ¶ Altera vice vidit diaconus eo celebrãte columbaz intrare per fenestram cum claritate magna ad ostendendã puritatẽ eius. Hec dicta sunt ꝛ pauca de plurib'. Unde satis apparet Malachias meus quantus fuerit in meritis: ꝛ qui tam multus fuit in signis: etiam in raritate tanta.

§. VI. De morte eius ꝛ loco sepulture.

Sanct' patricius apls hybernie.

Percussus aliquando qffi in loco: si optio detur: extremũ mali ageret diem. Si hinc migro (inquit) nusq; libẽtius ꝙ vnde vna cum nostro apostolo resurgere possim. dicebat autẽ sanctum Patritium. Si peregrinari opz: ꝛ ita permittat deus. Clarãuallem delegi. Requisitus de tpe: Respondit diem solẽnem oĩm defunctorũ. Sicut audiuimus sic vidimus de loco ꝛ die. Egre satis ferebat hyberniã vsq; adhuc pallio caruisse: vtpote emulator sacramentorũ. Et recordatus a papa Innocentio scõo id sibi fuisse promissum: natus occasionẽ ꝙ papa Eugenius presiderat: ꝛ tunc in Franciam appropiasset: presumebat de tali viro apud illum nullã difficultatẽ obtinẽdi sustinere. Igitur arripuit iter. Prosequitur eum qui cõuenerãt fratres vsq; ad litus: nõ multus tamen ipso nimirũ prohibẽte. Ad quẽ vnus illorũ Catholic' nomine voce flebili ait. Heu tu abis: ꝛ in quãta me pene quotidiana vexatione deseris nõ ignoras: nec fers opem miserius mei. His verbis cõmotus pietatis visceribus amplexãs eum: ꝛ signo crucis in pectore ei' impresso/ait. Certus esto eiusdem nil te passurum donec redeam. Erat essi epileptic' ꝛ frequenter cadebat iam p sex annos hec patiens. Sed ad hoc verbum Malachie perfecte cõualuit. Quiq; nauẽ ascẽdissent: ꝛ iam mediũ iter equoreum peregissent: subito ventus cõrarius nauem impellit ꝛ reducit in terrã. Sed facta tranquillitate prosequẽtes iter prospero cursu venerunt in Scotiam: ꝛ exinde trãsiuit in Angliã. Oportuit aũt eum trãsire Clarãuallẽ vt summũ sequeret pontificem. Qui a nobis susceptꝰ est tanq; ver' ab occidẽte veniẽs visitãs nos oriens ex alto. Die solẽni beati Luce euangeliste/missa in conuẽtu deuote celebrata: febre correptus lecto decubuit. Uideres discurrere fratres dandi auidos vel accipiendi: oẽs solicitos adhibere: sepius ad gustãdũ vigere. Ad quos ille. Sine cãtis. Oportet hoc anno Malachiam exire de corpore. Deniq; iniungit: ꝛ sumpto viatico fratrum oꝝ humeris se cõmendans ad lectum reuertitur. Jacebat in solario: nec sustinuit vt cõuentus ad se ascenderet. sed ipse ad eos descendit: et tñ in ianuis se esse dicebat. Quis crederet hunc moriturum? Non vultus pallidior: non macilentior esse videbatur. Non ruga. quoq; frons non recõditi oculi: neq; nares extenuate. Nõ contracta labia: non adusti dentes: nõ collum exesum ꝛ gracile. Non cutis humeri: nõ exinanita in corpore reliquo. Hoc corpus eius ꝛ hec gloria vultus eius. Equidem oculi omniũ in eum fixi erant: nemo tñ qui qñ exiuit aduertere potuisset eo ꝙ in morte eadem viuacitas vultus ac sereinitas eadem q ꝛ in vita permaneret. Non est mutatus: sed ipse mutauit oẽs. Mirũ in modum luctus ꝛ gemitus subito conquiescit. Mutatur in gaudium meror. Planctũ cantus excludit. vincit fides triumphat affectus. Et renera ꝺdrõnis hz immoderati plãgere Malachiã: quasi non sit ꝺciosa mors eius: quasi nõ sit somnus magis ꝙ mors: quasi non sit potius porta vite. Malachias amicus noster dormit: ꝛ ego lugeam? Si dñs dedit dilecto suo somnum: ꝛ talẽ somnum in quo hereditas dñi filij merces fructus ventris: quid horũ videtur fletum indicare? Ego ne fleam illum qui fletum euasit? Ille tripudiat ille triumphat. ille introductus est in gaudium domini sui: ꝛ ego eum plangam? Jamq; omnibus rite peractis: ꝛ puero brachium suum aridum applicante ad manum episcopi iacentis in feretro sanato: sepultus est in oratorio beate Marie: anno domini millesimo centesimo quadringentesimo octauo. iij. Nonas Nouembris.

Signũ mortis.

¶ De sancto Thoma archiepiscopo Cantuarien'si ꝛ eius martyrio. Capitulum. iij.

Beatus thomas Cantuariẽsis archiepꝰ.

Sanctus Thomas archiepꝰ Cantuariẽsis in iuuentute sua fuit oĩb' valde gratiosus. Sed quum vidisset in curia regis Anglie multa geri: que pietati ꝛ castitati contraria erant: curiam dimisit: ꝛ Theobaldo Cantuariẽsi archiepiscopo se commisit: ꝛ contra Anglorum barones multis ecclesie aduersantes fideliter dimicans: multoties Romã adijt ꝛ omnia negotia semper fideliter ac feliciter expediuit: vnde archiepiscopus Cãtuarien. eũ archidiaconum fecit. Quum aũt idẽ archiepꝰ cerneret ꝙ rex Anglie satis noxi' decessisset: ꝙ Henricus in regnũ adhuc nimis iuuenis succedisset timẽs ne ex ipetu sue iuuentutis ꝛ prauorũ hoĩm psilijs ecclesiã graui' fatigaret: fecit dñm Thomã cancellariũ regis: vt honestate ꝛ prudentia sua malignoꝝ hoĩm feuitiẽ tẽperaret. Qui intantũ regi placuit: ꝙ post decessum archiepi eũ ei dẽ ecclesie pficere pcurauit. Sed ille attẽdens mores regis ꝛ pcerũ/ꝛ efficacem malitiã detractorũ: sedẽ illã plenam magis oneris ꝙ honoris quantũ potuit recusauit: hz tandẽ vigẽte rege ꝛ quodam etiam Rome cardinale hoc psensit. Statiq; aũt vt cõsecratus est: mirabiliꝰ se mutauit. Nã lectioni ꝛ oroni semp intẽdẽs/cilicio ꝛ ieiunijs carnẽ suã intolerabiliꝰ crucias/ita fertur ꝛ suã subtiliter occultabat: ꝙ sub honestate vestiũ ꝛ apparatu vtẽsiliũ ꝛ gratiositate vultus pplo p oia cõcordabat. In secretiori autẽ cellula. xiij. pauperum pedes quotidie curuatis genib' abluebat. ꝛ post plenã refectionẽ singulis. iij. argenteos distribuebat. Oẽ si aliqñ p se facere non poterat: hoc diligentissime fieri per vicarium faciebat. Sz vidẽs diabolus sctm virũ multum ecclesie pfuturũ: inuidit: ꝛ alium quendã archiepm ꝛ multos alios epos qui ecclesiam defendere tenebantur: ad pniciẽ eius excitauit. Quum essẽt rex ꝛ cõsiliarij sui sanctũ Thomam ad voluntatẽ suam in detrimentũ ecclesie promissis ꝛ blanditijs inflectere conarẽtur: ille oĩno restitit. Unde iras regis ꝛ principũ eius contra se rigore iustitie prouocauit. Quumq; post innumeras vexationes ꝛ iniurias ad quẽdam locum barones ꝛ epi cõuenissent exigebat rex instanter vt consuetudines quas reges Anglie habere solebant: in ecclesia firmissime tenerentur: vt scz de dignitatibus ecclesiasticis ꝛ spũalibus disponerẽt. Quod sanctus Tho. ꝛ epi attendentes ꝛ videntes vtrobiq; periculũ videlicet quod vigebat. s. fidei salutisq; discrimen: aut guerrã contra ecclesiam intolerabilem: illud negotium si potuissent libentius distulissent. Sed vigente necessitate magnorum virorum deceptus cõsilijs be. Tho. verbo tenus petitionẽ fieri: consensit. Et sic ipse ꝛ epi: ꝙ uis cum dispendio: cause: mortis periculum euasere. Sed bea. Tho. in hac liberatione corporũ mortẽ metuens animarum: seipsuz in penitentia grauius cruciauit: ꝛ ab altaris officio se suspendit: donec cõfessus ꝛ penitens a papa meruit relaxari. Sed nec sic ira regis quieuit: immo minis ꝛ terroribus exigebat: vt consuetudines quas contra ecclesiam inducere nitebatur archiepiscoporum literis firmarentur.

§. I. At beatus Thomas intre-

pide

pide se opponēs: quū multis dāpnis iniurijs: t cōtumelijs vr geret aduersus eos ne eum iniuste cōdēnarēt: vt vel sic regi blandirent: t apl̄icā sedem appellauit. Sed quū nec sic acquiescerēt pceres: vir sctis crucē quam in manu tenebat: altū erigens a curia discessit: p clamantibus post eū impijs. Capite furēs sus pēdite pditorē. Quisq; i hospitiū recessisset: duo magni proceres t fideles nocte ad eum veniūt lachrymātes: t sub iuramento dicentes q̄ mors ei a multis pceribus cōiurata esset. Ille magis timēs ecclesie q̄ sibi/ nocte fugit: t diebus latēs/noctibusq; ambulās die. xvij. ad portū venit: t in parua nauicula a duobus sacerdotib⁹ trāsuectus est in Flandriam: quē papa Alexāder tunc apud Senones manēs honorifice suscepit. t in Pontiniaco monasterio eum cōmendauit. Rex vero Anglie epos t proceres mittēs Romā/vt legati venirēt qui negotiū regis cōtra archiepm definirēt: repulsus est. Ūñ ipse iratus iussit ecclesiam t oīa bona archiepi t suorū etiam cōfiscari: t oēs oīno qui ad eum pertinebāt exilio condēnari. Ille vero apud Pontiniacū manēs iciunijs t orationibus se affligens iugiter orabat pro eccl̄ia: pro rege: pro regno Anglorū. Sed a rege p abbates Cistertiēn. ordinis exire compulsus est a monasterio: vnde ad regem Francie Ludouicū se cōtulit: qui eum reuerēter excipiens: donec pax fieret ei benigne necessaria ministrauit. Miser⁹ demū desolationem Anglicane eccl̄ie Senonēsis archiepūs Romā adiens impetrauit vt rex cum toto regno suo excōicaretur: nisi pax ecclesie Cantuarien̄si redderet. Pace ergo reddita vij. exilij. sui anno sanctus Tho. reuersus susceptus est honorifice. Quū aūt dñs papa querelā sancti Thome audisset cōtra quēdam eūm t cōtra alios fauētes regi: eos suspendit ab officijs vel beneficijs suis. Ūñ rex vehementer iratus sanctū Tho. dāpnis t iniurijs adeo fatigauit: q̄ quasi prodito rem ecclesie sue septa exire pbibuit. Tandē vir sanctus quū nec vi nec blāditijs flecteret: quin semp iura eccl̄ie sue tueret: tecce milites regis armati aduenium: t vbi esset archiepūs inter clericos t monachos qui in eccl̄ia cum eo erāt vociferando requirūt. Quibus mox sanctus Tho. ex gradibus cācelli respōdit: Ecce ego: quid vultis? Respōdit vnus militum. Volumus vt moriaris: q; vltra viuere non potes. Et ille. Ego pro deo (inquit) mori paratus sum: t pro assertione iustitie/t ecclesie libertatiōe seu libertate. Sed si caput meū queritis: ex parte oipotentis dei t sub anathemate pbibeo ne alicui ex his noceatis. Libenter quidē moriamur dūmodo pro morte mea pacē et libertatē ecclesia cōsequatur. Deo itaq; t beate Marie t sanctis huius eccl̄ie patronis et sctō Dionysio cōmendo meipm t ecclesie cām. Et his dictis eductis carnificū gladijs imperiē ab impijs: et inclinato capite decollatur: t (q̄ dictu horribile est) ablata corona capitis cerebrū per pauimentū cum cruore t ossibus spargit. Quū aūt ex more ad sepeliendū pontificalibus vestiretur: inuenerunt corpus eius cilicio obuolutū: pediculis t vermibus referto. Ipsaq; femoralia vsq; ad poplites cilicina. Sed quum in his nō quiesceret furor impiorū dicentiū corpus prodito/ris inter sanctos pōtifices nō sepeliendū: sed proiciendū in paludē vel in patibulo suspēdendū: timētes sancti viri seuitiā malignorū: qui sancti corp⁹ rapere vel pjcere tentabāt: sepelierūt ante altare sancti Joā. baptiste in sepulchro marmoreo: anno dñi. M. clxxiij. Paulo autē anteqū rediret ad ecclesiā suam ex exilio: fuit sibi a dño reuelatū rediturū se cum honore ad ecclesiā ipsam: sed post paucos dies per palmam martyrij ad dñm migraturū. Interea vero quū quidā iuuenis infirmaret: a corpe egressa anima iterū reuersa est ad illud: dixitq; raptā in celum se vidisse sedem quādam vacuam valde ornatā inter apostolos sitam. Percunctāte aūt anima illa cuius esset hec sedes parata t magnifica: respondit angelus. Cuidam magno sacerdoti Anglorū reseruatur. Quod intellectum est de beato Thoma.

§. II. De miraculis eius. Dum

Aūt missam clerici cantare inciperēt defunctorū sc̄z Requiē eternā: subito (vt ferunt: t scribit Jaco. de voragine) audite sunt voces angelorū concinantes: Letabitur iustus in dño. Et clerici illud pſecuti sunt. In interfectores aūt eius adeo ira dei deseuijt: vt aliqui digitos sibi dētibus frustratim discerperent. Alij sanie defluētes defecerūt. Alij paralysi dissoluti: alij amentes effecti iniuste mortis sancto illate clara indicia prestiterūt. Multa quoq; miracula per eum dominus dignatus est operari meritis sancti sui. Nam cecis visus: surdis: audit⁹: claudis igressus: vita mortuis restituta est. Sacerdos quidā simplex sed valde deuotus missam quotidie de virgine celebrabat sc̄z Salue sancta parens. &c. Qui accusatus archiepo Thome qui tunc in humanis erat accersitur ab eo. Et tanq̄ idiota et ignorans ab officio suo repellitur. Quū aūt de. Thomas cilicium suū fuere debe/ret: t sublecto illud abscondisset: vt ad suēdum horam aptaq; captaret. beata Maria sacerdoti illi apparuit dicens. Vade ad archiepm: eiq; dicas q̄ illa ob cuius amorez missas illas dicebas: eius ciliciū qō est in tali loco/cōsuit: t setā rubeā de qua illud cōsui/reliqui ibi. Illa ergo me tibi mittit vt interdictū qō feceras mihi debeas relaxare. Quod ille audiēs ob stupuit: t illud ei relaxauit. Sed hoc ipsum tenere occultum in vita sua mandauit. Quedam mulier de Anglia vagos oculos habere ob lasciuiam t pulchritudinez affectabat. Et super hoc votū vouens/nudis pedibus sepulchrū beati Tho me visitauit. Que quum in oratiōe prostrata iaceret: surgēs inuenit se penitus cecatam. Statimq; penitēs cepit rogare dnm Tho. vt nō iam varios: sed saltez suos sibi redderet. Oō tandē cū multa difficultate vix valuit obtinere. Quis q̄dā q̄ loquelā aliquā didicerat sicut pica quū nisus eā insequeret: sicut didicerat clamare cepit: Sctē Tho. adiuua me: statimq; nisus cecidit mortu⁹: t illa auis euasit. Quidam homo quē sanctus Tho. valde in vita dilexerat: quū infirmat⁹ esset: accessit ad tumbā sancti rogans pro sanitate recuperā da: quam ilico recepit ad plenum. Sed domum reuersus: cogitās intra se ne forte illa infirmitas sibi data esset ad salutē t vtiliorē foze aie sue q̄ sanitatē: reuersus ad sepulchrū scti/ rogauit vt qō manis esset expediens saluti sue: siue infirmitas: siue sanitas: id sanctus Tho. a dño sibi impetraret. Factumq; est vt infirmitas illa rediret a eum. Multaq; alia signa fecit dñs per eum: vnde t ab alexādro. iij. adscriptus est catalogo sanctorum.

Capitulum.iiij.

Quidam de visione Tundali penarum inferni t gloria celestium.

Narrat Vincen. spe. histo. lib. xxviij. ca. lxxviij. t sequēti/q̄ anno quo defunctus est sanct⁹ Malachias: de quo sup: t videlicet anno domini. M. cxlviij. in Hybernia contigit visio Tundali. Hic si quidem Tundalus de Hybernia oriundus nobilis erat genere: sed deneger actione. Crudelis erat: forma corporis egregius: fortitudine robustus de salute anime sue nihil solicitus: grauiter ferebat si quis ei de salute aie sue aliquid loqueretur. ecclesiam negligebat. pauperes christi nec videre volebat. Hunc deus volens ad viā veritatis reducere/quū comederet cū socio subito animam ei⁹ eduxit de corpore: vt videret statum alterius vite: penas malorum immensas: t gloriam beatorum: hic bene viuentium: vt ad corp⁹ demum reuersa aia illa ex his que viderat t audierat conuersationem mutaret: t aliis referens ad meliorem vitā eos prouocaret. Ab hora si quidem decima feria quarte vsq; ad eandem horam in sabbato iacuit corpus exanime: t quia calor modicus remanserat in parte sinistra pectoris qui sentiebatur a palpantibus: ipsum ideo insepultum tenuerunt. Sabbato autem reuiuiscens cepit dicere. O deus maior est mia tua q̄ iniquitas mea: ls magna sit nimis. Quantas ostē didisti mihi tribulationes multas t malas: t conuersus viuificasti me: t de abyssis terre iterum reduxisti me? Cuncta q̄ viderat t passus fuerat/enarrauit. Quum anima mea corp⁹ exiret: reatus sui conscientia/cepit formidare: t quid faceret nesciebat. Flens igitur plorans t tremebunda in nullo confidebat nisi in misericordia dei. Tandem vidit ad se venientes tantam immūdorū spirituum multitudinē: vt non solum totam domū t atrium domus/sed t vicos et plateas ciuitatis impleret. Et circundantes miseram animam dixerunt. Cantemus huius misere anime debitum mortis canticū: q; filia mortis est: t cibus ignis inextinguibilis: amica tenebraruz: t lucis inimica. Et conuersi ad eam stridebāt dentib⁹ in eaz t ungulis proprijs pre furore nimio genas teterrimas laniabant dicentes. Ecce misera ppls quē elegisti: cū quibus arsura intrabis infernum: nutrix scandalii amatrix discordie. Quare non superbis mō? quare non adulteraris? vbi est vanitas tua: t letitia tua? vbi risus immoderatus? vbi fortitudo tua? quare non prauo corde machinaris malū sicut facere consueueras? Quumq; hec dicerent vidit a longe venientez quasi stellā lucidissimā: in quam infatigabilē figēs intuitum sperabat se aliquod solatiū habiturā. Erat aūt angel⁹ eius. Qui quū approp̄inquasset: proprio eū salutauit nole dicēs. Aue Tundale: quid agis? Videns ille speciosum iuuenem nimis: t audiens se proprio nomine salutari: pre timore simul t gaudio ait. Heu dñe pater. Circundederūt me gemitus mortis: dolores inferni circūdederunt me. Cui angelus. Modo me vocas patrem t dñm quē semper tecum habebas: t nunq̄ me tali nomine dignum iudicabas. Cui Tundalus. Domine vbi vnq̄ te vidi: aut vbi vnq̄ tuam dulcissimā vocē audiui? Et ait angel⁹ ei. Ego semper te sequebar a natiuitate tua quocunq; ibas: t nunq̄ consiliis meis acquiescere volebas; Et extendēs angelus manum in vnū immūdorū spirituum;

visum memorabile.

qui pre ceteris eis maledictis insultabat. Ecce (inquit) ille cuius voluntati ⁊ cōsilijs obtēperabas: sed aderit tibi mia dei: quā tamen nō merebaris. Sēgre mei: ⁊ quecūq; tibi mōstrando cognoueris/retine mēte: q; iterum ad corpus reuerteris. Tunc aia Tūdali vltra modū pterrita/relicto corpore suo supra gō steterat: accessit propius. Demones hec videntes: ⁊ se nō posse inferre ei mala q̄ minabantur ⁊ q̄ meruerat dolentes: blasphemauerūt deum dicētes esse iniustū: q; non reddebat vnicuiq; ſm opera sua. Et post hec insurrexerunt in semetipsos: ⁊ plagis quibuscūq; pterāt se inuicē pcutiebant: ⁊ nimio fetore relicto cū ingenti tristitia ⁊ indignatiōe recesserūt. Precedens ergo angelus dicit ad Tundalū. Sequere me. Duxit ergo angelus animā Tundali ad diuersa loca penarum: ⁊ ad vallem tenebrosam terribilem ⁊ opertam mortis caligine. Erat aūt profunda et carbonibus ardētib⁹ plena: cui⁹ fetor oēs quas in mūdo passus fuerat tribulationes superabat. Erat aūt ibi lamina ferrea: sup quā descendebat multitudo animarū: ⁊ ibi cremabant donec ad modum cremij in sartagine liquescerent: sicq; colabant vt colari solet cera per pannum. Et dictū fuit Tundalo ab angelo. Hec est pena patricidarū ⁊ fratricidarū ⁊ homicidarum. Exinde duxit eum angelus ad alium locum vbi erat stagnū magnū ⁊ tempestuosum: cuius fluctus ascendebāt in altum valde. Ibi erat multitudo bestiarū terribiliū mugientium vt alias deuorarent. Sup lacū pons erat angustus multū. Lōgitudo eius erat ad duo miliaria. Latitudo vero vni⁹ palmi. Erat q; tabula illa pontis per quē erat trāsitus plena clauis acutissimis ferris insertis: qui omniū transeuntium pedes pforabant. Erāt q; ille bestie horribiles alte vt turres: ⁊ habitantes in stagno animas que pontem trāsire nō poterant: deuorabāt. Ignisq; egrediebatur de ore earum. Vidit autem ibi animā quandam in ponte valde plorantē. Et se multis criminibus accusantē: erat q; pondere magno manipulorum frumenti oneratā: ⁊ hunc pontem cogebatur transire. Et cuius plantas clauis perforatas nimis doleret: magis tamē timebat in stagnum caderet: ⁊ in ora patentia bestiarum intrare. Querenti Tundalo quid hoc esset: respondit angelus. Ista pena specialiter tibi cōdigna est: ⁊ tui similibus furtum per petrantibus vel magnū vel modicum: cuius nō ita graviter patiātur qui modicū sicut qui multū. Maxime aūt rei sunt qui sub habitu religionis delinquūt. Hunc ergo pontem oportet transire: ⁊ vaccam indomitā tecum ducere: ⁊ illesam mihi vltra pontem reddere: q; vaccam cōpatris tui alicui furatus es. Ad quē Tundalus. Dñe nōne ego illā restitui? Reddidisti inquit: sed quādo illam ascōdere non potuisti. Et ideo nō plenum patieris suppliciū: q; minus malum est malum velle q̄ perficere. His dictis ostendit ei angelus vaccam indomitā. Tundalus ergo vaccā tenuit: ⁊ eam quibuscūq; modis poterat instigare/conatur ad pontē ducere. Bestie vero veniebāt mugientes: ⁊ suum cibū ex ponte capiebant scz de ijs qui cadebāt de ponte. Tundalus ergo cepit iter agere per pōtem: at vacca renitebat eum sequi. Quū staret Tundalus cadebat vacca. Et quum vacca staret. Tundalus cadebat. Et sic versa vice modo stando/modo cadendo/cum maxima difficultate venit vsq; ad mediū pontis. Quumq; illuc venissent viderūt quendā qui portabat manipulos tritici: quos scz in vita furat⁹ fuerat venientē sibi obuiā per dictū pontē. Qui rogabat Tūdalum qui vaccā ducebat: ne sibi viam preoccuparet. Et Tundalus ecōtrario rogabat illum vt iter suum q̄ iam medium cōpleuerat: sineret perficere. Neuter aūt non solum reuerti poterat: sed retrospicere. Sicq; stantes ⁊ plorantes pontem plantarum suarum sanguine cruentabant. Quūq; iam diutius starent: nescientes quomodo vterq; alterum se pertrāsisse videret/demirabantur. Tundalus aūt angelus quē retro reliquerat vidit ante se stantē. Qui ei dixit: Bene veniasti de vacca non amplius cures. Quūq; Tundalus ostēderet pedes suos vulneratos: dicens q̄ amplius ire non poterat: respōdit angelus. Meminisse debes quoniam pedes tui veloces fuerunt ad effudēdum sanguinem: ⁊ ideo contritio⁹ ⁊ infelicitas in vijs eorum ⁊ tangens sanauit eum. Deduxit angelus Tundalum ad loca varia diuersorum cruciatuum: vbi anime propter diuersa vitia multipliciter cruciabātur a demonijs propter vitia superbie/gule/⁊ luxurie/⁊ pudenda virorum et mulierum laicorum ⁊ religiosorū: ⁊ ex eis scaturiebant vermes: ⁊ bestie intrabāt per ea. Inter cetera autem vidit principem tenebrarū Luciferum in profundo inferni. Qui qualia ⁊ quanta rozmēta paterer: si quis centū capita haberet: et in quolibet capite centum linguas: nullo modo sufficeret enarrare. Magnitudine corporis precellebat bestias omnes alias. Hunc circundabat multitudo demonū ⁊ animarū tanta/q̄ credi nō posset q̄ mundus a principio sui potuisset tot animas habuisse. Ligatus aūt erat per singulas mēbrorū iuncturas catenis ferreis ignitis super carbones viuos extēsus: q; manibus suis alias detinēs diuersis modis cruciabat: ⁊ maxime prelatos malos ⁊ principes. ſm illud. Potētes potenter tormenta sustinebunt.

Inferorū sup plicia Tundalo ostensa.

§.I. Post plurima loca penarū

visa: demū angelus duxit animā Tundali ad loca glorie viditq; ciuitatē habentem muros valde altos ⁊ pclaros argēteos splēdidos ⁊ decoros. ⁊ quū porta ibi nulla appareret: vidit se intromissum illuc: modū nesciens. Circunspiciensq; vidit chorōs sanctorum exultantiū ⁊ dicentiū: Gloria tibi dē⁹ pater gloria tibi dē⁹ fili dei: gl'ia tibi spūssancte deus. Erant autem viri ⁊ femine vestiti cādidis vestibus ⁊ pcriosissimis sine macula ⁊ ruga. iocundi/hilares/semp gaudentes/⁊ sanctam trinitatem laudantes. Voces vero consonantes quasi musicum melos reddebant sonos. Claritas/amenitas/iucunditas/pulchritudo/honestas/sanitas/eternitas/vnanimitas omnibus/vna charitas. Odor eius superabat omnia aromata ⁊ odoramenta. Ostēdit Angelus Tundalo diuersorum status beatorum in vario gradu glorie superne. Et coniugatos quidem q̄ hic virtuose cōuersati sunt: in magna gloria et gaudio: cōtinentes in maiori triūpho: virgines et perfectos religiosos in maximo. Demū reuersa est aia Tundali ad corpus. Qui resurgens ex mortuis/respexit circunstantes clericos ⁊ alios. viaticū deuote petijt ⁊ accepit. facta confessione omnia sua pauperibus distribuit. ⁊ narrans singula q̄ viderat hec predicans populis multos ad deum cōuertit. Et ipse perfectam cōuersationē arripiens: beato fine quieuit.

§.II. Nota tamē q̄ Vincen. spe.

histo. vbi. ℞. post narrationē hoc q̄ abbreuiauimus multum: dicit q̄ hec visio a doctoribus nostris non approbat: ex eo q̄ ipsi nullum statum animarū medium ponunt inter purgatorium ⁊ paradisum. Alia em̄ si non plene purgata hinc recedit ⁊ tū in gr̄a decedēs ad purgatoriū pergit: ibiq; in tormentis morat⁹ vsq; ad perfectā ⁊ plenā purgationem: nec pro aliq̄ hora vel momēto vacat a tormentis quousq; plene purgata ascendat ad gloriam. plene aūt purgata hinc recedens subito ad gloriam euolat. Si autem in mortali decedat ⁊ immediate ad locū damnatorum descendit sine aliqua interpolatiōe vel refrigeratiōe in perpetuū cruciandā. Sed in pcessu hystorie huius visionis ꝺr q̄ Tūdalus vidit aliquos non pfectos in malitia vel bonitate: sed mediocriter bonos aut mediocriter malos/⁊ eos in aliqua requie ⁊ cōsolatione: ⁊ partim in aliqua afflictiōe. Et de quodā Lozmartho rege q̄ fuerat dñs eius in seculo: narrat q̄ vidit eum partim in pena ignis: ⁊ q̄ p tres horas patiebat quotidie in igne: ⁊ residuo tpis. scz. xxij. horas requiē habebat. Ista duo nō tenentur. s. q̄ qui sunt in purgatorio: partim sint in pena: partim in requie: vel aliqua hora sint a penis liberi: ⁊ pro alio tpe sint in pena. Et multo min⁹ de ijs q̄ sunt in inferno. Quod vero ꝺr in dicta visione q̄ aie in penis alique liquefiebant ad ignē: ⁊ colabant vt cera: non est intelligendum ad literam: morte carēt aie: nec in substantia sua mutari minui vel consumi possunt. Sed dictum est hoc ad ostendendū magnitudinem pene illi⁹: sicut ⁊ christus ad ostēdendū magnitudinē pene sue in passiōe: ait per pſ. Factū est cor meū tanq̄ cera liquescēs. Similiter q̄ ibi dictū est de diuersis mēbris corporeis in quib⁹ patiunt aie vel demones: nō est credendum vel animas habere aut demones: membra corporea vt homines mortales: quū sint spūs ⁊ sine materia corporali: sed sicut de deo dicimus per similitudinem ipm̄ habere caput/oculos/manus/pedes/ad denotandum opera eius: qui tū spūs est deus: ita ⁊ per silitudinē ꝺr de aiab⁹ demonijs. opꝰ em̄ p silitudines rerū materialiū que sunt note sensibus nr̄is: agere ⁊ loqui de rebus spūalibus: vt aliquid de eis intelligere valeamus. Et silr alie hmōi visiones intelligēde sunt. Et q̄ dicunt de ciuitate glorie de muris/auro/argēto/lapidib⁹ pciosis/vestibus/cibis/⁊ hmōi tēporalibus intelligēda sunt spūaliter p delectationibus spūalibus: que excellūt omnes huius vite.

De sancto Bernardo abbate: ⁊ de sancta conuersatione/doctrina/⁊ miraculis eius. Capitulum.v.

Beatus Bernardus anno dñi. M. cliij. abbas dilatator ordinis Cisterciēsis trāsiuit ex hoc mūdo ad patrē celestē anno etatis sue. lxiij. Anno vero. xxij. etatis sue ingressus est ordinē Cistercien. fundatū seu ichoatū per annos. xxv. ante a Stephano religiosissimo viro. Qui Bernardus in vita sua fundauit. clx. monasteria ordinis fulgens illustrans ecclesiam sanctitate vite/suauitate doctrine/⁊ miraculorum gloria: vt merito illud sortitus sit nomen. Bernenim dicitur puteus: ⁊ nardus est herba parua ⁊ calide nature ⁊ odorifera. Sic Bernardus fuit puteus seu fons profundit ate

funditate diuine sapientie: nardus / paruus humilitate: calidus charitate: odore fragans munditia vite. Huius vi-
Sancti tā descripsit Guilielmus abbas scti Theodorici socius eius.
Barna- Fuit igit hic scrus ex Burgūdia oriundus: Fontanis oppi-
dioxigo dozer nobilib⁹ parētib⁹ Cui⁹ pater Tescellin⁹ noie: seculo
& gesta. miles strenu⁹ nec min⁹ deo deuot⁹. Mater vero Beleth nuncupata est hec ex eo genuit sex mares monachos futuros oēs: vnam feminā sanctimonialē post coniugiū effectam. Ado autē erat religiosa & deo dedita mater illa: vt mox filiū quē pepererat proprijs manib⁹ deo offerret. Alienis vberibus nolebat illos enutriri: quasi cū lacte matemo quodāmodo bonā eis infundens naturā. Quum autem creuissent: & diu sub manu eius erant: cibis grossioribus⁹ et cōibus eos pascebat: quasi continuo eos ad monasterium transmittēdos. Quū autē iam tertiū filiū. s. Bernardū genuisset: et adhuc eū gestaret in vtero vidit somniū presagium futurozū: catellū. s. totū candidū totum subrufum in dorso / et latrantē in vtero sibi videbatur habere. Oō quū cuidā sancto viro exposuisset: ille pphetica voce respōdit. Optimi catuli mater eris: & q domus dei custos futur⁹ magnos latrat⁹ contra inimicos ecclesie dabit. Erit em̄ predicator egregius: & multos medicinalis lingue gratia curabit. Quū aūt adhuc puer esset Bernardus: & grauī capitis dolore vexaret: veniente ad se mulierculā vt dolorē carminibus incantatis mitigaret: cum indignatiōe nimia exclamās illā expulit. Puero aūt bono zelo permoto misericordie dei ñ defuit: nā cōtinuo surgēs liberatū se sensit. In sacratissima nocte dñice natiuitatis / quū puer adhuc Bernard⁹ ad matutinale officiū surgēs in eccl'ia expectaret: & q hora christ⁹ natus fuisset scire cuperet: apparuit ei puerulus Jesus quasi tūc nascēs ante oculos suos ex vtero matris virginis vñ quādiu virit hāc fuisse horā dñice natiuitatis existimauit. Ab illa igit hora in ijs que ad illud pertinent sacramentū: & sens⁹ ei pfundior & sermo copiosior dat⁹ est vnde & postmodū in laudē genitricis & geniti inter ipsa tractatuū suoz initia insigne opusculū ediditī quo illā lectionē euāgelicā / Missus est āgel⁹ / suauiter explanauit. ¶ Uidēs aūt antiqu⁹ hostis positū adolescētis tā salubrē: ei castitati iuidit: multosq ei laqueos tētatiōis opposuit. Quū em̄ aliqñ i aliquā feminā aliquādiu oculos defixos tenuisset: ptinuo de seipso erubescēs in seipsuz seueriss⁹ vltor exurgit: ac in stagnū gelidarū aquaruz insiliēs / tandiu ibidem pmānsit / donec pene exāguis effect⁹ / per gratiam dei a caloze carnalis cōcupiscētie totus refriguit. ¶ Quū iterū in domo cuiusdā matrone hospitaretur: illa adolescentem aspectu decozū cōsiderās / vehemēter in cōcupiscentiā eius exarsit. Quūq lectū sibi seorsum sterni fecisset: ipsa impudenter & silenter surgēs / ad lectum eius accessit. Quam ille sentiens ptin⁹ exclamauit / Latrones: latrones. Ad quā vocē mulier fugit. Familia excitata surgit. Lucerna accenditur. Latro queritur: sed minime inuenit. Ad lectū oēs redeunt: cōquiescit ceteri. Sed misera illa minime cōquiescit: qm̄ iterū surgens ad lectum Bernardi accedit. Et ille / Latrones: latrones: denuo exclamauit. Surgūt oēs / latro q̄rit⁹. et ab eo q̄ sol⁹ nouerat minime manifestat. Usq tertio mulier improba se igerit sic repulsa. Uix tamē metu vel desperatione victa cessauit. Quū aūt sequēti die iter ageret cum socijs arguētib⁹ eum q toties in nocte latrones somniasset: & causam inquirentib⁹ respōdit. Ueraciter hac nocte incidias perpessus sum latronis: q̄ hospita mihi nitebatur auferre thesaurum irrecuperabilē castitatis.

§.I. Perpendēs igitur non esse

tutum cohabitare serpētib⁹: fugā meditari cepit: et ordinē Cistertiēsium ingredi deliberauit. Oō quū fratres ei⁹ cognoscerēt: & eum ab hoc proposito modis oīb⁹ phiberēt: et socij eius hoc etiā suaderent. s. in seculo remanere: tātaz gratiam ei dñs contulit: vt nō solum ipse a cōuersione nō phiberet: sz oēs fratres suos ac socios ad religionē dispositos dño lucraret. Et primogenit⁹ quidē Guido quū esset cōiugatus: et iam proposituī haberet religiōis: vxorem autē suā & iuuenculā ad idem non posset inducere: immisit dñs infirmitatē grauē super eā. In qua aduertēs vanitatē mundi & breuitatē vite / cōpuncta proposuit si⁹ de infirmitate euaderet: monialis effici. Quod & secutuz est. Nam sanitate mox recepta: sc'm cum viro dimisit. ipsa monasterium monialium: et Guido ordinē Cistertientium ingressi sunt. Benialum: et Guido primogenitus videns Minardum fratrē suuz minimum puerū ludentē in platea cuz pueris: Eia (inquit) frater Minarde / ad te solum respicit omnis terra possessionis nostre. Cui nō pueriliter respondit puer. Uos ergo celum habetis: & mihi terrā solūmodo relinq̄tis. Nō ex equo diuisio hec facta est. Modico igit tēpore cum patre remansit: sed fratres postmoduz secutus est. Ingressus igitur ordinem seruus dei Ber. ita totus in spū absorptus est: et deo taliter mancipatus: vt iam nullis sensibus corporeis vteretur. Jam q̄ppe annuz in cella nouitiorū exegerat: & adhuc an domus haberet testitudinē ignorabat. Multo tpe ecclesiam intrans & exiens / in capite vbi tres erant fenestre: vnā tantū esse putabat. Abbas aūt Cisterciēsis fratres ad edificandam domū Clareuallis misit: et eisdē Bernū. in abbatem prefecit. Qui multo ibidē tpe in nimia paupertate degebant & pulmenta sepius ex folijs phagi conficiebat et panem ordaceum milionis et viciarum comedebant. Uigilabat aūt seruus dei vltra possibilitatem humanā. Nullū em̄ tēpus se magis perdere cōqueri solebat: & q̄ñ dormiebat idoneam satis reputans cōparationem mortis & somnit vt sicut dormiētes videnē mortui apud hoīes: ita apud deum mortui pctis dormiētes. vnde etiā si quē forte duri⁹ stertentem audiret: seu minus cōposite videret iacentē: patiēter ferre vix poterat: & carnaliter seu seculariter eum dormire causabat. Ad comedendū vix aliqua voluptate trahebat appetitus: sz solo timore defectus. sic accedebat ad sumendum cibū: quasi ad tormentū. Post cibū aūt quātū comederit pensare solitus erat. Si q̄ñ vel ad modicū mēsuraz solitā excessisse se deprehēdit: impune abire nō patiebat. Sic gule illecebras edomuerat: vt ipsam sapozū discretionem ex magna parte pdiderit. Nam & oleū sibi aliqñ per errorez propinatū bibit et penitus ignorauit: nec prius id cognouit: donec q̄dem labia sua miraret inuncta. Saginaz. i. pinguedinē porci / p errorē sibi oblatū p burro multis diebus⁹ nosciē comedisse. Solā autē aquā sibi sapere dicebat: eo q dum sumeret: fauces & guttur eius refrigeraret. Quicquid in scripturis didicerat: maxime in syluis & in agris meditando & orando se pficere bat accepisse: & nullos se aliqñ magistros habuisse / nisi quercus & phagos. inter amicos docere solebat. Nouitijs autem ordinem intrare volētibus dicere cōsueuerat. Si ad ea que intus sunt festinatis: hic foris dimittite corpora que de seculo attulistis. Soli spūs ingrediantur: caro aūt nō prodest q̄cq̄. Pater eius qui solus domi remāserat ad monasteriū iuit: ac ibidē p aliqd tempus in senectute bona decessit. Sozor ei⁹ seculo nupta / quuz in diuitijs & delitijs seculi piclitaret: quadā vice fratres suos ad monasterium visitatura accessit. Quūq venisset cum comitatu & apparatu supbo: ille eā tanq̄ rete diaboli ad animas capiendas exhorruit: nec ad videndum eam exire aliquatenus acquieuit. Uidens illa q̄ nullus fratrū suoz occurreret sed ab vno eoz qui tunc portari⁹ erat / stercus involutū diceret: tota in lachrimis resoluta / Et si peccatrix sum (inquit) pro talibus christus mortuus est: q̄ em̄ peccatrice me sentiot idcirco consiliū et colloquiū bonozum reqro. Et si despicit frater meus carnē meaz / ne despiciat ser⁹ dei animā meam. Ueniat & precipiat: et quicquid pceperit adimplebo. Hanc ergo pmissionē tenens / exijt ad eam cum fratribus suis. Et q̄ eam a viro separare nō poterat / primo ei omnē mundi gloriā interdixit / & formā matris imitandā eidem indicens: eam dimisit. Illa vero rediens ita repente mutata est: vt in medio seculi vitam duceret eremeticam & ab omni seculo prorsus se faceret alienam. Tandem precibus multis virum suum vicit et ab ipso absoluta monasterium introiuit. ¶ Infirmatus aliquādo vir dei quū extremum iam spiritum trahere videret in excessu mētis sue añ tribunal dei iussus est presentari. Adfuit autē & sathan ex aduerso improbis eum accusationibus pulsans. Ubi vero ille oia fuerat pfecutus et vir dei p sua fuit parte dictur⁹;

nihil territus aut turbatus ait. Fateor nō sum dignus ego nec propriis possum meritis regnū obtinere celorū. Ceterū duplici iure illud obtinens dns me: hereditate. i. patris: et merito passionis: altero ipse cōtentus alterū mihi donat: ex cuius dono iure illud mihi vendicās nō cōfundor. In hoc verbo cōfusus inimic⁹ cōuictus ille solutus et vir dei in se reuersus est. Tanta aūt abstinētia/labore/et vigilijs/corpus suū attriuit: vt grauissima egritudine langues et fere con tinua/cōuentū sequi/vix posset. Quadaz vice dū grauissime infirmaret: fratribus instarent pro eo orantibus aliquantu lum cōualuisse se sensit. Cōgregatis autem fratribus dixit. Quid tenetis miserū hoiem? Fortiores estis et inualuistis. Parcite queso: parcite: et finite me abire.

§. III. Quodam tpe quū fratres

§. VI. Anno aũt dñice incarnationis. M.clxix. circa autũni initium/memor Constantinopolitanus imperator pactorũ que cũ dño rege Hierosolymitano firmauerat. s. vt suis copijs adiutus regnum Egyptiorũ occuparet: classem in Syriam misit/In cuius nauali imperatoris exercitu erãt rostrate naues que galee dicũtur. clx. Naues autem onerarie ad equos/arma/t alia instrumenta bellica portanda. lxxij. Misit preterea de suis principibus q; exercitui preerant: Balducas consanguineum suum comitem: Alexandrum de conuersano nobilem de Appulia virum. Rex aũt Almaricus ante diu aduentu eorum cognitor cõpositis regni negotijs apud Ascalonam tã Grecoz q; Latinoz tinorum congregauit exercitũ. Inde tam marino q; terrestri itinere ante Damiatam quã a principio obsidere disposuerat/castrametati sunt vrbem obsidione vallantes: t vbi dum per triduum assultus differũt: experimẽto cognouerũt q; verum sit qõ dictum est a poeta. Semper nocuit differre paratis. Nam hoc intermedio spatio aduenientes de superioꝛb⁹. Egypti partibus Turcorum copie infinite nostris videntibus nec impedire valentib⁹ vrbem prius pene vacuã replenerunt: christianus aũt pp̃s nihilominus erectis vndiq; in gyrũ machinis vrbẽ aggrediunt. Sed cives quibus possunt argumẽtis: nostris resistere satagebant. Nostri autem in resistendo videtes eorũ aim: quũ instare acri⁹ debuissent: timi de gelideq; ceperunt cuncta ministrare. Accessit per idem tẽpus tanta imbriũ abundantia: vt neq; tugurijs pauperiores/ neq; papilionibus ditiores arte aliqua stillicidia arcere possent. Fiebant preterea: sed interpolatis diebus: in ciuitatem assultus: in quibus nunc nostri/nũc hostes deteriorem calculũ reportabãt. Ipsi ẽo raro Latinos nisi lacessiti ad cõgressum prouocabant. In Grecos vero nonnunq; per quandam adulterinam portam que eorũ castra respiciebat/irruptiões subitas faciebant. Augebant porro quotidie ciuibus copie militares: adeo vt tã nostris essent formidini. Murmur ergo serpebat in pp̃lo: t erat oim pene vna snia christianos inutiliter operam cõsumere: t irata diuinitate hoc opus cepisse: tutiusq; esse redire ad propria quam in Egypto fame tabescere. Cõualuerat em̃ fames valida in castris: t eraq; oiz victualium charistia potissimũ in castris Grecorũ. Mediãtib⁹ ergo nostris t de Turcorum satrapis nonnullis consentientibus in idipsum Grecis occultis quibusdam conditionibus fedus init t mox voce p̃conis pax indicit. Depositis ergo machinis t igne succensis: dñs rex Almaricus terrestri itinere reuersus est in regnũ suum. Greci vero oẽs q; nauigio venerant t vt ad propria remearent siniſtro omine t infaustis auibus naues conscenderunt. Nam seuissima tempestate suborta subito cõfractis ad ltitora nauibus: naufragiũ passi sunt adeo vt de tãta classe vix naues pauce pseruarent incolumes. ¶ Anno aũt sequẽti mẽse Junio/tãtus tãq; vehemẽs terremot⁹ in oriẽtalib⁹ prib⁹ extitit quãt⁹ in memoria p̃sentis seculi nũq; legit accidisse. Hic vniuersi oriẽtalis tract⁹ vrbes fundit⁹ diruẽs/habitatores earũ edificiorũ casu p̃triuit: adeo vt ad exiguã reduceret paucitatẽ. inter quas t ciuitates Celosyrie et Phoenicis solo ten⁹ deiecit. Inter eas Antiochiã strauit penit⁹ adeo vt multi sumptib⁹ t laboribus vix ad statũ mediocrẽ potuerit reparari. De mediterraneis vero que ab hostib⁹ tenebant: Alapia: Cesarea: Amam: Emissa: t alie multe funditus corruerũt. In Phoenice vero Tripolis nobilis et populosa adeo cõcussa est: vt tota ciuitas quasi agger lapidum t tumulus fieret ciuium.

Siraconi Egypti regnũ occupat.

§. VII. Eodez anno mense Decẽbris Saladinus vt christianis vicẽ repẽderet: ad inuadẽdũ eoz fines totis se viribꝰ pparat. Unde congregatis ex tota Egypto militaribus copijs q; vsq; xl. mlia equitũ dicũtur fuisse: regnũ Hierosolymitanũ ingredit. Cuius aduentu audito/rex cũ vniuerso exercitu q; vix. cc. t. l. esse poterant milites: cũ omni celeritate Ascalonã pperat. Deinde paratus ad prelium hostib⁹ se parat occurrere. Sed ille ad alium declinãs locũ/effractis suburbijs Gaze vrbis: cũ ingenti preda in Egyptũ regressus est. ¶ Anno sequenti qui fuit. M.clxx. videns sepe victus rex quãtis molestijs regnuz fatigaretur: t q; hostiũ incessanter augebat numerus: t eiusdez regni pui di principes iam defecissent: t in eorũ locũ soboles crescebat permitiosa: vnde in tantam deuenerat penitus debilitatez vt quasi deficeret: ea de re de consilio principum in occidentem solennes nuntios misit. Ipse vero per se cũ classe. x. galearuz ad imperatorem Constantinopolitanũ deliberauit accedere. Igitur prospera vsus nauigatione Constantinopolim peruenit. Audiẽs aũt impator q; tã famosus pnceps t tã amabilis deo regni moderator imperiũ suũ preter solitũ ingredere tur: primũ vehementer admiras q; esse posset causa tanti laboris: deinde glorie sue considerans incremẽtũ/q; rex Hierosolymorũ locoz venerabiliũ dñice passionis t resurrectiõis defensor t aduocatus ad se venerat: qõ nulli precessoꝛ suoꝛ legit accidisse: plurimũ exhilaratus est. Ingredienti ergo ad eũ in cetu pcerũ suorũ ꝺr ei familiariter adsurrexisse: cũ pacis osculo hilariter eum valde suscipiens. Post dies aliquot rex imperatori vie sue cãm apit regni necessitates explicat. Immortalitatem fame quam sibi dñs impator in subiugando sibi Egypti regno comparare posset diligentius exponit. Facilitatem quoq; obtinendi propositi euidẽtibus adstruit argumentis. Quib⁹ persuasiõib⁹ aurẽ benigna impatoz ei⁹ assertionib⁹ accõmodauit: t desideriis plenũ t optatũ pollicet effectũ. Cõpleto igit rex pro voto negotio/ad reditũ se incipit prepararet: t feliciter cõsummato opere cõposita classe mare ingredit: t secundis flatibus actus ac vrbem applicat Sindonensem. ¶ Eodẽ anno t sequẽti Saladinus irruptiones facit in regnũ Hierosolymitanũ: sed diuinitate propitia/ modicum aut nihil christi fidelibus nocere potuit. ¶ Anno autem domini. M.clxxij. in regno Hierosolymitano res periculosa nimis et regno valde detestabilis dicitur acci

Damiatã obsidẽt christiani.

Legati ex hierosolymis i occidẽ tẽ mittũtur.

alisse. Qō vt plenius innotescat: sumendum est altius narrationis initiū. In puincia Tyrensi circa ēpatum Anteradensem est quidam ppls castella. x. habēs cum suburbanis suis. Estq; numer⁹ eoz/vt sepe audiuimus/ad. xl. milia virorum vel amplius. Ji non hereditaria possessione/sed meritorum prerogatiua magistrum sibi solent preficere: quē spretis aliarum dignitatum nominibus Senem vocant. Cui tanto obedientie ⁊ subiectionis vinculo solent se obligare: vt nihil sit tam durum/nihil tam difficile/tāq; periculosum: qō ad magistri impiū ardēti animo non aggrediant implere. Nā inter cetera/si quos habent principes odiosos/data vni de suis sica vel gladiorō cōsideraro rei exitu vtrum euadere possit: illuc ptendit cui mādatum est. Et tandiu p complēdo anri⁹ imperio laborat ⁊ circūit/quousq; peragat officium iniun-
Assisini ctum preceptoris mandato satisfaciens. Nos tam nr̄i q; Saraceni (nescimus vnde deducto nomine) Assisinos vocār. Hi igitur annis quasi. cccc. Saracenoz leges ⁊ eorum traditiones rāto zelo coluerunt/vt eorum respectu ceteri Saraceni quasi transgressores ac preuaricatores iudicarēt: ⁊ ipsi soli legem viderent implere. Contingit dieb⁹ illis/q; magistrū sibi prefecerūt virum facūdissimū subtilem ⁊ acris ingenij. Hic preter morem maiorum suorum cepit habere libros euāgeliorum penes se ⁊ librum apostolicū. Quorum continuato incumbens studio: miraculorum seriem christi ⁊ preceptorū multo labore assecutus erat. Inde secum cōferēs christi suauem ⁊ honestam doctrinam cū hijs que miser et seductor ille Machometus cōplicibus suis ⁊ deceptis ab eo tradiderat: cepit sordes putare quicquid cū lacte biberat: ⁊ p̄dicti seductoris abominari immunditias. Eodem q; modo populū suū erudiens/ab obseruantia illius superstitionis cessare fecit: oratoria quibus ante vsi fuerant deijciens: eorū ieunia soluens vinum ⁊ ouillas carnes eis indulgens. Tandem ad interiora legis dei volens procedere virū quendam prudentē nomine Boabidellū ad dominum regem Almaricū dirigit: verba secreta deferentem. Quorūverborum precipuus erat articulus/q; si magister ⁊ fratres militie templi qui castella eorum habebāt conterminar: duorū milium aureorū que singulis annis ab eis exigebāt volebāt relaxare tributum: ipsi ad fidem christi ⁊ baptisma cōuolarent. Rex autē eorū legationem leto suscipiens animo: sicut vir discretissimus erat: eorum petitionibus plenius annuens/duorum miliū aureorū quorum annuam solutionem relaxari postulabat: de suis p prijs reditibus predictis fratrib⁹ refundere parat⁹ erat. Nā tiumq; quez apud se diu tenuerat: sibi dato ducis itinere ad propriū magistrū remittebat. Qui dū Tripolim peruenisset fines suos ingressurus in proximo: subito fratres suprad̄icti ex improuiso strictis gladijs irruētes hominem de regio ducatu ⁊ nr̄e gentis finceritate ⁊ fide presumētē ⁊ nihil tale verentē occiderunt: Qō audiens rex facti. s. atrocitatem quasi insania successus cōuocatis regni principibus in iniuriā suā quicquid acciderat asserens redundare: querit instiui quid in tali casu oporteat facere. De cōi tandem principum consilio factum quod acciderat asserunt nō esse negligēdum. Nā i eo authoritas regia videbat deperire: ⁊ christiani nominis fides ⁊ cōstantia immeritā contrahere infamiam: ⁊ orientalis ecclesia deo placitū ⁊ iam peractū incrementum amittere. Mittuntur ergo de p̄silio nobiles viri qui a magistro p̄dictorum fratrū Odone sancto Almādo exigant: vt tanti excessus regi ⁊ regno vniuerso satisfactionem exhibeant: dicebat esse quidā frater Gualter⁹ de Manilio vir nequam ⁊ monoculus oīno penes se nihil habens discretiōis de fratrū tū cōscientia id fecisse. Vñ magister preter debitū illi parcendo: p suos nūtios regi significauit fratri q; hoc cōmiserat illi pniaz inūrisse: ⁊ ita cū iniuncta pnia ad dominum papā se eū directurū. Inhibere autē ex parte dñi pape ne in predictū fratrē hs auderet manus violētas inijcere. Rex aūt p predicto negotio apud Sidonē cōstitutus: predictū maiestatis reum de domo violēter extractū vinculis mācipari fecit. Tandē hui⁹ facti occasione paulo minus vniuersum regnū ruinā habuit irreparabilem. Rex tū apud Assisinoz magistrū de sua innocētia p nūtios immunis facti apparuit. Et cū p̄dictis fratribus satis tēperato vsus moderamine/vsq; ad sui obitū rē dimisit indiscussam. Dicit tū q; si de sua illa egritudine quā statim post id factum incurrerat/qualuisset: cū regib⁹ ⁊ principib⁹ christianis orbis terrarū illā iniuriā ꝓposuerat p solēnissimos nūtios pertractare. Eodē tpe Noradin⁹ Alapie
Noradin⁹ ⁊ Almaric⁹ reges moriūt. dñs maximus xp̄iane fidei p̄secutor: princips tū iustus ac p̄uid⁹: regni ei⁹ anno. xxix. defunct⁹ ē. Nec multo post tpe dñs rex Almaric⁹ quū aliquot mēsib⁹ febre ꝺfatigat⁹ decubuisset: moztu⁹ ē anno ab incarnatiōe dñi. M. clxxv. Regni eius anno. xij. Etatis vero. xxxiij. Sepult⁹ est ār inter predecessores suos secus fratrē in eadē linea ante locū caluarie. Nunc autē ad occidētales hystorias redeam⁹: ea referēdo q; iperāte Frederico imperatore primo contigerunt.

§. VIII. Anno autē ab incarnatione dñi. M. clxxij. Robert⁹ natione carnotēsis prepositus de Arca/duos regebat ep̄at⁹: Attrebatēsem. s. ⁊ Tornacēsez. Philippus gnomēto adeodat⁹ frā coz rex.

Hic cuiusdā fabri ⁊ rustici filius fuit: q; vt dictum est familiari demone vtebatur: quo mediante ad tantos peruenit honores. Hic postmodum ab eodem patrono ⁊ familiari suo decep tus/procurante quodā nobili milite occisus est a ribaldis.

¶ Anno aūt dñi. M. clxxix. Philippus Ludouici regis Francorum filius Remis in festo oīm sanctorum ab archiepiscopo Gulielmo auūculo suo consecratur in regem. Consecratus est autem quum adhuc pater eius viueret Ludouicus: q; iā etatis. lxx. trāsierat annū: quū ipse puer iam annorū esset. xiij. Habuit essi Philippus huius iuuenis optima initia: ꝑcipue supra etatē suā deū timere videbatur. Nā principio regni sui q; ab aleatoribus enormia in tabernis ⁊ curijs fieri solebāt: intrā abhozuit: vt eos qui talia in ei⁹ p̄sentia iuramēta depromerent: ipse quicunq; essent in lacu vel flumine mergi iuberet. Quod edictum firmissime seruari iussit in posterum.

¶ Anno aūt primo regni sui quū cōtra ipsum grauia emersissent bella: ipse quū esset etate puer: non tū puerliter sed viriliter ac strenue oībus cepit eminere. Nam primū ꝺ Hebonen de Larantonio in territorio Bituricensi/qui graui iugo eccl̄ias ⁊ eius ministros opprimebat: mouit exercitū: ⁊ intrā eius rep̄sit tyrānidem: vt coactus ad eius pedes venire cogeret: atq; ab eo nō aliter remā ⁊ indulgētiā ipetraret: q; usq; sacramēto ꝓmitteret q; iuxta ei⁹ bñe placitū de illatis dāpnis oīb⁹ eccl̄ijs plene satisfaceret: ⁊ se a silīb⁹ abstineret. ¶ Sil'r eodē anno ꝓtra iniquitatis filios Imbertū de belloloco (al's belloioco) ⁊ comitē Labillonēsez cōtra regias immunitates ecclesias dei grauare ꝑsumētes: collecto exercitu eoz terras intrauit: ⁊ tyrānidē superbiāq; eorū cōfringens/ablatas eccl̄esijs in integrū restituere coegit. Et q̄m hec duo prima bella pro ecclesiarum defensiōe ⁊ cleri libertate strenue gessit: ideo dominus in fraude circūuentionū eū illi adfuit. ¶ Anno se quēti ei⁹ pr̄ Ludouic⁹ apud Parisios anno regni eius. xliij. obijt. Anno autem dñi. M. clxxxij. Alexander papa moritur Huic Lucius natiōe Tuscus in papatu successit qui sedit annis. iij. mensib⁹. ij. Eodē anno Philippus magnus comes Flandrēsis ⁊ Odo Burgundie dux: ⁊ Gulielmus archiepiscopus Remensis frater eius in regē Philippuz cōspirauerāt. Rex autē Anglie Henricus cum filio suo fert opem regi: ipsis mediantibus pax inter illos componitur. Quo tē pore Henricus ⁊ Ricardus fratres filij Henrici regis Anglorū inter se discordant: patre Ricardi patrem fouēte. Qz nō post multū Henricus iunioz moritur: quē pater iā dudū in regē fecerat coronari. Eo quidē tpe Judeorū multitudo maxima que ex omni mundi parte cōfluxerat/Parisijs habitabat. Qui ibidem tam diu: cōuersati adeo diuites facti erant: vt fere sibi medietatē vrbis vendicarēt. Hi cōtra dei ⁊ sancte ecclesie decretū in domibus suis christianos ⁊ ancillas habebāt: q̄ ēt (qō peius erat) in quibusdam cum eis iudaizare cogebant. Insuper ⁊ sacra vasa pro instante ecclesiarum necessitate pignozum noīe retinentes/tam viliter tractabāt: q; eozuz infantes in calicibus offas faciebāt ⁊ in eis bibebāt: sed ⁊ multa alia enormia contra fidem immo in contēptum dei cōmittebāt. Dicebatur insuper q; singulis annis in opprobrium christiane religionis quasi pro sacrificio in quibusdā cryptis ⁊ fossis subterraneis in die cene dñi christianum vnum patibulo crucis affigētes occidebant. Audiuerat aūt hec enormia rex Philipp⁹. a Judeis fieri: ⁊ viuēte patre diu mēte clausuz gestauerat. Quo mor⁹ tuo/eius precepto per totum regnum eius capti sunt Judei. Et prio oīb⁹ bonis/s. i auro ⁊ argēto spoliati sūt. Deide mādauit vt oēs q; fidē xp̄ianā ⁊ baptisma suscipe nollēt de regno ei⁹ exirēt. Multi ergo p dei gr̄am ad baptismū: fidē venerūt. Quib⁹ ꝓsstim⁹ rex oēs possessiōes suas integre restituit. Alijs vo exeūtib⁹ rex illoz synagogas in ecclias dei dedicari mādauit. Erat aūt tunc Philippus annorum. xvij.

Judei Frācia expelliū tur.

§. IX. Duz hec ita q; in occidēte

geruntur: apud Cōstantinopolim grādis circa imperiuz facta est mutatio: ⁊ casus accidit vniuersē latinitati lugubris: nam dolū quē pridie falla ⁊ perfida Grecia cōceperat edidit: ⁊ peperit iniquitatē. Defuncto essi dño Emanuele felicissimo imperatore Grecoz: successit ei in imperio ipubes filius nomine Alexi⁹ annoz. xij. Quo sub tutela matris constituto: per Alexiū protoseuastū oīi impatoris nepotē ex fratre se prioze natū impialia negotia ꝓcurabant. Visum ē ergo tā maioribus q; pp̄lo: vt qō aduersus maligne nostros Latinos conceperant: possent cōmode effectui mandare. Imperāte aūt deo amabili predicto impatore Emanuele tam

Grecoz in Latinos seuiunt.

tam apud eum Latinus ppls inuenerat gratias: vt Grecul
suis rauce viris effeminatis neglectis: solis Latinus gran
dia dimitteret negotia: vñ ex oñi orbe ad eũ tam nobiles q̃
ignobiles concurrebãt Latini. Quãorbem omnes Greci po
tissimum cõsanguinei imperatoris/odium insatiabile aduer
sus latinos cõceperãt: opportunitatẽ querentes vt saltẽ post
imperatoris obitũ/inuisum Latinorum nomen vel populum
ruum in vrbe Cõstantinopolitana ꝓmorantẽ: tum in finibus
imperij manerẽ penitus exterminarẽt. Igit̃ non multo post
imperatoris obitũ vocat' est ab eis Andronicus ꝑdicti impa
torís nepos: qui cũ infinitis barbarorũ nationũ copijs Cõstã
tinopolim veniẽs/ꝓmo dicti Alexiũ q̃ pueri tutelã gerebat:
ab administratiõe deiectũ oculis ꝓuauit. Latini aũt q̃ intra
vrbẽ habitabãt plurimũ mẽte cõsternati erant: timentes ne
ciuiũ super eos fieret repẽtina irruptio: & hoc nõ sine causa
formidabãt. Nã de eor exterminatiõe iã japõ se ille Andron
cus deliberauerat. Quare eorũ molimina preueniẽtes in ga
leis, xliij. q̃ erãt in portu talij in nauib' se recipiẽtes: sic mor
tis euaserũt discrimen. Qui autẽ infirmi fuerunt aut senes
aut ad fugã min' idonei: trabiẽ quã illi effugerãt sunt exper
ti. Gz ij essent pauciss̃imi numero: maxime qui ad arma pos
sent sufficere: restiterunt tñ oiu: & cruentam de se hostibus
reliquerũt victoriaz: tũ diuersis generibus mortis a Grecis
sunt crudeliter occisi nec sexui nec etati parcentibus. Pau
ci vero qui se eorum fidei commiserunt: & quibus spem salu
tis dederant. Turcis & alijs populis infidelibus in perpe
tuam vendiderunt seruitutẽ: qui ꝓmiscui sexus vltra qua
tuor milia fuisse dicuntur. Sic igitur mĩdus Grecorum po
pulus & genimina viperarum more serpentis in gremio ni
hil tale meritos remunerauerunt hospites suos. Verum nõ
omnino tamen sine vltione receserũt: sed a seculis inauditũ
facinus impune cõmiserunt. Nam qui in galeis & nauib' vt
predixim⁹ erant habentes secum multitudinem maximã:
postq̃ plenius cognouerũt Grecos vxores/& liberos totãq̃
familiã q̃ in vrbe remãserat partim gladio ptim incẽdio cõ
sumpsisse: iusta indignatione cõmitti circũierũt vtrũq; vel
lespõtilitus vsq; ad ostiũ mediterranei maris: qõ ab vrbe vl
tra. cc. miliaria distare dicit: q̃libet q̃z municipia: violenter
cõprehẽdentes vniuersos habitatores eorũ gladio pereme
runt: & monasteria peruadentes/pseudo monachos & sacri
legos eorũ sacerdotes ferro peremerũt ista monasteria suc
cendentes. Ex quibus locis infinitas auri & argenti dicun
tur copias extraxisse. Deinde mare mediterraneum ingressi
Thessalie & aliarum adiacentiũ ꝓuinciarum vrbes et op
pida perlustrantes: tac cuncta incendio & rapine tradentes
stragẽ innumerã operati sunt. Alij vero qui stragẽ & rapinas
abominabant: cum vxoribus & liberis a predicto declinãtes
exercitu/in regnũ Hierosolymitanum descenderũt. Factum
est autem hoc anno dñi. M. clxxij. mense Aprili.

Latini iniuriã a grecis acceptã vlciscũtur.

§. X. Almarico sexto rege Lati

norũ Hierosolymis defuncto: successit illi in regno Baldui
nus eius filius huius nominis quartus. Erat autem annor
xiij. tpe quo pater eius obijt. Hic viuẽte patre quũ esset an
nor. ix. deprehensus est morbũ elephãticũ incurrisse. Quum
aũt tum ꝑpter infirmitatẽ qui ꝓtinue augmẽtabat & cresce
bat: tum etiã ꝑpter etatem regni negotia administrare non
posset: de cõi oim principum consilio dño Raimundo comiti
Tripolitano regni Hierosolymitani cura & administratio cõ
missa est. Anno autẽ primo regni huius Balduini: Saladin⁹
vocantibus eum Damascenis: domino eorum filio Nozadini
adhuc impubere & apud Alapiam ꝓmorãte: regnum Dama
scenorum occupauit: quo facto cũ multitudine suorũ ꝟsus
Celosyriam ꝑperat: speras oẽs illas vrbes que hacten⁹ No
radini fuerant facile occupare: qõ vt cõceperat ira tempus
modicum effectui mandauit. Hec audiens dñs rex de consi
lio suorũ principum illuc cum celeritate oñm comitẽ Tripoli
tanum cum vniuersa regni militia dirigit: vt oibus Saladi
ni conatibus se opponeret. Suspectus eñ & merito oẽs Sa
ladini incremẽtum habebant: me geminatis possessionibus
acrius in christianos insurgeret. Tuti' eñ videbantur filio
Nozadini ministrare sub fidũ: nõ vt gratia eius aliq̃d huma
nitatis ei videretur prestãdum: sed vt suspectiori emulo nu
triretur aduersarius. Audiens aũt Saladinus comitis con
tra se aduentum: per nũtios eum rogauit/ne se suis succes
sionib' opponat & ij permittat se cum Nozadini filio & ijs qui
sibi in adiutoriũ venerãt fortunã experiri. Ne aũt et hoc ipm
fine cõdigna retributione contẽnat: obfides suos & dñi Re
ginaldi quondam Antiocheni principis qui in Emissena ci
uitate quaz ipe occupauerat captiui tenebant: gratis offert
restituendos. Placuit hoc verbum dño comiti: & receptis ob
fidibus ꝓut in pactis erat: ad propria cũ christianorum ex
ercitu remeauit. Factũ est igitur extra propositũ nostrũ vt
cui penit' fuerat obuiandũ eidẽ fauor noster accederet. Per
idẽ tps Saladino circa ptes illas arcti' occupato dñs rex
Balduin' cũ suo exercitu fines Damascenorũ hostiliter est
ingressus. Qõ audiẽs Seruisidol' Saladini ff q̃ Damasci pe
rat cõgregata suorũ militia xpianis occurrit: & deo volẽte vi
ctus multis suorũ amissis fugit: xpiani aũt victoria potiti
multa ꝑda onusti Hierosolymã sunt reuersi. Anno autẽ. iij.
hui' Balduini regis Hierosolymor dñs Guilielm' marchio
Mõtisferrati q̃ cognominat' ẽ Lõgaspata: a dño rege Bal
duino & ei' ꝓcipib' vocat' in regnũ apud sidonẽ applicuit:
cui statiz sicut illi fuerat ꝓmissus: rex sororẽ suã dedit vxorẽ.
Fuit hic marchio nobilissim' gñe: adeo vt rarissimũ diceret
habere parẽ. Nã mr regis Francorũ Philippi germana ipsi'
fuit. mater ẽo ipsius Guilielmi soror fuit dñi ipatoris Lõza
di. Gz post tres mẽses cõsummati matrimonij dict' Guliel
mus apud Ascalonam decessit: vxore pregnãte dimissa. An
no aũt ꝓdicto tertio dñi Balduin⁹ qui fuit ab incarnatione
dñi. M. clxxv. Saladinus occupata oi terra q̃ Nozadini fue
rat in Egyptum reuersus infinita suorũ congregata multitu
dine hostiliter regnũ ingressus est. Quo audito dñs rex cele
riter cõuocatis suis inuocato de supnis auxilio vrbẽ Ascalo
nam pugnaturus cũ suis egressus est. In cuius exercitu fuer
erant: cccl xxv. equites loricati. Nã reliquã regni militia rex
Antiochiaz miserat. Iſ oẽs diuino freti adiutorio: preuio vi
uifice crucis ligno: cõtempta illorũ multitudine hostes inua
dũt vbi primo casu dubio iter eos bellatũ est: quũ essent vi
res longe impares. Nã dicebanẽ esse in exercitu Saladini so
lũ equites ad. xxvj. milia armatorũ. Gz deo volẽte cõfractis
illor legionibus: post multã stragẽ ipos in fugã vertũt quos
nr̃i vsq; ad noctẽ cedẽdo insequuti: per. xij. miliaria pene ad
internitionẽ tantã multitudinẽ deleuerũt: adeo vt Saladi
nus vix cũ. c. equitibus fuga lapsus euaderet: ceteris autem
occisis & alijs vinculis alligatis. Hac potitus victoria domi
nus rex multa onustus preda Hierosolymã est reuersus.

Baldui n' quar tus Hie rosoly mor rex.

Saladi nus

Insi gnis xpi annorũ de sala dino vi ctoria.

§. XI. Anno autẽ. M. clxxviij.

Saladinus cũ suis copijs iterũ regnũ Hierosolymorũ hostilis
ter ingressus est. Qõ postq̃ dño regi innotuit: suis vndiq; cõ
uocatis cõtra hostes fidei progredit. Qui Saracenorũ excur
sores habuit obuiã cũ quibus inito ꝓlio: deo propitio nr̃i fuit
superiores: multisq; interfectis ceteri in fugã versi: ad castra
saladini reuersi sunt. Saladinus aũt cognito q̃ acciderat: &
disciplinã rei militaris ordinatis aciebus/nostris obuiã per
git: xpianisq; ex victoria nimis securis occurrit. Nostri vero
hostes quos iam deuictos putabãt sup se tam acriter viden
tes irruere cõfuso ordine occertantes resistunt ad tps. Tan
dem viribus impares in fugam turpiter versi sucumbunt et
multi ex eis interfecti gladio: ceteri fuga saluti consulentes
euadunt. Dñs aũt rex suorũ fretus auxilio euasit incolumis
capti sunt ibi de christianis. O do de sancto Amando magi
ster militie templi: qui squalloꝛe carceris attritus eodem an
no mortuus est. Hac victoria elat' saladinus infinita damna
eo anno regno Hierosolymorũ intulit. Eodẽ q̃ tpe dñs rex
sororem suam relictam. f. dñi marchionis: causis quibusdam
interuenientibus nobili & illustri adolescenti Guidoni de lu
signiano vxorẽ dedit. Quo etiã tpe treuge inter christianos &
saladinũ facte sunt vsq; ad biennĩ. ¶ Ea tempestate dñ re
gnũ tpali pace fruerer: natio quedã Syror que in ꝓuincia
Phoenicis circa iuga Libani iuxta vrbẽ Biblienſium pluri
mam circa sui statum passa est mutationem. Nam quum per
annos fere quingentos cuiusdam Maronis hereſiarche er
rorẽ fuissent sequuti: tra eo Maronite dicerenẽ: ab ec
clesiaq; fidelũ sequestrati seorsum sacramẽta cõficerent: sua
diuina inspiratione ad cor redeuntes/errore depposito ad pa
triarchã Antiochenũ Americũ qui terti' Latinorũ tũc eidẽ
preerat eccl'ie: accesserũt: & abiurato errore quo diu detenti
fuerãt: ad vnitatẽ catholice fidei reuersi sunt. ¶ Interea dñ
hec gerunẽ Saladinus soldanus Egypti soluto federe quo
cũ xpianis q̃busdã ꝓditionibus ligat' erat cũ infinita in fi
delium nationũ multitudine fines regni Hierosolymitani in
gressus agros ac suburbana depopulari cepit. Erat aũt hos
tium numerus. xx. milia: christianorũ aũt equites erant. occ.
Sed preuia dñi mia ordinatis iuxta militarem disciplinam
agminibus/in hostiũ cuneos viriliter irruẽtes gladijs stri
ctis dissolutis eorum agminibus in fugam eos conuertunt:
de quib' mille illa die ceciderũt. Sed et de eor principibus
occiderunt aliquos. De christianos vero pauciss̃imi de eque
sione indutus rediit ad propria. Sed sicut erat vir vigilãtiss̃i
mus christianor vires quasi ꝓ nihilo ducens/& ad maiora
aspirans cõgregata suorũ militia versus fluuium Ephratem
properat. Quo transito Mesopotamie vrbes splendidissimas
Edissam/Charram/& ꝓplurimas alias ac vniuersam regio-

Saladi nus vin citur.

nē que sub dominio fratris Noradini erat: citra paucos dies sibi vēdicauit. Rex aūt audito q̄ saladin' ad partes longinquas se trāstulerat: p̄sideratis regionē hostiū viribus destitutā cū sua militia terras Damascenor ingressus est: ac locum celebrē ac famosum zorā noie multis refertū habitatoribus non longe a Damasco violēter effregerunt. Quo facto p̄sidium quoddā qō a christianis paulo aū abstulerat saladin' obsidentes: obsessos ad deditionē cōpulerunt. Quo recepto rex cū multa p̄da in regnum reuersus est.

§.XII. Interea vir impiger et

p oia strenuus agens principē Saladinus: postq̄ totā Mesopotamiā sue subiecerat ditiōi: tremenso Euphrate in Celosyriam est reuersus: et nobilē ac potentē vrbem Alapiā quibusdam interuenientibus p̄ditionibus recepit. Hic primū christianos orientales contriuit timor. Nam quod maxime verebantur accidit: subiugata essi Alapia: ois illa regio per circuitum Saladini potentia quasi obsidione vallata est: quare christiani vrbes t oppida que in finib' hostiū posita erāt munire ceperunt. Quo tēpore dominus rex apud Nazareth febre grauissima laborabat. Sed t morbo elephantioso quo prima adolescentia grauari ceperat ingrauescēte de se quasi desperans regni vniuersalem curam t administrationē domino Guidoni de Lusigniano viro sororis sue tribuit: retenta sibi aliqua summa annuatim soluendorū. Saladinus autem in ijs regionibus pro sua voluntate compositis rebus: Damascum redijt. Deinde cum vniuerso suorum exercitu fines nostros ingressus est. Quo cognito christiani correptis armis ad locum vbi castra locauerat p̄cesserunt. Hic sane vt dicitur domin' Guil' archiepiscopus Tyrēēsi in chron. suo: si peccata nostra deum nobis passa fuissent esse propitiū videbatur robur hostium de facili in ruinam verti potuisse. Nūq̄ enim legitur ex oriētali christianorum regno tanta in vnū cōuenisse militiam: Erant essi equites optime loricati. mille. ccc. peditū vero accictorū ad bellū. xv. milia. In quo p̄lio erāt magni t admirabiles duces: videlz dās Boemūdus tertius princeps Antiochenus: Raimūdus comes Tripolitanus: Hēricus dux Louanij de Teuto. rum imperio: Princeps Rodulphus de Milleone de Aquitania. Sed peccatis nostris exigentibus effusa est cōtentio sup principes. Nā ex principibus quidā odio Guidonis de Lusigniano cui rex curam regni commiserat: pugnare dissuadabant. Mirantur q̄ aderant milites/ quid nobis esset q̄ tanta data opportunitate non fieret cum hostibus congressio. Unde factum est q̄ p xviij. dies castra hostiū vix a nostris distātia vnius spatio miliaris: qō nunq̄ alias in regno accidisse legitur: p̄hrose passi sunt sup hoc t in regionē p̄ro eorū arbitrio seuiri. Saladinus autem post multa dāna regioni illata ad propria reuersus est indēnis. Uix aūt euoluto vnius mensis spatio: Saladinus reuocatis viribus vrbem cui antiquitus Petra deserti nomen fuerat: munc aūt Crach dicit: obsidione vndiq̄ vallauit. Rex autem considerās q̄ in supradicta belli administratione Joppes minus strenue se gesserat t ad se curam regni vocauit: atq̄ de cōmuni principum consilio nepotem suum Balduinum: quē soror ex Guilielmo marchione Montisferrati genuerat: in regē fecit coronari. Quo facto ad sub ueniēdū ijs qui obsidebant a Saladino cū suorū militia p-

Balduino Hierosolymorum regi electo p̄hantia sublato succedit Guido Lusignian'

perauit. Qō quū Saladinus per explozatores cognouisset: soluta obsidione quā p mensem cōtinuauerat ad propria est reuersus. Actū est hoc anno dñi. M.clxxxiij. Non aūt multo post tpe dict' Balduin' puer quem rex Balduin' senior fecerat coronari in regē Hierl'm: defunct' est. Post cuius mortē rex ipe nō diu vixit: sz inualescēte morbo migrauit ex hoc seculo. Sz eo defuncto dictus Guido de Lusigniano cui ratione vxoris regnum Hierosolymitanū debebat dictū regnum adeptus est. Quo tpe Saraceni multas terras obtulerunt. Quūq̄ rex Guido vndiq̄ infidelibus arctaret de principuz suor consilio dñm patriarchā Hierosolymitanum vna cum magistro templi t priore hospitalis misit ad principes occidētis q̄ illis denūtiarēt in quanta calamitate esset pp̄s christianus in oriēte. Hi ad primum regē Frācorum Philippum

Legati orientis ad Philippum Frācor regem.

venerunt: cui claues sepulchri t ciuitatis sancte Hierl'm detulerunt: supplicātes vt terre periture succurrere dignaretur p̄stare auxilium. Rex autem pijssimus benignissime eos recepit: t cognita causa p̄ro qua venerant: generale concilium apud Parisios celebrauit. In quo primo mandauit p̄latis omnib' vt per frequentes exhortationes principes admonerent: quatenus ad succursum terre promissionis p̄tenderent. Ipse q̄ de concilio p̄incipum eodem anno misit strenuissimos milites cum multitudine peditum: quibus de propr̄ijs reditib' sufficiētes sumptus ministrauit.

§.XIII. anno dñi. M.clxxxiiij.

rex: Francorū Philippus cōtra Flādrēsiū comitē Philippū propter comitatum Uermandensium quem iniuste detinebat apud vrbem Ambianos congregauit exercitum. Quūq̄ comes desperaret se illi posse resistere: dictū comitatū libere in manibus regis restituit. Castrū sancti Quintini et Peronā tsi in vita sua petijt sibi dimisit: t obtinuit. Quo tempore duo insignia opa in regno suo fecit. Primo nemus qō est prope Parisios quod Uincennarum dicit: fecit muro optimo ex quadratis lapidibus circūcingi. Quod audiēs rex Anglorū Hēricus sylueſtres ferae. i. apros/ ceruos/ capreolas/ damulas/ per totam Northmāniam t Aquitaniam multitudine maxima captas in naui quadam per Sequanam fluuiū longo aquarū tractu p̄dicto Philippo transmisit: vt illic faceret includi. Insup t ciuitatē Parisiensem vt illi nomē antiquum auferret (a luto essi Lutetia dicebat) cōuocatis artificibus vicos t vias oēs duris t fortibus lapidibus sterni fecit. ¶ Anno aūt dñi. M.clxxxv. Fredericus imperator filiū suum Henricum primogenitum Italie p̄fecit: inter quem t papam simultas multa orta est. Quum aū his temporibus in curijs regum t principum frequēs hystrionū turba cōgregaret: qui a principibus verbis adulatorijs ac ioculatorijs equos/ vestes/ aurum: t argentū extorquebāt: adeoq̄ hec pestis inualuerat: vt ij miseri t auari reputarent: qui taliuz leccatorū societate carerēt. Philippus rex Frācie cōsiderās hoc esse vanū t saluti cōtrariū: p̄misit deo q̄ de cetero dum viueret/ vestes suas dei intuitu pauperib' erogaret. In quo facto si hūc pissimū regē alij principes sequerent: tot p mundum hincinde leccatores nō discurrerēt. Eodem anno inter regem hūc Philippū t Henricum regem Anglie grauis discordia orta est. Philipp' essi a Richardo ei' filio p̄ro comitatu Pictauensium petebat homagium: quod ille instructus a patre facere differebat. Petebat etiam ab ipso rege Anglie Bisortium t alia castra adiacentia: atque pater suus Ludouicus filie sue Margarite dederat quando illā filio suo iuniori vxorem dederat causa dotis ea lege vt si ex ea filium nō susciperet seu prolē: post ipsius Henrici mortē ad regē Frācie dos rediret. Quū aūt de his rex Anglie cōtēneret: terras suas ijs citra mare habebat inuasit. Tūc anglie rex Hēricus fil' suis ad bellū congregatis cōtra Philippū p̄cessit. Sed antequā acies congrederentur: per dei gratiam quum iam in campuz p̄cessissent: legatis Romane ecclesie se interponentibus/ facta inter eos treuga ad propria redierunt.

§.XIIII. Interim dū hec agerē-

tur: Saladinus congregata infinita Turcorū t Saracenorū multitudine ex oi oriēte: terras xp̄ianorū ingressus atq̄ Galileam/ ciuitatē Tyberiadē obsedit. Quo audito rex Hierusalē Guido de Lusigniano congregata ex oi regno suo militia vna cum Tripolitano comite auersa sibi diuinitate occurrit. Cuius aduentu p̄cognito/ saladinus xp̄ianis aduenientib' soluta obsidione obuiā p̄cedit. Preliū igit inter eos committitur: in quo a meridie vsq̄ ad noctē equo marte pugnatum est. Aduenīente autem nocte vtriq̄ ad castra discedunt. Tertia die iterum hostes ad bellum se p̄parant: atq̄ subito ad castra nostrorum accedunt. Quorū aduentu p̄cognito/ p̄ncipes nostri vna cum rege deliberant qua arte cum hostibus sit pugnandum. Quidam autem e christianis Joannes nomine: vir bello peritus valdetet qui aliquando cum Turcis militauerat: consulebat vt totis viribus in illum cuneum irrumpendum esset: vbi Saladini vexillum altius eminebat: affirmans quod si acies illa aliquo modo posset inclinari: facilit reliquus exercitus fugaretur. Ad id consilium omnes excepto Tripolitano comite inclinabantur. Asserebat enim vir ille nequissimus: fidem illi non esse adhibendam/ qui fide christi relicta fidem turcis iurauerat. Sed fugerebat p̄mo p̄occupanda esse loca munda: vt inde maiori impetu hostes aggrederentur. Consilio igitur vtili spreto: tacquiescitur proditori. Nam in hostes mox irruunt: et quum aliquandiu satis prompte pugnassent: tam estu quam siti t splendore solis opposito/ p̄ctis nostris exigentibus nostrorum acies inclinatur: atq̄ pilorum t sagittarum impetu irruunt in nostros. Comes autem tripolitanus p̄ditiōis dat euidentissimum signū. Nam in ipso certaminis initio vna cū ijs qui eius vexillū sequebantur: p̄iectis armis fuge initius fuit. Et antequ nri e bello caderent: se in castrum Saph recepit. Ad postremuz ante fugam t in ipsa fuga fit nostrorū strages horribilis. In quo quidē discrimine Aconensis eps qui crucem dominicam ferebat in bello: grauiter vulnerat. Qui mortis sentiens imminere discrimen/ quū se super equū non posset regere: crucē dñi alteri tradidit: t ille regi. Ad postremū quū rex vsq̄ ad belli finem strenue cū suo cuneo dimicasset: vndiq̄ inuadētibus hostibus suis p̄ maiori parte occisis: t ipse fugere nesciens vna cū p̄cioso ligno viuifice cru-

cis

cis capitur. Raro aūt a primo introitu Latinorum in Syriā vllo prelio tm̄ sanguinis est effusum. Nā tūc totius christianitatis in oriente concidere vires. In eo funestissimo bello oēs nobiles ⁊ viri fortiores pro magna parte ceciderunt: ex ceptis paucis qui cede nostrorum satiatis ab hostib⁹ capti sunt. Maxime autē hospitalariorū ⁊ templariorū in ea pugna virtus enituit. Nam fugere nescientes pene oēs qui in eo prelio interfuerunt aut occisi sunt aut capti: quos Saladinus de illis ceperat/ sine aliquo humanitatis respectu fecit occidi. Insuper ⁊ dm̄ Reginaldum de castillione quondam Antiochenum principem virum manu ⁊ consilio strenuū eo bello captum atq; ante se ductū manu propria caput truncauit. Fuerat enim hic Reginaldus Turcorum acerrimus impugnator: ⁊ qui in multis locis Saracenos prelio fuderat. Saladinus autem celebri potit⁹ victoria apud pontem Tyberiadis manubias christianorum ⁊ spolia iter suos liberaliter diuisit. Rex autem ⁊ magister templi in signū victorie reseruantur. Cui Saladinus magistrum qui vna cum eo captus fuerat: ad petitionem suam concessit.

Christianor⁹ vires a saladino grauissime attenuantur.

§.XV. Saladinus post victoriam fortunā suam secutus/ victorem exercitū ad expugnandas christianorum vrbes atq; castella adduxit. Et primo oīm Achonensem ciuitatem vndiq; obsidione vellauit. Quam ciues de subsidio desperātes post biduū ei resignauerūt. Inde Berytensiū vrbē adiēs absq; p̄tradictione ciuiū illā tradēti bus in suā ditionē recepit. Ab Achone aūt vsq; ad Ascalonā de ciuitatibus nulla fuit que ausa fuerit ei resistere: vt pote suis defensoribus destitutis. Nam viri bellatores in suprad icto bello aut occisi aut capti omnes fuerant. In hoc aūt Saladini liberalitas cōmēdatur: eo q̄ nullū grauari sustinuit qui se ei libere tradidisset: vl̄ qui sub eius ditione ⁊ tributo manere voluisset. Ascalonite aūt eo q̄ in expugnabilē credebant eorum ciuitatē: impetum Saladini paulisper retardātes vrbē illi reddere noluerunt asserentes nulla ratione ciuitatē sibi resignare velle donec scirent p̄ certo an Hierosolymitani ciues eorū vrbem sibi resignarēt. Quo audito Saladinus ciuitatē obsidione vallatā diebus nouem cōtinuis aggressionibus impugnauit. Sed quum non proficeret: ciuibus se viriliter defendentib⁹ obsidione relicta/ Hierusalē p perat vt ipam obsideat. Credebat de facili eos cessuros: qui videbāt omnes alios iam̄ li dedition̄ Saladini venisse. Hierosolymite aūt ciues ⁊ qui de vicinis locis vndiq; hostiū metu illuc cōfluerant: audita strage suorum/ ⁊ viuifice crucis amissione ⁊ regis captione omni se supplicandi gñe humiliabant. Agebantur ab omnibus christianis ibidem habitanti dus solēniter leranie ⁊ cōfessiones ⁊ ieiunia. Sz et paruula etas ijs spiritualibus exercitijs insistebat. Sz ira dei in patulo vehemens erat. Nec mirum. Nam nimis ⁊ clerus ⁊ populus in luxus varios se effuderat: totaq; terra illa facinoribus ⁊ flagitijs fordescebat. Insup qui religionis preferebāt habitum regularis temperantie turpiter fines excesserant. Pauci erant quos vel auaritie: vel luxurie morbus nō inficeret. Quare dominus ad iracundiam cōcitatus: terram quā tulerat de manibus impiorum rursum p̄misit eandē eor⁹ dominio occupari. Ueniens igit̄ Saladinus hierusalem vrbez ab occidētali parte vallauit: atq; cōtinuis aggressionib⁹ obsessos grauare nititur. Sed ciuibus p̄ viribus resistentib⁹/ ab aquilonis parte die noctuq; ciuitatem impugnat. Quibus muros machinis debilitasset: timētes ciues quum ex nullo loco prestolarentur auxilium: ne hostes violenta irruptione vrbem occuparent: placuit instanti ⁊ ineuitabili periculo cedere: ⁊ sub certis cōditionibus se reddere Saladino scilicet vt redēptionis accepto precio libere eos qui exire voluerint abire permittat. Secundo igit̄ Octobris die qui erat ab obsidione. xiij. feria. vj. resignata est ciuitas in paganorum manibus anno dom̄ini. M. clxxxvij. Intrantes autem Saraceni ciuitatem in unproperiū nominis christiani in ipsis ecclesijs stabulauerunt iumenta: turpia ⁊ nefanda operantes ibidem. Ecclesiam vero sancte resurrectiōis multo auro redemerūt Syrianime paterer gētibus ⁊ sordibus subiaceret. Templo vero dom̄ini mirā venerationem exhibuerunt Turci Nam illa antiquitas consueuerat secūdum illorum superstitionē multipliciter locū illum venerari. Sed ⁊ Saladin⁹ antequ illud ingrederet: parietes illi⁹ fecit aqua rosacea lauari: ⁊ multis odoribus pfundi. Quo facto oēs ecclesiarū cāpanas malleis cōfringi fecit. Vidi ego i cāpanali. s. sepulchri adhuc cāpanas cōtractas: quas vsq; in diē hodiernum in vituperium christianor⁹ Saraceni suspensas tenent.

Hierosolyme deduntur saladio.

§.XVI. Postq; igitur fuit sancta ciuitas deo ita permittente in manibus Saracenor⁹ resignata: patriarcha Heraclius cum omni clero ⁊ populo Latinorum recesserunt de ciuitate Sirriani autem et ceterarum sectarum homines sc̄z Maronite/ Jacobite/ Georgiani Armeni/ ⁊ Nestoriani/ sub Saracenorum tributo in vrbe remanserunt. Audita autem deditione Hierusalem multa loca que vir ab hoie capi potuissent: se Saracenis reddiderunt. Recedentes ergo de Hierusalez christiani versus Tripolim ter arripuerunt. Quum aūt iam ciuitati appropinquassent: ⁊ iā crederēt se manus Saracenorū euasisse in sacrilegos et ipsis Saracenis deteriores inciderūt. Nā comes Tripolitanus cū suis satellitibus filijs iniquitatis illis ocurrēs qui iā ipsis compati debuerat tanq; fratribus: illos vt hostes inuasit. Nā quicquid secū ex eorū substantia detulerant: ⁊ illud quod ipsi Saraceni humanitatis gratia dimiserant: violenter ab eis abstulit: multis cōuicijs irrogatis. Ubi legit̄ quōdā mirabile accidisse. Nā quedā mulier que cū alijs Latinis de Hierusalem abscesserat: atq; quēdam paruulum quē secum super humeros portabat filium: ab impijs christianis totaliter expoliata est atq; oibus bonis nudata. Attendens ergo misera que multis aliquando diuitijs abundabat: q̄ nihil penitus ad nutriendum filium remanserat sibi furore femineo acta proprium filium in mare proiecit. Illis autem diebus Soldanus recepta Hierosolyma p̄ literas comiti Tripolitano mandat: vt pacta que ipse personaliter iurauerat sibi ciues Tripolitanos faciat etiam iurare. Quare comes conuocato ciuium concilio mandat vt iurent. Et illi nullo modo se hoc facturos perhibent: nisi prius audiant formam iramenti. Instante aūt comite petunt indutias vsq; mane. Sz ante terminum ciuibus assignatū facta est super iniquus manus domini. Nam illo mane comes mortuus in lecto repert⁹ est. Et quod dissimulari non poterat: circuncisionis eius in corpore stigmata que recēter susceperat: manifesta reperta sunt vnde deprehensum est ⁊ suorū cōfessione clientū detectum: q̄ vrbem Saracenis tradere decreuerat: ⁊ Saladino confederatus Saracenorum sectā abnegata christiana religione p̄miserat obseruare. Occupata igitur Hierosolyma cum vniuerso suorū exercitu ad obsidendum denuo redit Ascalonam quam quum aliquot diebus impugnasset: tea conditione ciues tradere ei ciuitatem parati erant: si regem Guidonem ⁊ magistrum templi quos in bello ceperat christianis restitueret. Que pacta Saladinus libenter amplectens recepta ciuitate vt in pactis promiserat: regem Hierusalē cū magistro tēpli insup oēm illorū domesticā familiā liberos abire p̄misit. Recepta Ascalona inde Tyrum aduenit: atq; ciuitatē illam acriter impugnare cepit. Sed considerans q̄ ciues vna cum illis qui ex bello euaserāt ad defendēdam vrbē essent parati ⁊ desperans q̄ ciuitatē illā sine magna strage suorū violēter obtinere posset: versus Antiochiam suas dirigit expeditiones. Nolebat autē ad expugnandas maritimas vrbes multū laborare: eo q̄ admirat⁹ regis Guillielmi Siculi cū. l. galeis armatis in Syriā venerat. Miserat enī rex ille illustrissim⁹ ad nostrorū subsidium illā classem: quum audisset regni Hierosolymitani calamitates. Ueniens ergo ad partes Antiochie Saladinus intra. iij. mensium spatiū totum fere Antiochenū obtinuit principatū. Ad ciuitatē autem impugnandā accedere noluit: sciens q̄ alijs munitionibus occupatis sola ciuitas diu sibi repugnare non posset. Rediens igitur in regnum Saladinus: vrbē Tyrēsem q̄ sola ex ciuitatibus remāserat occupanda: terra mariq; obsidione vallauit. Applicuerat aūt ad ciuitatē illam comes Montisserrati Conradus vir prudens: ⁊ in armis strenuus: qui a Cōstātinopoli veniēs ea die illuc applicuerat: qua christiani illo funestissimo bello fuerant victi a Saladino. Aduenies aūt dictus princeps vrbem contra Saracenos defendendā suscepit ea conditiōe videlicet si ciues illā perpetuo possidendam sibi concederēt. Quā petitionē ciues grato aīo obtulerunt. Marchio igitur prius a ciuibus ciuitate recepta viriliter impugnantibus Saracenis cepit resistere. Nam cum suis ex parte terre eruptione facta. Saladinum cū suo exercitu expulit. Et ex parte maris Saracenorum galeas igne succendit. His acceptis dānis Saladinus mente consternatus ab obsidiōe recessit Recedens aūt munitissima christianorum castra lōga obsidione expugnauit: licet dum illis victualia essent viriliter restitissent. Urbanus aūt tertius papa qui tunc preerat ecclesie/ dum desolationem terre promissionis audisset: pre nimio dolore obijt: sepultus Ferrarie vbi tunc erat.

Capitur Ascalona.

Saladinus a tyro repellitur.

Mortuus comes Tripolitanus.

§.XVII. Interea rumores sinistri ⁊ casus lamētabiles de regni Hierosolymitani amissiōe vniuersa occidentis regna concusserant: vnde reges et principes ad vindicandum christianorum sanguinem se accingūt in primis in regno Francorum hortante archiepiscopo Tyrensi die. iij. Januarij rex Anglie Henricus ⁊ Philippus rex Francorum adinuicem colloquuntur. Et sedato ad inuicem

ad tempus diffidiotcontra omnium opinionē/in presentia dicti archiepi ambo crucē accipiunt ⁊ multi cum eis. Inter magn' frācoꝝ in Turcos apparat' quos de prelatis fuerunt archiepi Rotomagēsis ⁊ Cantua rien. episcopi Bellouacen. ⁊ Carnoten. Comites quoq; Pictauen. Flandren. Bleſen. Sueſſionen. Capanie. Et plures alij magni viri eodem zelo accensi ꝓ liberatione terre ſancte arma ſuſcipiunt. In huius autem facti monumētum/hi duo reges in eodem loco crucē ligneam erexerunt. Ibiq; fundātes eccleſiam fedus perpetuū inter ſe inierūt. Vocauerunt locū illuꝫ agrū ſctm:eo q; ibi ſacris crucibus inſigniti ſunt: ō loc' ē in territorio Noꝛthmānie:āno aūt dñi. M.clxxxviij. cōcilium gnale Pariſijs celebratū eſt in quo mirabilis ⁊ incredibilis multitudo militum ac peditum in ſubſidiū terre ſancte crucem accepit. In quo quidem pcilio ordinatū eſt a ꝑdicto Philippo rege Francoꝝ:vt oēs qui crucē nō acciperēt ad minus de omnib' mobilib' ⁊ redditib' ſuis decimas darēt. Et iſte ſunt vocate decime Saladini. Eodem anno inclitus princeps dominus Fredericus imperator Romanorū poſtq; fuit reconciliatus cum Alexandro papa ⁊ eccl'ia:quaꝫ diu pſecutus fuerat:in ſignum pñie ⁊ in ſatiſfactionem ſum pſit crucem:pmittens pape peregere cum magnis copijs in ſubſidiū terre ſctē ad recuperationē eiusdō ⁊ fecit:cū multa ſuoꝝ principum comitiua ⁊ infinita tam equitum q; peditum multitudine ⁊ cū filio ſuo Cōrado ſecundo genito in cuius ſignum vt dictum eſt crucem in ſuis humeris cū multa humilitate ⁊ lachrymis affixit. Ad. exēplum ergo regis ⁊ imperatoꝛis multi ex diuerſis nationibus ad liberandā ſanctam ciuitatem iter arripiūt:maxime ex Italia cū nauib' ⁊ galeis. Inter q̄s Piſani cū inſtructa claſſe quaſi pmi cū eorum archiepo ⁊ duce Sardinie pfecti ſunt. Multi preterea nobiles ⁊ barones ex vniuerſo terrarū orbe ad mare cōfluētes ad terre ſctē ſubſidiū pperabāt. Adeo vero fuit vniuerſalis illa cōmotio:vt totus mundus in hoc ꝓpoſitū coiſſe videre. De Phrygia ⁊ Dacia naues. l. federate pariter eādē pegrinationem arripiūt. De Flandria ſimiliter. xxxvij. rates oī apparatu bellico inſtructe eas ſecute ſunt. Eodē tpe inclytus ille ⁊ magnificus princeps rex Siculorum abſq; herede maſculo moritur. Poſt cuius mortē Siculi eius nepotē Cācredū in regē preficiūt. Sed Henricus imperatoꝛis filij ratione vxoris ſue. ſ. dñe Cōſtantie ꝑdicti Guilielmi ſoꝛoris/ſibi deberi regnū aſſerit. Sicq; moꝛs illi multa mala ⁊ detrimēta regno Sicilie attulit. ¶ Inter hec dum reges Frācorum ⁊ Anglorū ad iter trāſmarinū magnifice ac potēter ſe preparant inſtigante diabolo qui a tā ſancto itinere eos impedire conabit:inter illos ex huiuſmodi occaſione grauis ⁊ periculoſa diſſentio exorta eſt. Nā Richardus comes Pictauenſis filius regis Anglorū terrā Tolaſani comitis quā a rege Frācie tenebat hoſtiliter inuaſit:plurimaq; municipia expugnauit. Quod quū comes Raimund' Philippo nūtiaſſet: ille ſtatim vt erat vir more ſpatiēs:collecto exercitu terras Francorū ⁊ Anglorum diuidia. Anglorū inuaſit:multaq; in Aruernia municipia cepit. Sꝫ ⁊ rex Anglorū cū exercitib' ſuis etiā regnū Francoꝝ inuaſit. Quūq; adinuicem ſibi plura dāna intuliſſent:ſuperueniēte hyeme facta inter eos treuga quieuerūt. Interim comes Pictauenſis/Richardus petijt vxorē a patre ſuo que ſibi de iure debebatur. ſ. ſoꝛorē Philippi regis:que illi a patre ſuo Ludouico ad cuſtodiā fuerat tradita ea conditione vt vni ex filijs ſuis in vxorē daret primogenito:cū qua daret ⁊ regnum. Adoꝛtuo ergo Henrico primogenito fratre richardi:Richardus ipſe tanq; primogenitus remanens hoc iure petebat ſibi illam dari ⁊ competere. Quod quum rex Henricus facere nollet aut diſſimularet:iratus a patre receſſit:et ad regem Francorum ſe conferens illi homagiū fecit:ac fedus cum eo vel pactum iuramento firmauit. Igitur hyeme tranſcurſa rex Francorum ſuis exercitibus ad arma reuocatis:terras regis Anglorum intrauit:atq; rege Anglorū ex ciuitate Cenomanenſi fugato ipſam ciuitatem in ſuam ditionem recepit. Deinde ad fluuium Ligerim veniens (qō a ſeculo nō fuerat auditū) primus ipſe fluuium tranſuadauit. Poſt quē totus eius trāſiuit exercitus. Qui ſtatim trāſito fluuio vrbem Turonēſem violēter effractā expugnauit. Rex autē Henric' apud Chinonē caſtrū exiſtens quū ſe ſic a rege Francoꝝ oppreſſuꝫ videret ac a ſuo filio derelictū:dolore nimio afflict' infirmat' poſt. xij. dies obijt. Cui ſucceſſit filius eius Richardus comes Pictauen. hic poſt adeptū regnū pacem que inter patrē ⁊ filiū ſuū Henricū Francorū regem facta fuerat: renouauit/vnde Philippus ſtatiꝫ ꝓ bono pacis vrbes Cenomanēſem ⁊ Turonēſem eis reſtituit quas prius abſtulerat.

ſ. XVIII. Dū hec in occidente

tam varie geruntur: Guido rex Hieroſolymitanus qui eodem tempore apud Tripolim manebat: de conſilio domini de Luſignigno fratris ſui viri ſtrenuiſſimi:ac domini patriarche ⁊ magiſtri templi ⁊ aliorum peregrinorum qui iam applicuerant marino itinere: Tyrum ire diſponit:vt ibidem cum illis coniunctis copijs contra Saladinum procedat ad prelium. Pretentare tñ añ diſpoſuit Marchionem qui ciuitatis dñm occupauerat:an vrbē vellet ſibi aliquo mō reſignare. Sed quid hec fruſtra tētaſſet:cū hꝭ qui ei' caſtra ſequebant profect' eſt. Quod poſtq; Tyri auditū eſt:exierūt de ciuitate exercitus regis Siculorū:⁊ ex Alemānia comes Bertoldus:⁊ comes Albert' cū multitudine Teutonicorū. Quū añ extra ciuitatē dieb' pluribus in tabernaculis habitaſſet:pars exercit' Saladini qui tunc caſtrū de bello forti obſidebat:ſubito in exercitū regis irruit. Sꝫ prenia dñi miſeri cordia cū eorū dāno multis eorū occiſis:⁊ captiuatis:repulſi ſunt. Videſ añ rex q; populus qui ſecū erat tedio afficerēt: cōſilio cū maioꝛib' qui erāt in exercitu pſilio: Achoneſ. ciuitatē obſidiōe vallauit. Qō audiēs Saladin' /ſoluta obſidiōe a caſtro de bello forti ad preſtandum auxiliuꝫ ſuis qui Achone obſidebantur: acies ſuas dirigit:veniēſq; verſus ſeptēꝛ trionem caſtra chriſtianorum inuaſit magnaq; illa die exercitui noſtro damna intulit. Iſs diebus dominus Jac. de Aruernis/vir in armis valde ſtrenuus:⁊ cum eo phrygionuꝫ claſſis que cum eo apud Meſſanam ſocietatem inierat venit in cuius exercitu erant Flandrenſes ⁊ Brabantini: et in Achonē ſem portum applicuit. Multitudo preterea nobiliū et alioꝝ hominum ex campania/Burgundia/necnon Italia aduenerunt. In quoꝝ aduentu refertus eſt chriſtianorum exercitus omni habundantia victualium:⁊ fortibus bellatoꝛibus roboratus:vnde circundata eſt ciuitas a mari auſtrali vſq; ad mare ſeptēꝛionale. Et ita factum eſt vt nullo modo Saladinus obſeſſis poſſet ſubuenire. Unde vocata ex Alexandria claſſe inuexit in vrbem arma atq; victualia:nec non viros bellicoſos induxit. Quantas autem tribulationes/quot pericula/quot damna chriſtianorum exercitus ibi perpeſſus eſt:longum eſſet ſtilo perſtringere potiſſimum ante aduentum regis Francorum ⁊ Anglie. Nam ſepe Saraceni in multitudine graui erumpentes:multis ex noſtris occiſis ⁊ vulneratis:machinas ad impugnandam vrbem erectas igne ſupoſito combuſſerunt:infiniti etiam labore:inedia/aeris corꝛuptione perierunt. Tanta fuit aliquando in caſtris penuria vt menſura que aliquando ꝓ dimidio bizantio vendebatur:vix pro. lx. byzanthijs poſſet inueniri. Unde factum eſt vt quidam qui ex propꝛijs ſibi prouidere non poterant:⁊ famis miſeriam vltra tolerare nequibant:qui erant vſque ad xx. milia peditum armatoꝛum:contra maioꝛum qui caſtris preerant inhibitionem:contra Saracenos proceſſerint ad bellum. Saraceni autem eoꝝ preſcientes aduentum: relictis caſtris omni commoditate refertis in inſidijs ſe poſuerunt. Aduenientes autem chriſtiani nec aduertentes dolum vſque ad nauſeam ſatiati:quum ſubſarcinati et onerati ad caſtra noſtrorum redire vellent: ſubito Saraceni ſuper eos irruunt. atque gladijs et arcubus inſtantes omnes pene occiderunt: adeo vt valde pauci de tanta multitudine euaſerint:quod poſtquam ij qui in ciuitate erant cognouerunt: ſubito erumpentes cum tanto impetu chriſtiana caſtra inuaſerunt: quod niſi diuina virtus nobis adfuiſſet: et prudentia inclyti viri Gaufredi de Luſigniano: facile videbantur chriſtianorum caſtra contrita. Sed illius prouidentia et probitate caſtra defenſa ſunt:et ipſi Saraceni multis ſuoꝝ amiſſis violenter in vrbē retruſi ſunt. Quum aūt noſtri iſto modo circa impugnationem vrbis agerent. Henricus comes Campanie regis Francorū nepos Tyrū applicuit cū magna multitudine armatoꝛū:qui ſtatim cū ſuoꝝ comitiua ad caſtra chriſtianoꝝ q̄ circa Achonē erāt ſe cōtulit.

Achon ciuitas obſidet

Impatoꝛ fredericus ꝓmus.

Franco rū ⁊ Anglorum diſſidia.

ſ. XIX. Eo quoq; tēpoꝛe Fre-

dericus Romanorum imperatoꝛ inclytus terreſtri itinere verſus Conſtātinopolim ſuas acies direxit ſeu legiōes. Quo perueniens cum imperatoꝛe Conſtātinopolitana vtrinq; pace compoſita tranſito Helleſponto in Aſiam venit. In qua puincia multa ſuoꝝ perpeſſus incommoda / in eam regionem in qua Soldanus Iconij dominabatur peruenit: cuius aduentu timoꝛe perterritus Soldanus promiſit iuſto precio de victualibus exercitui tranſeunti prouidere. Sed vir infidelis non ſolum in promiſſo defecit: ſed et congregata Turcoꝝ multitudine eius vbique infeſtabat exercitum. Quare iratus imperatoꝛ eundem Soldanum perſequens vſque Iconium potenter acceſſit circunquaque omni regione vaſtata. Quumque verſus Liliciam iter cum ſuis legionibus arripuiſſet:⁊ ad quaſdam locoꝝ veniſſet anguſtias Saracenoꝝ inauditam reperit multitudinem: qui locoꝝ auxilio freti eriſtimabant faciliter eius tranſitum impedire. Imperatoꝛ poſtquam id percepit per exploratoꝛes: acies inſtruens ad locum acceſſit:atq; viriliter

riliter cum suis legionibus in illos irruens leuiter auxilio diuino ab eo loco infideles repulit. Quumq; illos persequendo ad paretes campos deduxisset: vbi poterat faciliter suas acies explicare: inauditam stragem ex eis exercuit. Hac diuinit' obtenta victoria: imperator incolumi exercitu in Liciam peruenit: vbi a Lenone Armenozū domino cum multa hilaritate: charitate susceptus est: et de victualibus eius exercitui copiose prouisum. Quum autem ibidem ad refocillandum exercitum remeare decreuisset: hortante prefato Armenozum domino ad recreādum animum venationibus insistebat. Quumq; quadam die vi calozis estuans/ leuandi animi gratia ad quandam descendisset fluuium: in eo permittere domino est demersus in torius christianitatis irreparabile detrimentum. Nam Saladinus adeo formidabat eius aduētum: vt relicta Syria cum suis Turcis in Egyptū deducere exercitum cogitaret: desperās ea loca per que imperator trāsiturus erat posse cōtra eum tenere: vnde omnia mādauit tunc dirui. Diruti sunt ergo muri Laodice/ Bebelitorse/ Biblie/ Beryti et Sidonis. Mortuus est autem hic inclytus princeps anno imperij sui. xxxviij. vir certe magnificatus atq; preclarus: qui adeo suo tempore dilatauit imperium: vt post Carolum magnum gestorum magnificētia vix parem haberet. tamen aliquando persecutus est ecclesiam terribiliter: in quo laudari non potest nec debet. Post eius autem lamentabilem mortem/ Conradus eius filius per solemnes nuntios regi Guidoni significauit de morte patris: addens vt cōsulti pectoris viri mitteretur ad eum: quorum consilio eius exercitus procederet. Volebat enim priusq; ad obsidionem accederet: si dominus permisisset eas recuperare ciuitates quas Saladinus christianis ademerat. Uitabat autez cōsilia Antiocheni principis propter patris defuncti comitis Tripolitani nequitiam. Audierat enim immanitatem quam in populum christianum fugientem a Hierosolymis exercuerat. Dirigūr igit a latere regis Balduinus qui Petracensis castellanus fuerat: et quidam miles Galganus nomine natione Pictauen. Hi duo cum honesto comitatu ad eum peruenientes ipsoz consilio ad refocillādum legiones Antiochiam diuerterunt: vbi Alemanni (homines in cibis reuera valde inordinati) reperientes victualiuz: et oīm rerum abundantiam dum corpora querunt reficere: in epulas se diffundunt. Quare modico tempore ex ciborū temperantia tanta mortalitas secuta est: vt de tanto exercitu vix pauca milia remanerēt: vnde dictus iuuenis a proposito impugnandarum ciuitatum destitit. Sed mutato consilio nauigio Tyrum peruenit: vbi patris corpus magnificentia imperiali sepeliuit.

Frederi cus imperator in flumine submergit.

§. XX. Saladinus autē audiēs

q̄ exercitus filij imperatoris terrestri itinere ad obsidionē veniebat: ad obuiandū sibi Lodequinū quēdam ex suis principibus cum parte exercitus misit. Quā ob causaz q̄ magna ex parte eius videbatur diminutus exercitus: censebāt: qui ex principibus christianorum erant: omnino cum Soldano esse pugnandū: eo q̄ videbatur facile exercitum eius cōteri posse. Sed et Soldanus hoc idem metuens castra a castris christianorum elongauit: atq; in tutiori loco constituit. Sed Marchionis cōplices qui nolebant in eius absentia Saracenos debellari: bellū diffuadebāt quoz sentētia tunc locū obtinuit. Inter hec Conradus imperatoris filius in castra venit: in cui' exercitu vix erāt milites accincti. occ. Fuerat enī (vt pdiximus) ex mortalitate exercit' eius valde diminut'. In huius aduētu totus exercit' vt erat ordinatū ad inuadēdaz ciuitatē se accingit. Assignata sunt ergo loca. In primis regi et Pisanis et Templarijs data sunt loca maritima: scz a ponte vsq; ad domos epi Achonensis: et ab eodem loco vsq; ad pontem maledicti/ duci Sueuie. Deinde vsq; ad domum Raimundi epo Galiberensi et Anglicis. Residuum vsq; ad aliud mare comiti Henrico/ et comiti Theobaldo/ et Gallicis/ et Benuensibus/ Hospitalarijs/ Prouincialibus/ et Italicis: Adest dies assultus: sed qz vergebat inuidia inter cōplices Marchionis et regis: ideo quibusdam vrbem viriliter impugnantibus/ alij quiescebant. Unde die illa nihil penitus profecerunt. Iis diebus decesserunt due filie regis Guidonis: quod ex Sibylla filia primogenita regis Almarici recepat. Et post modicū mater decessit. Qō attendens dominus Eufredus de corono qui secundo genitā ipsius Almarici habebat vroz̄ scz dominam Elizabeth: et quā post harum mortem regnum deuolut de iure videbatur: confisus de potentia et fauore comitis Henrici ad regnum Adspirare cepit. Asserebat autem dictus Eufredus vroz sue regnum debere: tum ex precepto patris: tum etiam ex testamento domini Balduini regis leprosi. Econtrario rex Guido se iuste et solemniter vnctum Hierosolymis et coronatum in regem asserebat et se nunq; a regni solio debere deponi: quum nihil de positione dignum in regno commiserit. Promittebat se regis Francozum quum veniret stare iudicio. Hoc non obstante factum est Henrico comite Campanie volente: cui nullus de exercitu audebat contradicere: vt portus/ vectigalia/ et delinquentium cōmissa/ apud eum remanerent. s. Eufredus: ita vt solo noie rex Guido omni expoliatus iurisdictione remaneret. Quare rex merito consequebatur q̄ contra omnē iustitiam regni spoliaret. Et ob hāc causam cōuocatis ijs de exercitu: qui a principio eum secuti fuerāt: se fortune casib' cōmittere statuit: et vna cum eis cum Saracenis confligere deliberauit. Maiozes et ij q̄ columne esse videbātur in exercitu: timentes ne si rex prout deliberauerat bello se cōmitteret: succūberet in eodem: de leui tota illa multitudo in rpi seruitium congregata faciliter posset perire: egerunt vt ad oīa rex Guido vt prius restitueret. Sed marchio Mōtisferrati cui videbat q̄ regnū esset ad dictā dominā Elizabeth filiā oñi regis Almarici iure hereditario deuolutū: regni cupiditate duct' matre sua Calomaria vroze supradicti Almarici que adhuc viuebat/ consentiente: predictā Elizabeth a viro oño suo Eufredo ipsa volēte raptam duxit de facto vroremq; quod enorme et detestabile factum oibus peregrinis displicuit. Dissimulauerunt tñ ideo q̄ nisi eo volente victualia a Tyro venire nō poterant. Ipse preterea tanq̄ vir astutus quosdam de maioribus domus et muneribus ad se inclinauerat: vt sibi ab eis in dicto negotio auxilium prestaretur.

Philippus frācoꝝ rex ad peregrinationem hierosolymitanam accingit.

§. XXI. Interea Philippus

rex Francozum ad subsidium terre promissionis cupiēs festinare: omissa regni custodia Adele matri sue et archiepiscopo Remensi Guillelmo auunculo suo: prohibuit vniuersis prelatis et hominibus suis ne q̄diu esset in seruitio dei talem vel exactionem aliquam facerent in regno suo. Precepit preterea vt omnes reditus suos et obuentiones per tria tpa Parisios afferentur. Et si eum in via illa mori contingeret: regina et archiepūs et episcopus Parisiēsis cū tribus aljs viris thesaurū suum in duas partes diuiderent. De quarum vna p reparandis ecclesijs arbitrio eoz per eius guerras destructis distribuerent. Et residuū inter illos diuiderēt qui ppter tales et exactiones quas ipse in suos hoies exercuerat minus fuerāt depauperati. Residuum autē eiusdē partis p aia sua et aficessoꝝ suoꝝ darent. Aliā mediam partem ad opus filij sui Ludouici quem vnicū habebat: et erat tūc trium annoꝝ custodirēt. Sic ergo ordinato regno: pera et baculo peregrinatiōis i eccl'ia sancti Dionysij acceptis: terrestri itinere Genuā cū sua comitiua peruenit. In eo essū loco naues et victualia preparari fecerat. Intrans aūt mare ꝓspero itinere Messanaz Sicilie ciuitatem peruenit. vbi a Tancredo rege Sicilie honorifice susceptus est ibiq; illi de victualib' abūdanter donauit. Post eum aūt rex Anglie iter aggressus est mense Augusto. Rex ergo Philippus iter aggressus marinum atq; apud Masiliam recedens ad portum Achonensem feliciter applicuit in vigilia pasche vbi a christianis quasi angel' domini est susceptus. Fixis igitur tentorijs atq; fabricata ex tabulis domoz: ciuitatem aggredi noluit. Absente enim rege Anglie noluit assilire. condixerant enim vt nō nisi pariter vbi assilirent. sed oīa ad expugnationē vrbis interim magnifice preparauit. Rex autem Anglie per mare cum suis veniens in insulam Cyprum applicuit. Quum autem ibidez esset: et christianus exercitus qui eum secutus fuerat minus bene a dño insule illius tractaret: ipsum hostiliter aggredi latuit. Audiuerat enim eum q̄ tūc dominabatur insule/ imperatori Cōstātinopolitano rebellasse. vñ tyrānice insulā illam possidebat. Igitur rex Anglie Richardus in insula expo sito exercitu: intra paucos dies capto tyrāno et filia eius cuz oībus thesauris eius totā insulā occupauit. Quo facto/ relicto ibi suoꝝ presidio versus Achonem iter arripuit. Quū autem non multum ab insula se elōgasset cū classe sua: quādam nauem inaudite magnitudinis habuit obuiam hominibus et armis valde munitam. Hanc enim Saladinus in subsidium obsessorum Achonem mittebat. Igitur capta nauiatq; incensa omnes qui in ea erant occisi sunt. Peruenēs tādem apud Achonem rex Anglie castra ante vrbis menia cōstituit. Ex aduentu autem horum duoꝝ potentissimoꝝ regum nimium auctus christianus exercitus cōtinuis assultibus die noctuq; negata quiete obsessos infestabant. Quo tpe dum totis viribus nostri ad expugnationē vrbis intenderent: nobiles multi/ de principibus nōnulli ibi in domino quieuerunt. Inter quos fuit comes Theobaldus Francie senescalus. comes perticen. comes Claremontēs. dux Burgundie: et dux Sueuie Frederici filius. ¶ Eodem anno regibus in obsidione apud Achonem existentibus fuit eclipsis solis in. vij. gradu cancri. et durauit per. iij. horas.

Richardi Anglozū regis i terrā sctām ꝓfectio.

de regni Hierosolymitani successione difficili.

Quo anno scz ab incarntione dñi. M.cxcix. Clemens papa iij. moritur qui succesſerat Hzeg. viij. Cui Cleméti succeſſit Celeſtinus papa. Dum aũt occidentalis populus qui deſcenderat in ſubſidium terre ſancte recuperate z longo tempore in obſidione Achonenſis ciuitatis laborasſet: obſeſſos Saracenos ad deditionem cõpulerunt ea ſcilicet cõditione vt ſaluis perſonis illis abire liceret. Super hoc autem lignum crucis quod in bello ceperat Saladinus: Chriſtianis reſtituere promittebant. Inſuper. cc. milia Byzantiozum aureorum ſoluere promiſerunt. Recepta eſt ergo ciuitas Achoneñ. anno dñi. M. cxciij. non. Julij. Poſt cuius captionem. Saladinus aio conſternat' alias munitiones contra nos tenere poſſe deſperans: oẽs muros maritimarũ vrbium euertit. ſ. Porphyriet Ceſaree: Aſcalonie: Gaze: z etiam Damiate

Achon ciuitas deditur.

Reges aũt capta vrbe victualia que intra vrbem reperunt inter populum equa lance diuidi fecerũt: captiuos aũt inter ſe partiti ſunt. Bz qz pacta que regibus pmiſſa erãt. ſ. de cruce domini reſtituẽda z de captiuis chriſtianis q̃ in toto dñio Saladini erãt reddẽdis/ nõ obſeruauit. Saladinus iratus rex Richardus vna die. v. milia mãdauit decollari: retentis ditiozib' et potẽtiozib'. Qui poſt modum nimia pecunia data regi pro eoz redẽptione dimiſſi ſunt. Sed rex Francoz meliozi vſus cõſilio captiuos ſuos p cõmutatiõe chriſtianoz q̃ a Saracenis captiui tenebant/ viuos reſeruauit:

§. XXII. Poſtq̃ aũt Xpianus

populus vrbem Achonenſem cepit: inceperunt inter ſe deliberare pncipes z duces exercitus quid ide eſſent facturi Dicebant quidã cũ oibus copijs terra mariq; in Egyptum proficiſcendũ: atq; ibi bellũ cum nefandiſſima gente Saracenorum eſſe exercendũ. Credebat eſſi q̃ ſi ppitia diuinitate regnuz illud opulentiſſimũ occupare poſſent chriſtiani: facile non ſolum regnũ Hieroſolymitanũ/ verũ z Damaſcenũ occuparit: ex tota Syria z Aſia Turcos leuiter expelli poſſe. Alij vero ſatius iudicabãt regnum z ciuitatẽ deo amabilem Hieruſalem prius recuperandã: z poſtmodũ Damaſcũ obſidendam: qua occupata tunc proficiſcendũ in Egyptum. Et huic ſententie pars maioz populi inferiozis aſſentiebat. Sed hoſtis humani generis: qui tantam exaltationẽ fidei impedire conabat: vtrũq; ſuis machinationib' z aſtutijs impediuit. Nam inter reges Francozum z Anglozũ priſtinas renouauit diſcordias. Occulte eſſi alter alterum pſequebatur: z alter alteri ſuſpectus erat: maxime rex Philippus dolos z aſtutiã regis Anglozũ vehementer formidabat: potiſſimuz quia recipiendo dona a Saladino maxima ei videbatur confederatus. Unde ad reditũ adſpirare cepit: moribus enim grauiſſimus eum tunc vexabat. Sed vt quidã etiam ex ſcriptoribus hiſtoziarum aſſerunt: ſolũ cupiditate comitatus Flãdrie ducis ad reditũ, feſtinabat. Igitur rex Francozum Philippus eius inſaniam z deteſtabile propoſitũ abhozrens/ exercitus ſuos duci Burgundie cõmendans/ contra voluntatẽ omniũ qui caſtra ſua fuerant ſecuti: cum multa deſolatiõe relicto dei viuẽtis exercitu: a terra ſctã z dei ſeruitio receſſit. Credebatur eſſi q̃ ſi ij duo pncipes vno animo id bellum adminiſtraſſent: atq; vt promiſerat pſtitiſſent vſq; in finem: totũ orientem potuiſſent occupare. Recedens ergo rex Francie in Appuliam applicuit. Indeq; viſitãs limina apoſtolorum accepta a Celeſtino tunc papa benedictione ad proprium regnum redijt. Rex aũt Richardus exiſtimans regem Francorum emulum ſuum: quem credebat nõ abſq; cauſa tam cito receſſiſſe z a propria redijſſe: quum eum valde ſuſpectũ haberet: ne terras ſuas in eius abſentia inuaderet: et ipſe ad occidẽtem nauigare diſpoſuit: q̃uis rex Francozum iurato firmaſſet q̃ intra. l. dies poſtq̃ ipſe a ſua rex reuerſus eſſet/ illius terre non noceret. Recedens ergo ac ſuper deſolatos afflictionem cumulans nepotiſuo comiti Campanie exercitum ſuum reliquit. Inſuper z terram tranſmarinam quam chriſtiani in regno Hieroſolymitano tenebant: illi ad cuſtodiam dimiſit. Ingrediens ergo mare rex Richardus deo ita volẽte tẽpeſtate ſeuiſſima orta naufragium paſſus eſt. Sed euadens cum ſuis valde ſecrete per Auſtriam tranſitum faciens/ a Sapuldo eiuſdem regionis duce poſitis in ſidis captus eſt: atq; oibus bonis ſpoliatis impatozi Henrico eſt traditus. A quo iniuſte p animam et dimidiuz detentus: multis inſup expenſis z exactionib' grauatus: poſtremo datis. cc. milibus marcharũ argenti dimiſſus eſt. Qui per terrã regis Francozum trãſire formidanz in Angliaz nauigio reuerſus eſt. Prefatus aũt Henricus Capanie comes cui rex Anglozũ cũrã chriſtiani exercitus cõmendauerat z vir pius z prudẽs conſiderans poſt receſſum illoz duozum principũ terram deſolatã manſiſſe: ibidem in dei ſeruitio remanere ſtatuit. Cuius pium animũ conſiderãtes magiſtri hoſpitalis z templi: vna cũ ceteris pegrinis eũ in regem Hieroſolymoz elegerunt. Cui z filiaz regis Hieroſolymitani quam prius comes Montiſſerrati habuerat/ dederunt vxorem Marchio enim anno precedenti ab aſſiſinis occiſus fuerat.

Philippus redit i frãciam.

Capit rex Anglie in auſtria.

Henric' hieroſolymoz rex deligitur.

§. XXIII. Eo tempore inuentus eſt inter Saracenos captus qñ ciuitas Achõ fuit acquiſita a xpianis: vnus de admiratis Soldani Carachux nomine vir inaudite pruidentie z ſapientie apud eos: cuius conſilio atq; aſtutie Saladinus obtẽperãs: vt habeb in quodaz chroñ. fere totũ Orientem z Syriã occupauerat. Et vt Saraceni qui cum eo capti fuerãt/ dicebãt: Saladinus vt illũ reputaret loco eius libẽter vnũ ex filijs daret: ita charũ tenebat. Is ergo q̃ ſup captiuos Saracenos erat deputatus a rege Francie: audiens famã eius aduocauit eũ ad ſe quem quum vidiſſet v ultu deformẽ: ſtatura puſillum: admiratus eſt quomodo in tam deſpicabili homine tanta pruidentia inueniri potuiſſet. attamẽ valde honorauit eũ ppoſitus ille: quez ad locum ſecretũ trahẽs ait. Audiui te pruidentiſſimum virũ z in cõſilijs fideliſſimũ. Aduro te ergo vt mihi nũc fideliter cõſulas in ijs q̃ a te interrogauero. cui rñdit Saracen'. Nõ fuit neceſſe dñe ex quo ſacramentũ cõſilij tui mecũ cõtigit: decreuiſti/ adiurare/ qz oẽs cõſiliarius debet eſſe fidelis z adiunxit. Non ſit tibi dñe graue expectare me aliquantulũ. Secedens ergo ad horam lauit ſe Saracenus z humilis orauit: z poſtea redijt ad illum prepoſitum. Quumq; conſediſſent: dixit prepoſitus. Hoc eſt cõſiliũ qõ peto a te: vt tu mihi detegas ſm pruidẽtiã tibi datã a deo/ qua via: quõ: quo ingenio cũ minozi difficultate poſſit haberi regnum Hieroſolymitanum: z recuperatum cõſeruari: ac pacifice poſſideri. His auditis vehementer obſtupuit Saracenus: ac petebat abſolui ab iſto cõſilio. Sed quum prepoſitus inſtaret: vt oino depromeret quid in ea reſentiret: dixit Saracenus. O alla. i. per deũ deſtruxiſti hodie Saracenos. Et ego conſilio coact' dicã tibi veritatẽ: z dabo tibi cõſiliũ qõ degẽtitue pdere rit z nũc z in futurũ: nre aũt gẽtis deſolationẽ z excidiũ operabiſ. Summa cõſilij mei hec eſt. Si vultis terrã quã ſcrãm dicitis recuperare: z recuperatã in perpetuũ poſſidere expedit vobis vt caniatis Egyptũ. Tunc ppoſitus. Edicito mihi qua via regnũ Egypti poterit occupari. z Saracen'. Cõſtat chriſtianos ſup oẽs gẽtes in mari eſſe potentiſſimos: vñ ſua claſſe poſſunt de facili mare qõ Egypto adiacet: cõtinuis in curſionib' infeſtare: ne mercimonia veniãt in Egyptũ. Bz z ſi claſſis fuerit potẽs: valebit z p fluuiũ Nilũ diſcurrere et infeſtare: ac nauigia pbibere que ad Quadrum z Babyloniã ex tota Egypto comportantur. z hoc mõ abſq; gladio et ferro Saracenos deſtruerẽt. Deinde conenk totis viribꝫ obtinere Damiatã: qua capta vere dñe ſi chriſtiani habebũt bonum regimen: facillimum erit eis totum Egypti regnuz ſue ſubiugare ditioni. Et ſciendũ q̃ tpe quo Saracenus ille dixit iſta: Damiata erat ciuitas fortiſſima. Sed qz chriſtiani poſtea bis illam ceperant: ex cuius captione Saraceni crediderunt totam Egyptũ perdere: ob hanc cauſam Saraceni recuperantes eam funditus deſtruxerunt et muros eius atq; longe a mari eã edificauerũt. Et ita eſt nunc ciuitas valde opulenta. Quod ſi nollent Damiatam obſidere: tunc neceſſario habebunt terrã capere in Bucha raretiſque eſt valde larga z apta nauigio: quia hac obtenta facile eſſet Alexandriam capere. ¶ Anno aũt dñi. M. cxciij. apud Damaſcũ moriẽ ille Saladin' mirabilis Soldanus z magnificus vir/ in armis valde expertus largus munificus. Hic ſua aſtutia expulſis ex Syria chriſtianis Latinis: totũ quaſi orientem ſuo ſubiecit dñio. Quo mortuo ſucceſſerũt in dñio duo filij eius: ſcz Saphadinus ſup Syriam z Meralinus ſuper Egyptũ. Uerũ inter filios Saladini z Saphadinũ fratrẽ dicti Saladini de imperio diu certatũ eſt. Hoc autem notabile legitur in quodã chronico: q̃ hic Saladinus videns ſe omnino moriturũ in breui: vocato quodã ex ſuis quem nouerat fidelisſimũ dixit ei. Tu qui cõſueuiſti in bellis mea portare vexilla: nunc vexillum mee mortis. ſ. hunc vilem panniculuz quo vile z putridum hoc corpus debet inuolui: per Damaſcenoz ferto ciuitatem acclamando dicas. Ecce dominus orientis moriens/ de tota gloria ſua non fert ſecum niſi hunc vilem pannum quem videtis. Et ſic flagellum Latinum fidelium in oriente moriendo. Saladinus ceſſauit.

Lõſiliũ Saracenidatuz chriſtianis.

Saladinus dñe claudit extremum.

§. XXIIII. Circa finem Impe

rij ſui Fredericus primus tranſiens p Florentiã vbi receptꝰ fuerat honorifice: licet eſſet recõciliatus eccl'ie: tamẽ qz Florentini cum eccleſie tenentes ei nõ fuerat fauorabiles: motus querelis nobiliũ de ciuitate q̃ caſtra eoz prope Florentiam ablata eis fuerant: propter inſolentias eoz abſtulit omnem eoz comitatuz vſq; ad muros. Et ſic fecit aliis ciuitatibus Tuſcie reddens nobilibus illa caſtra tanq; imperio

Florẽtini impatoze inſe ſtantur.

perio subdita. Et hoc fecit: quia ciuitates ille tenuerant se cum ecclesia nō cum eo exceptis Pisis ⁊ pistorio que tenuerant partes imperij. Sed post quatuor annos recuperarunt comitatum suum. Circa illud tempus ignis accensus est in Florentia a casu: ⁊ vento adiutus combussit edificia a pede pontis veteris vsq; ad forum vetus. Et iterum eodem anno accensus combussit domos ab ecclesia sancti Martini vsq; ad oratorium beati Joannis baptiste ⁊ vsq; a ecclesiam sancte Marie de Ughis. Pons etiā vetus ruit propter inundationem aquarum. Et hec euenerūt propter scelera que in ciuitate abundabant. Eodē anno facte sunt seditiones ⁊ rixe inter ciues Florentinos. Et qr ciuitas gubernabat per cōsules certa forma ⁊ nobiles erāt excluſi ab officijs suis Uberti ⁊ alij propter superbiam eorū multa damna inde secuta sunt ⁊ plures occisi. Quod malum per duos annos durauit. Item Florentini mouentes bellum contra Aretinos: quia adiuuarent comites Guidos contra cōmune Florentinorū: debellauerunt ⁊ pacificati sunt. Item preliantes Florentini contra Senenses in defensionem hominū Montes pultiani prevaluerūt ⁊ expulerunt eos. Item anno dñi. M.cc.xxxvij. predicante Crucem quodam ep̄o Ranēnate ordinis Cisterciensis Florentie in subsidium terre sancte plurimi deuote cruce assumpta/cum magna comitiua perrexerunt: et satis iuuerūt in captione terre Damiate. Propter quod Fredericus imperator restituit eis comitatum vsq; ad. x. miliaria.

brachiū scri Philippi. Et circa illud tempus fuit largitū brachium beati Philippi apostoli Florentinis a regina Ierusalem quod est in ecclesia sancti Joannis baptiste.

§.XXV. Ad occidētalia regna

stilum dirigēdo. Frederico primo defuncto vt dictū est creatus est imperator Romanorū de consensu principū filius Frederici predicti qui dicebatur esse. vſ. Henricus: anno millesimo.cc.ab initio aūt mundi scōm breuiorē numerum quinquies millesimo.cliij. scōm aliam opinionem sexies millesimo.ccclxix. ⁊ imperauit annis. vij. Erat aūt hic Henricus in agēdis strenuus: in hostes acer: in largiēdo munificus. Hic Rome suscepto imperiali diademate/vt sibi animatos cognouit Romanos: eis Tusculum quod ipse firmissimo presidio munierat: tradidit. Qui memores iniuriarū ⁊ cladis quas Tusculani in eos exercuerant: funditus vrbem diruerunt. Populo aūt qui in ciuitate dispersorali Romaz/alij Tybur/alij Uelitras cum vxoribus et filijs migrauerunt. Quidam vero quum intolerabile eis foret propriuz relinquere solum inter se coeuntes nouas in ea regione sedes constituerunt: que vsq; ad nostram etatem manent: videlicet castrum Molarie/Rocha pape/Rocha periuras Burgum/⁊ castrū sancti Cesarij. Eodem anno imperator Henricus ad regnum Sicilie adspirans/hostiliter resistentes sibi Lippulis Appuliam intrauit ⁊ atq; vsq; Neapolim cuncta sibi subiciendo peruenit. Quāq; eam vrbem per tres menses continuos obsedisset: tam pestilēs morbus inuasit exercitum eius: cp̄ oēs ibidem mortui aut infirmati sunt. Quare ⁊ ipse imperator languens cum paucis coactus est terra dimissa/quā etiā occupauerat relinquere. Eodem anno filius Philippi regis Francorum Ludouicus vsq; ad vite desperationem egrotauit: quē totus cōuentus monachorū sancti Dionysij clauum ⁊ coronam dñi spineā secum ferēs: vna cum clero ⁊ innumerabili populo nudis pedibus incedēter visitauerūt. Postea vir venerabilis Mauritius ep̄s Parisiēsis fecit sermonē ad populū: fusaq; oratiōe puer tactu sanctarū reliquiarū a periculo per dei gratiā libertus est. Insup ⁊ ipsa die serenitas ⁊ temperies aeris a missa lōgo tēpore restituta est. Eodem anno Leodiēsis ep̄s a facie Hen. imperatoris fugiens dū apud Guilelmum remēsem archiep̄m moram faceret: ab eiusdem Guilelmum remēsem archiep̄m moram faceret: ab eiusdem Hen. cōplicibus dolo circūuentus occisus est. Nulla alia de causa nisi qr cōtra voluntatē eius electus ⁊ cōsecratus ep̄s fuerat. Eodem anno mortuo apud Achonem vrbē comite Flandrie: qr heredē alium masculū non habuerat: ad Balduinū nepotē suū filium sc̄z comitis Hānonie possessio illi⁹ comitatus deuoluta est. Hic Balduinus vt infra dicetur: postea imperator Cōstantinopolis factus est. Anno aūt dñi. M.ccxij. diabolo instigāte grauis ⁊ periculosa guerra inter regem Francie ⁊ regem Anglie inchoata est. Nam rex Philip. cum Francorum exercitu intrauit Northmanniam: ad quam occupandam multum anhelabat. Obsedit cp̄ castruz munitissimum Uernolium. Sed audiens cp̄ Northmanni Ebroicam ciuitatem obsidione vallassent: obsidionez soluit: atq; fugatis Northmannis ipsam vrbem funditus euerit. Rex aūt Anglie cum suo exercitu Baiocas cepit. Igitur hi duo principes christiani implacabili se persequentes odio seinuicē colliduntur ⁊ in detrimentū orientaliu christianorū multa damna irreparabilia sibimuicem inferunt. Anno autem domini. M.ccv. quum rex Philip. in archiepatu Bituricensi cōtra regem Anglie induxisset exercitum: ⁊ in multitudine graui rex Anglie ei occurrisset: atq; nō lōge a Frācorum castris ⁊ ipse castra collocasset: atq; vtriusq; exercit⁹ prepararet ad bellum: deo disponēte cōtra opinionē omniū rex Anglie depositis armis paucis comitatus socijs ad regē Francorum accessit. ibiq; publice coram omnibus pro ducatu Northmannie ⁊ comitatu Pictauensi ⁊ Andegauensi illi homagiū atq; fidelitatem exhibuit ⁊ sic pax nō diu duratura inter eos facta est. Eodez anno Rogerius Tancredi regis Sicilie filius primogenitus: quem pater suus etiam in vita sua fecerat in regem solenniter coronari: illicq; imperatoris Constantinopolitani filiam duxerat in vxorem: mortuus est. Et non multo post pater Tancredus ex dolore mortuus etiā est: relinquens tres filias ⁊ vnum masculum Guilielmum nomine: quem mater eius Sybylla fecit statim in regez Sicilie coronari. Henricus autem imperator ad regnum Sicilie: quod ex occasione cōiugis sue Constantie ad se pertinere asserebat: aspirans magnum congregauit exercitū. Erat enim tunc potens in thesauro quem a rege Anglorum Richardo extorserat. Intrans itaq; cum potentia magna regnum illud sine contradictione obtinuit. Prefata vero Sibylla Tancredi olim vxor cuz filio suo Guilielmo ⁊ cum filiabus suis videns imperatoris potentie se non posse resistere: vna cum Salernitano archiepiscopo in quoddam castrum minutissimum Sicilie se recepit. cum qua Hen. imperator fecit de pace tractari. que faciens de necessitate virtutem cum imperatore ita composuit. Nam imperator interposito iuramēto cōcessit Guilielmo filio eius ⁊ heredibus suis Tritij comitatum: quem pater eius ante regnum habuerat in Appulia. insuper ⁊ addidit illi principatum Tarēti. Quo facto quum se predicta regina eius fidei commisisset ipse sue fidei immemor ipsam cum filio Guilielmo ⁊ cum filiabus et quosdam alios regni nobiles quos suspectos habebat captuos in Alemanniam destinauit: atq; sub arcta custodia mandauit occludi. Insuper ⁊ ipsum archiep̄m incarcerauit: atq; omnes eius fratres ⁊ quosdaz alios oculis priuauit. Philippus autem imperatoris Henrici germanus relictam prefati Rogerij imperatoris Constantinopol. filiam duxit vxorem. Henricus autem imperator ex quo totam Siciliā obtinuit: per graues ⁊ frequentes collectas ⁊ importabiles exactiones id regnum auro ⁊ argento ⁊ aliis bonis expoliauit: atq; in Teutoniam redijt. Effecitq; apud Alemānie principes: vt filium suum vnicum Fredericum quem ex Constantia vxore sua susceperat: nondū annorū trium Alemannie eligerēt.

Ludouicus philippi filius moribo mirabiliose liberat.

Eodem anno rex Moabitarum cū infinita multitudine Saracenorum hostiliter inuasit Hispaniam. cui rex Castelle Hildefonsus collecto exercitu christianorum occurrit. ⁊ deo permittente prelio victus est: quo in bello plusq; .l. milia christianorum occisa sunt. Anno autem domini. M.ccx⁹. iterum inter regem Francie et regem Anglie guerra exorta est. Balduinus aūt comes Flandrensis a rege Francorum manifeste recedens/regi Anglorū adhesit: atq; ipsuz Francorum regē dñm grauiter persequi cepit. Cui in hoc facto adheserat vir in armis strenuissim⁹ Reginaldus comes Domnimartini. Mortuo Henrico imperatore: tunc factus est papa Inno. iij. Et duo electi sunt imperatores/de quibus agetur in sequenti titulo.

Tusculū euertitur.

Henricus. vſ. imperator.

Henricus imperator Sicilie regnum armis sibi vendicat.

Judeorum superpliciuz.

Predigia.

§.XXVI. Circa vero annum

M.ccc. Philippus predictus rex Francorū qui esset apud sctm̄ Germanū in laya: audita cuiusdā christiani morte ignominiosa a Judeis perpetrata: christiane religioni cōpatiēs/familiarib⁹ suis ignorantibus quo iret: subito iter arripuit q̄ apud Brayam prope Parisios velocissime veniēs: positis in portis ipsius castri custodibus ⁊ comprehensisq; Judeis plusq;. lxxx. comburi fecit. Comitissa essi illius castri munerib⁹ eoz corrupta tradiderat eis quēdā xp̄ianū cui falso imponebāt furtū ⁊ homicidiū. Hic igitur antiquo odio cōmotionib⁹ a tergo ligatis spinis coronatū p̄ totā villā fustigātes duxerūt ⁊ postea patibulo suspēderūt. Eodē anno pridie idus Martij apō Nogētū i Partico/militū acies ex aere descendentiū in terra vise sunt: ibiq; facta inter se mirabili pugna subito euanuerūt. Quidā Guilielmus sacerdos Anglicus vir charitatiuus: sctitate vite pollens/ac moribus et officij sui profector vigilantissimus/migrauit ad dñm in p̄cessione rogationū. ad cuius sepulchrum tēpore mortis ei⁹ multa miracula facta sunt. ceci illuminati: infirmi sanati. vū ex fama mirabilium a plurimis visitari cepit corp⁹ eius. Sed ⁊ tunc temporis regi Philip. de transmarinis partibus litere allate sunt: cp̄ ad ipsum interficiendum per suggestionem regis Anglie Richardi mittebantur Arsacide. Interfe-

erant essi eo tempore Marchisium regis consanguineum vltra mare: qui terram sanctam ante ꝙ illuc venirēt reges mira regebat strenuitate. Hinc quus rex Philippus multis
hūcmodum hodie seruant reges Frācorum. diebus solicitus permaneret: tandem habito consilio misit nuntios ad vetulū Arsacidarum regem: vt p ipsum rei veritatem cognosceret. Interim tamen instituit corporis sui custodes clauas eneas semper in manibus portantes: ac per totam noctē alternatim circa eum vigilantes. Reuersis aūt nuntijs per literas vetuli Arsacide rumores falsos esse cognouit: ac sic falsa suspitione recessit.

§. XXVII. Anno domini. Ꝏ.

Coterellox strages. Clxxxiij. regi Philippi Francorum. iij. in prouincia Biturie censium. vij. milia Coterellorū ac amplius interfecti sunt ab illius terre incolis in vnum contra inimicos dei confederatis. Isti enim terram regis vastando predas ducebant: homines captos secum vilissime trahebant. Et cum vxoribus captorum etiam (pro nefas) ipsis videntibus dormiebant: ecclesias incendebāt. Sacerdotes autem ac viros religiosos captos secum ducentes: ac in ipsis tormentis irrisorie cantores eorum vocantes: subsannabāt dicentes. Cantate nobis cantores cantate: ac confestim eis alapas dabant vel grossis virgis eos cedebant. Ex quibus quidam sic flagellati beatas animas deo reddiderunt. Alij longa carceris custodia se mimortui data pro redēptione pecunia ad propria redierūt. Denicꝫ peccatis hominū exigentibus ijdem Coterelli ecclesias spoliebāt ac corp' oīa de vasis aureis ac argēteis in quib' pro infirmorū necessitate reseruabat extrahentes: prohdolor in terram viliter projcienees pedibus conculcabant: de corporalibus vero concubine eorum pepla capitibus suis componebant. Calices vero secum irreuerenter portabāt: ac malleis vel lapidibus confringentes detrahebant. Hec videntes incole illius prouincie domino suo regi Philippo per literas intimauerunt: acceptoꝫ ab eo exercitu vnanimiter insultum in hostes fecerunt. Et omnibus interfectis a minimo vsꝙ ad maximum de preda illorū ditati sunt. ¶ Eodem anno multi heretici in Flādria cōbusti sunt ab archiepisco po. Remensi Guilielmo ac comite Flandrensium illustri Philippo. ¶ Orta quus esset dissensio magna ex longo videlicet tempore inter regem Aragonum et comitem sancti Egidij Raimundum: qui cum nulla ratione: pacificari poterat: vt refert Vincen. specu. vbi. C. cuidam pauperi Durando nomine deus apparuisse fertur in vrbe Aniciensi que nūc Podiū dicitur: eiꝙ tradidisse schedulam in qua erat imago beate virginis in throno sedentis: tenens in manibus pueri Jesu imaginem: ac in circuitu impressam huiusmodi similitudinē/ Agnus dei qui tollis peccata mundi dona nobis pacem. Oꝫ audientes principes cum vniuersis populis apud Anitium conuenerunt in assumptione beate virginis. Tunc illius vrbis episcopus cum clero ac populo pauperem illum carpentarium in edito ponentes intentissime audierunt: eoꝙ mandatum domini de pace reformanda inter eos audacter referentem: ac schedulam cum imagine beate virginis pro signo omnibus ostendēte vocem cum lachrymis eleuātes: mente promptissima se pacem seruaturos sub iuramento promiserunt. In signum autem seruande pacis predictum sigillum beate virgis in stanno impressum ac pectori superpositum cum capitijs lineis albis ad modum scapularis albozū monachorum factis semper portauerūt. Et (quod est mirabile) omnes huiusmodi capitium cum signo portantes intantum securi erant: ꝙ si quis fratrem alterius casu aliquo interfecisset: ac frater superstes fratricidā cum signo iā dicto occurrentē videret: statim morte fratris obliuioni tradita in oscu lo pacis illum cum lachrymis recipiebat: ac in propriam domum adducens victui necessaria ministrabat. ¶ Circa idē tempus in festo beati Dionysij quidā puerulus subito mortuus ad ecclesiam eiusdem martyris a parentibus deportatus et ante corpora sanctorum super altare positus meritis eorum coram vniuerso populo resuscitatus est. ¶ Carnotū populosa ciuitas in Francia exustiōe subdita exarsit. Illoꝫ incendio insignis ecclesia beate Marie virginis cum toto claustro cōflagrauit ac corruit: vbi reliquiarum ac hominum multitudo ac ornamentorum congeries immensa perijt.

Vrbs Anicensis nūc podium dicitur.

Carnotus ciuitas combuxit.

§. XXVIII. Circa illa tempora

misit rex Philippus Stephanum Nouiomensem episcopum ad Canutum (alꝫ Caimum) regem Danorum (alꝫ Dalmatarum) vt vnam de sororibus suis ei mitteret: quam ille acciperet in coniugium vt refert Vincen. specu. histo. vbi. §. Quod ille grataner accipiens Vigeburgem (alꝫ Ingeburgam) ei tradidit puellam sanctam ac bonis moribus ornatā. Hanc rex apud Attrebatum in legitimam vxorem duxit: et in reginam coronari fecit. Sed mox instigante diabolo rex ipse quibusdam (vt dicitur) maleficijs personis impeditus vxorem tandiu cupidam exosam habere cepit. Nec multo post consanguinitatis linea per Carolum Flandrensem comitem ab episcopis ac baronibus computata matrimoniū separari fecit. Regina tamen ad Danos redire nolens in locis Gallie religiosis manere decreuit: malens coniugalem continentiam perpetuo seruare ꝙ alij iuncta prima matrimonij federa violare. Sed quoniam istud coniugium dicebatur iniuste dissolutum: papa Celestinus ad conquestionem Danorum misit duos legatos in Franciam: Meliorem (alias Midam) scilicet presbyterum cardinalem/ ac Lenfius (alias Lecinum) subdiaconum. Qui Parisijs conuocato concilio de reformando coniugio tractauerunt: sed pelli fuetimentes ac trepidius agentes nihil ad profectum duxerūt. ¶ Eodem anno ecclipsis lune fuit vniuersalis. iij. idus Nouembris. ac durauit duabus horis. In mense autem Februario rex Philippus intrauit Northmanniam et cepit vrbem Ebroicam et Noumburgum et Vallenruolij (alias Vallenruelli) ac alias plures munitiones. Rothomagum quoꝫ obsedit. sed nihil se ibi proficere videns iratus combustis (petrarijs ac mangonellis suis ac) alijs ingenijs recessit. Iterum autem postea Northmanniam ingressus Vernolium obsedit. Et parte murorum destructa audiens nuntium ꝙ a Northmannis vrbs Ebroica quam munitiam tenebat capta esset: ratus ab obsidione recessit. Et fugatis Northmannis ipsam vrbē funditus euertit nec nō ac ipsas dei ecclesias in spiritu vehementi contriuit. ¶ Eodem anno Guilielmus Leocestrie comes vir fortis ac magnanimus a rege Philippo captus etiam Stampis in carcere positus est. Interim rex Anglie Lochias cepit: et canonicos sancti Martini Turonensis ejciens rebus suis spoliauit. Quo audito rex Philippus Uersa vice omnes ecclesias terre sue pertinentes ad episcopatus ac abbatias terre illius cepit. Et quorundam prauorum hominum instinctu monachos ac clericos ibi deo famulantes eiecit: eorumꝫ reditus in suos proprios vsus transtulit. Itaꝫ Philippus Francie rex et Richardus Anglie a pristina simulrate nō quiescunt: sed implacabili odio seinuicem persequuntur: maxime in regionum suarum finibus multas grauesꝫ incursiones ac direptiones frequenter faciunt. ¶ Eodem anno in pago Bellouacensi inter Clarum montem ac Compendium tante pluuie cum tonitruis ac fulminibus et tempestatibus facte sunt: quantas nulla memorat antiquitas hominum. Lapides enim ad quantitatem ouorum quadranguli missi cum pluuia cadentes de celo arbores fructiferas vineas et segetes penitus destruxerunt. ville quoꝫ in pluribus locis a fulminibus destructe ac combuste sunt. Eorui etiam complures cum huiusmodi tempestate visi sunt aere volantes de loco ad locum: ac rostris suis viuos carbones portantes ac domos incendentes. Sed et vtriusꝫ sexus homines ictu fulminum perierunt: ac alia multa horrenda ea die monstrata sunt. Ipsa quoꝫ die in episcopatu Laudunensi castrum quoddam. s. Caluum montem auditimus ac a fulminibus destructum. Aeriꝫ insolita cōmotio facta est. Turbines ac tempestates ac grandines vineas et messes destruxerunt. vnde in sequenti anno fames valida est secuta. ¶ Anno. M. cxcv. reddite sunt treuge a rege Anglie ac guerra denuo inceptа: ac tunc rex Philippus Vallenruolij quam munitam tenebat funditus euertit. Et post paucos dies sororem suam quam rex Anglie Richardus reliquerat comiti de Pontino in vxorem dedit. ¶ Anno domini. M. cxcvj. in Martio subita ac nimia aquarum inundatio facta pluribus in locis villas destruxit: ac homines habitantes in eis extinxit. Pontes etiam fluminis Sequane confregit. Et eodem anno Philippus rex vxorem duxit Mariam nomine filiam ducis Mozauie ac Bohemie Marchionissꝫ Histrie. Post breue tempus rex Richardus post posito iuramento Castrum milionis in pago Bituricensi dolo cepit ac funditus euertit. Ob hoc rex Philippus collecto exercitu Albammaliam (alias Dammallam) obsedit. vbi dum mozam faceret rex Anglie castellum Nouencort data pecunia militibus ipsum custodientibus recepit. Rex autem Philippus predictum Dammale castrum erectis petrarijs ac alijs ingenijs ꝙ vij. hebdomadas ac amplius impugnauit: donec tracta turri ac muris interiores bellatores ad deditionem coegit. Quum ꝙ castrum solo tenus destruxisset Nouencort obsidens in breui cepit ac comiti Roberto custodiendum dedit.

Philippus facit cum vxore dimittius.

Philippus a clero pēsiones exigit.

Multa Philippi vxor.

§. XXIX. Eodē anno venerā

de memorie Mauritius Parisiensis epꝰ pater pauperum ac orphanorum feliciter vt testatur Vincen. specu. histo. lib. xxx. migrauit ad dominum. Hic inter innumera bona que fecit: quatuor abbatias fundauit: et de propꝛijs sumptibus dotauit. s. Veriuallem. Vermetias. Vederam ac Biph. ac quia

Mauritius parisiensis epꝰ.

de resurrectione

de resurrectione corporum illo tempore multi dubitabant quam firmissime ipse crediderit: moriens rotulū scribi mandauit huiusmodi scripturam continentem. Credo ꝙ redemptor meus viuit ꝛc. Hunc igitur rotulū in extremis existens super pectus suum petijt extensum poni: vt ab omnibus ad eius sepulturam conuenientibus posset legi. Huic successit Odo natione Saliacēsis frater Henrici archiepiscopi Bituricēsis. Moribus ꝛ vita longe a suo predecessore dissimilis.

¶ Anno dñi. M.cxcvij. Balduinus comes Flandrensis qui in anno precedenti Philippo regi apud Compendiū homagium fecerat: ab eius fidelitate manifeste recedens. Richardo regi Anglie confederatus est. Ipsum etiam regem Francorum et terram eius grauiter persecutus est. Similiter et Reginaldus filius comitis Domnimartini cui ex maxima dilectione comitissam Bolonie cum comitatu suo dederat rex in vxorem. Eodē anno Ungarie regina Philippi regis Francorum soror quū post mortem viri sui multo apparatu partes transmarinas peterat: iamꝙ Ptolemaidez applicuisset: paulo post defuncta est. Sed ꝛ in eadē vrbe ijsdemꝙ diebus comes Trecensis Henricus nepos eius qui rex in terra sancta fuerat constitutus dum in superiori cenaculo palatij sui fenestre cuidam innitendo applicaret: miserabili precipitio collisus expirat: cuius mater nomine Maria que soror Philippi regis Francorum ex parte patris: ꝛ soror etiā Richardi regis Anglie parte matris erat: ꝛ comitatū Campanie satis strenue gubernabat viriliterꝙ regebat: quum de morte filij ac sororis sue regine nuntium accepisset nimis indoluit ꝛ non multo post obijt. Eiusꝙ filius indolis egregie Theobaldus nomine in comitatu successit. Eodem anno Petrus cantor Parisiensis tam vita ꝙ doctrina cōspicuus amator pietatis atꝙ iustitie apud monasteriū Longipontis in magna deuotione sanctaꝙ cōfessione migrauit ad dominum.

Fulco ōclamator insignis.

¶ Eodem anno scz a principio predicationis cuiusdā sacerdotis nomine Fulconis: scz anno tertio/oīs multa miracula per eum operari cepit: ꝛ qui etiam predicando ad restitutionem vsurarū plures induxit: cecis namꝙ visum: surdis auditum: mutis loquelam. Claudis quoꝙ gressum redidit. Sed ꝛ anno sequenti scz. M. cxcvij. Fulco prefatus alium sacerdotem scz Petrum de Roysiaco ad officium predicationis associauit virum literatū ꝛ bonum: qui multos a peccatis luxurie et vsure reuocauit. Meretrices quoꝙ publicas ad coniugalem continētiam quasdam prouocauit. Que dam vero coniugium respuentes ꝛ soli deo seruire cupientes sumpto religionis habitu in noua abbatia sancti Antonij prope Parisios collocate sunt: que causa illarum eo tēpore fundata fuit. Alie vero diuersis peregrinationibus ꝛ laboribus se exposuerunt: nudis pedibus incedentes. Preter hos etiā Werluinus monachus sacris literis eruditus in cismarina Britannia predicauit: per quam innumera Britonum multitudo crucem domini assumpsit: subitoꝙ non expectatis alijs peregrinis mari transito apud Achonē eodem monacho ductore peruenerunt. Sed ibi rectorem nō habentes in multas partes diuisi nihil ad profectum duxerunt. ¶ Eo quoꝙ tēpore multe nouitates apparuerunt. Apud Rosetū in Bria in sacrificio altaris vinum visibiliter conuersum est in sanguinem: ꝛ panis in carnem. In Vermendesio quidam miles qui erat mortuus reuixit: multaꝙ futura multis predixit: ꝛ postea etiaz sine cibo ꝛ potu longo tempore vixit. In Gallia circa festum Joānis baptiste ros in nocte de celo cadens mellitus spicas segetum infecit: ita vt multi eas in ore ponentes odorem mellis et saporem aperte sentirēt. Mense Julio orta est tempestas valida: tanteꝙ magnitudinis lapides de celo ceciderūt: ꝙ a Trebaco vsꝙ ad monasteriū Sale et loca circumiacentia segetes et vineas et nemora penitus destruerent.

Sancti antonij cenobiū parisios fundatur.

§. XXX. Eodem anno mense

